


A
A
0
0
0
4
0
4
9
0
0
3



THE SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY



RECEIVE LIBRARY

UNIVERSITY OF CALIFORNIA.

R Mar. 27 1893.
50-197

PA
6105
V24
v.125

Southern Branch
of the
University of California
Los Angeles

Form L 1

PA
6105
V24
v.125

This book is DUE on the last date stamped below

Form L-9-15m-8, '26





WE ACCORD PRIORITY

TO INNOVATION

IN INVESTMENT IN RESEARCH AND DEVELOPMENT



IN INVESTMENT IN RESEARCH AND DEVELOPMENT

IN INVESTMENT IN RESEARCH AND DEVELOPMENT

M. ACCII PLAUTI

COMEDIAE

EX EDITIONE J. F. GRONOVII

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITÆ.

75946


VOLUMEN PRIMUM.

F

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1829.



50197
Digitized by the Internet Archive
in 2008 with funding from
Microsoft Corporation

CONSPECTUS

EORUM QUÆ HAC EDITIONE

CONTINENTUR.

	Pag.
Jac. De L'Œuvre Epistola Serenissimo Delphino	1
Dissertatio de Vita et Scriptis M. Accii Plauti: e Jo. Ph. Paræo	8
De Plauto et ejus Scriptis veterum Auctorum Tes- timonia	25
De Plauto et ejus Scriptis Auctorum recentiorum Testimonia	32
Explicatio Signorum, quibus Varr. Lectt. tam MSS. quam Edd. indicantur	38
M. ACCII PLAUTI Amphitruo	43
Asinaria	153
Aulularia	239
Fam. Stradæ Excursus in Aululariam	323
M. Accii Plauti Capteivei	331
Curculio	419
Casina	481
Cistellaria	561
Epidicus	605
Bacchides	675
Mostellaria	781
Menæchmei	873

	Pag.
M. Accii Plauti Miles Gloriosus	963
Mercator	1075
Pseudolus	1157
Pœnulus	1253
Persa	1355
Rudens	1423
Stichus	1531
Trinummus	1587
Truculentus	1671
Fabularum Fragmenta	1741
NOTÆ VARIORUM in Amphitruonem	1767
Asinariam	1791
Aululariam	1810
Capteivos	1827
Curculionem	1853
Casinam	1875
Cistellarium	1899
Epidicum	1911
Bacchides	1933
Mostellarium	1954
Menæchmos	1980
Militem Gloriosum	2005
Mercatorem	2036
Pseudolum	2052
Pœnulum	2077
Persam	2103
Rudentem	2118
Stichum	2138
Trinummum	2155
Truculentum	2176
Fragmenta	2196
RECENSUS EDITIONUM M. Accii Plauti	2203
CODICUM MSS. qui in Bibliothecis	
Britannicis asservantur	2240
INDEX	i



SERENISSIMO DELPHINO.

ADEST Marcus Accius Plautus Latinus comicus vetustissimus, SERENISSIME DELPHINE, auctoritate Patris tui Christianissimi Regis, in tuæ partem institutionis invitatus. Si ratio generis apud te et sanguinis haberetur, est rusticus Plautus: si dignitatis et ordinis, est Plautus molitor; immo molitoris servus: et hoc utroque nomine nonne exclusissimum esse oportet a contubernio tuo regio conspectuque Plautum? Sed bonorum est principum, unum genus nobilitatis agnoscere, quod non successionum et generis gradibus censem, sed quæ se probat, et industria, et doctrina, et insigni aliqua laude cœlestem; non solas dignitates admittere, quæ hominum suffragio arbitrioque deferuntur, sed eas inprimis, quæ constant divino quodam animorum principatu. Quin et Plauti discipulus Publius Terentius, a te jam benigne exceptus, comicus et ipse, et olim servus, spem facit magistro, suam operam, ab optimo principe, non esse rejiciendam.

Quominus sit hic fastidio principi molitor, et quotquot sunt, genere quidem obscuri, sed industria sua clari, animadvertiset SERENISSIMUS DELPHINUS, Deum, apud Ethnicos, perinde atque in Ecclesia utraque, et Veteris Testamenti et Novi, selegisse obscuros per sese viros, in quibus miracula sapientiae suæ demonstraret, inventa humano ge-

neri traderet utilissima, efficeretque industria, quam aut opibus quibusvis aut dignitatibus illustriores; a Sarcinatis Arpinatibusque, apud Ethnicos, ut ab opilionibus piscatoribusque, apud populum suum, præcipuam pendere voluisse humani generis institutionem.

Sine dubio mirum videbitur, SERENISSIME DELPHINE, in homine uno, eoque rustico, eoque molitore, tot linguarum esse notitiam; Græcæ, cujus flores omnes in Romanam transtulit; Punicæ, cujus opes superatis Carthaginensibus fecit suas; ipsa Persica, quæ toto ferme orbe a Romanis divisa est, minime ignota fuit; Latinae vero et patriæ, nonne amœnitates omnes aut comparavit aut fecit? Admiraberis omnium monumenta historiarum huic esse perspecta, urbium nationumque mores, conditionum omnium fortunarumque characteres adeo esse cognitos, uno verbo, in disciplinis et artibus omnibus nihil esse imperium, statuesque in eo divini cujusdam luminis aliquid esse cœlitus illapsum, et divino quodam magisterio Platum non humano esse instructum.

Non pigeat igitur purpuratum tyronem audire molitorem, SERENISSIME DELPHINE: Plauti molitoris pistrinum, sœculis omnibus, schola fuit elegantiæ eruditionisque Romanæ; in eo Principes Civitatis, Consules, Imperatoresque sederunt auditores. In aula ipsa Gallica, non nunc primum conspicitur Plautus; ejus præceptis et institutis informatus Ludovicus Duodecimus, populi pater est appellatus; Propræceptor Delphinianus Jacobus Corbinellus Florentinus Henrico Secundo regnante, et ipsi Delphino, et reliquæ proli regiæ, etiam foemineæ Plautum proposuit; Uno verbo, quicquid habuit hactenus Theatrum Regium eruditæ et festivi, id Plauto debet acceptum. Quin et Comici, etiam celeberrimi, mutato tantum titulo et lingua, fabulas integras puras putasque exhibuerunt: quid est Avarus Comici hoc nostro sæculo celeberrimi, cujus fatum etiamnum luget scena regia, nisi Aulularia Plauti?

Auctor hic tantus, SERENISSIME DELPHINE, tamque egregius, plus sibi ex tua institutione pollicetur, quam ex

institutione victoris ac **Principis** nationum populi, Cæsarum et Augustorum. Nimirum sanguis ille tuus, **SERENISSIME DELPHINE**, qui per tot regum venas, annis octingentis ferme totis, in te confluxit, usu regnandi diuturno a communi generis humani conditione, quasi vindicatus, heroicus factus est totus. Ex illo eximia illa species corporis, adolescensque majestas, et imperio forma digna efflorescit; animus vero ille regiae naturæ fortunæque par, omnibus verbis, factis, nutibus vires suas exerit, et cœlestem originem longe lateque demonstrat. Heros ille Homericus inter puellas diu latere potuit incognitus; sed spoliatum ornamentiis omnibus dignitatis tuae, tuoque illo comitatu, qui regio haerede dignus est, destitutum, et quavis veste tectum, tua te prodet natura eximia, et regem te, aut prolem regiam, aut certe utroque titulo dignissimum suadet.

Ad regiam illam naturam, **SERENISSIME DELPHINE**, etiam is cumulus felicitatis accedit, ut, quoniam Pater tuus Rex Christianissimus, Filium te sibi simillimum genuisse intelligit, et imperio te parem, et imperium tibi par, efficere omni ratione contendat. Eo uno consilio, et intus regnum pulcherrimis legibus informat, et foris castrenses nullos labores recusat, in recuperandis imperii limitibus, quos aut fraus aut vis externa confudit, Gallicique nominis honore vindicando: sed nihil tam antiquum fuit Patri Sapientissimo, quam ut institutio se teque digna, id est Regia, id est heroica contingret. Ostendit Rex Christianissimus in tua informatione, quanta esse debeat in quovis subdito instituendorum cura liberorum. Nullus unquam fuit in toto Regno quocum minore sit actum indulgentia, quam cum tenero Principe, cum unico Filio Regis, cum Hærede regni. De Principe fecit te discipulum quibusvis magistris morigerum; nihil cum iis retinere voluit Principis, nisi antecellendorum quorumvis doctrina et industria discipulorum necessitatem, quantum sanguine et dignitate antecellis. Illis ipsis temporibus, diebus, et horis, quibus alia juventus regni, etiam severiori subjecta disci-

plinæ, relaxare mentem solet, labori incumbis; nullæ tibi sunt horæ succisivæ, sed succisivi labores; est unus, pro laboris levamento, labor; est una a labore recreatio, laboris mutatio.

Ad opus informationis tuæ regiæ urgendum, SERENIS-SIME DELPHINE, adjutorem sibi et Vicarium Pater tuus Ducem et Parem Franciæ MONTAUSERIUM adjunxit, morum tuorum et studiorum Moderatorem, virum omni prædicatione dignissimum, omnium in toto regno prædicatione celeberrimum, virum moris antiqui et antiquæ in omnibus fidei, quem ex æquo semper commendaverant et fortitudo in armis et meliorum literarum amor; pietas vero et ipsa antiqua, sine fuko, et quæ constat reverentia vera Numinis, et morum integritate summa; sed, quod in primis optandum visum est patri, severitas ejusmodi liberalis, qualem oportet afferre ad institutionem principis, cui metus est, ne generis sui regii conscientia et futuræ potentiae, molestiorem reddat institutionem, et ad otium deliciasque per sese traducat. Videlicet existimavit Rex Sapientissimus, in eo quodammodo esse oportere ornamenti regia, cui committeret regium adolescentem institendum, et omni genere laudis eminere debere supra ceteros eum, cui incumberet illum informare, qui aliquando, prærogativa sanguinis sui, supra ceterorum mortalium sortem emineret. Hic patrio animo affectuque erga te assumto, tum, cum te sicut haeredem coronæ apud te veneratur, ad excolandam præclarissimam indolem tuam sic tecum agit, ut cum gregario discipulo, nisi quod metitur peccata omnia dignitate tua, neque nævum ullum tam egregiæ indoli adhærescere patitur. Virtutes tibi nullas proponit nisi heroicas, et tantum non vitio vertit quod non est summum, quod est tibi cum aliquo commune. Denique ea est ejus gloria moderatori Christiano Regiæ prolis præstantissima, quod nullus hoc toto regno hac ætate sit candidior, innocentior, et magis Christianus.

Præceptorem vero qualem et ipse pater Christianissimus præfecit, SEREN. DELPHINE? nimirum eum, cuius esset

lenitas tanta et humanitas, ut humanitates ipsas tibi redde-ret, ut ita dicam, humaniores: adeo studiorum molestias tenero principi levaret; cuius esset et eloquentia tanta ut quidvis principe dignum posset insinuare.

Ingenio tanto Princeps, tam felici indole, moribus tam commodis, sub oculis patris tanti, tanti diligentia moderatoris et præceptoris, ratione studiorum tam bene instituta, labore tam assiduo, quantos progressus in literis et omni virtute fecisse existimandus est? Reminiscentiæ Platonicæ propemodum fecisti fidem, adeo anteveristi velocitate ingenii diligentiam præceptorum omnium; nullum est ullius curriculum disciplinæ quod non celeritate animi tam facile percurreris, quam radius solis immensitates aëris et quasvis tenebras sine opera pervadit. Est et ejusdem Philosophi opinio, esse animabus nobilioribus alas quasdam, a Deo datas, quibus supra ceterarum nisum conatumque longissime evolent; instar illius avium reginæ, infra te tantum ceteros ingenii laude et eruditionis, quantum nativitate, vides.

Olim indignatus est Princeps Adolescens, SERENISSIME DELPHINE, quod magister in lucem edidisset ac fecisset publica, quæ privatim tradidisset; veritus, videlicet, ne quis in regno patrio regium hæredem doctrina adæquaret: sed te tui præstantia ingenii ab hoc metu præstat immunem; etiam in iis, quæ tibi sunt cum aliis communia, adeo vis emicat ingenii, ut aliis lucem tribuere, a te accipere videantur Musæ ipsæ, quia de montium incolis aulicas, de sordidulis purpuratas facis, quando regio tuo contubernio excipis, quasi vioem reddituræ, tota te sua cumulant divinitate. Uno verbo, Carolo Septimo decessori Patris tui et tuo laudem præripis et nomen RECTE INSTITUTI, prærepturus propediem et titulos illos eximios, PII, JUSTI, SAPIENTIS, et, qui omnes continet, MAGNI, Philippis, Carolis, Henricis, Ludovicis, uno Patre excepto, quem æquasse, heroicum est, superasse, divinum.

Verum hæc sunt mentis exercitamenta, quæ non expec-tant ætatem, SERENISS. DELPHINE; sed statim atque

vires corpori cum ætate accesserunt, quanta diligentia, quanta item felicitate eas exercuisti, in iis omnibus, quæ, aut ad statum corporis informandum, institutione digna Principe, digna regnatura, aut ad militiæ rudimenta prima condiscenda ?

De Rege Maccdone narrant, SERENISSIME DELPHINE, quod præclara de filio fuerit auguratus, quia in equo vi-disset cum nonnulla dignitate sedentem. Quod est exercitiorum tuorum liberalium, quo non liceat de te augurari præclariora ? Quando et ipse sedes in equo ; quando lanceam tenes et vibras, in oculis, in ore, in vultu denique toto, Martius ardor quidam emicat, alacritasque illa genera-tosa, quæ satis innuit, quantus in armis futurus sis, et quam hostibus Gallici nominis invidisque formidolosus ; jam jam ad illorum videris incitari fatum ; victoria jam tibi manus tendere gestit triumphosque commonstrare.

Dici non potest, SERENISSIME DELPHINE, quanta inde lætitia patri, spes Galliæ, orbi admiratio, oriatur. Legati regum diversissimarumque gentium finitimarum et longin-quarum, sparsam de te apud suos famam, maximam qui-dem esse, sed veritate longe minorem, reversi ad dominos suos, non laudibus, sed admirationibus prædicant. Etiam invidi gloriæ Gallicæ gratulantur patri tanto tantum filium, tanto filio patrem tantum, Gallico nomini tantam felici-tatis successionem, juvenis adhuc patris et adulti jam filii, quasi soli sol, sicut sub polo utroque, nulla interposita nocte, succedat, et perennis jam orbi lux orta sit universo.

Sic pater tuus imperio te parem effecit, SERENISSIME DELPHINE, ut jampridem capessendæ auctoritati summæ par sis ; hoc patri similis, qui vix quinquennis ad regni gubernacula accessit, et felicitate præstítit puer ac prope-modum infans, quod jam virtute et sapientia præstat, adul-tam assecutus majestatem, ut non tu regno, sed tibi regnum dcessse videatur. Immo citra coronam, sceptrum, solium, et purpuram, jam exerceſ principatum, quem tibi desert orbis universus, et ingenii et doctrinæ, regiarumque virtutum et regiorum omnium ornamētorum.

Uno verbo, pater tuus Rex Christianissimus, SERENIS-
SIME DELPHINE, æquitatem armorum suorum comitem
esse perpetuam voluit; ratus id esse, aut barbarorum, im-
perium sola libidine dominandi viribusque metiri, aut
ambitionis Romanæ, adversus finitimos populos causas
belli, si veræ absint, fictas comminisci: sed conferat limi-
tes imperii sui, quo, et potentia ejus, et virtus, et felicitas
pervenire potuerint; consequetur id quidem quod vix
veteres ulli optare ausi sunt, sed nunquam imperium tibi
par comparabit; orbis tibi terrarum, quantus quantus est,
institutioni tam regiae, tam heroicæ, minime respondeat.

Itaque satis non poterit sibi gratulari Plautus, SERENIS-
SIME DELPHINE, si comedias ejus legeris, et in tuarum
partem oblectationum eruditarum venire non dedigneris;
plusque sibi accedere inde gloriæ arbitrabitur, quam cum
triumphator Carthaginis, atque adeo Africae universæ victor
populus, earum de Theatro Romano editarum sederet
spectator applauderetque. Obliviscetur, enimvero, obli-
viscetur generis sui originisque Plautus, factus, contubernio
tuo et gratia, de rustico urbanus, de molitore aulicus.
Ejus præceptis et institutis id quidem assequeris, quod in
libero populo præclarissimum est, ut, quod imperare possis,
suadeas; ut sit nemo, qui magis resistere possit orationi,
quam legionibus apud hostes, quam auctoritati apud tuos.
Sed quantum accedit a Plauto lucis orationi tuæ et splen-
doris, tantum ex te in Plautum refundetur.

Quod si, Principe Latinitatis oblato, memet meo cum
munere benigne exceperis, SEREN. DELPHINE, et jam
inde hoc, quasi quodam vectigali literario, subditum me
tuum, si non rex, at certe et Naturæ et Salicis legibus reg-
naturus agnoveris, fructum studiorum meorum uberrimum,
suavissimum, amplissimum fuero consecutus.

JAC. DE L'ŒUVRE.



DISSERTATIO
DE
VITA ET SCRIPTIS
M. ACCI PLAUTI,
E JOANNE PHILIPPO PARÆO.

POSTQUAM Comœdia Græca ad Latinos derivata est, in ea Livius Andronicus primum inclarescere cœpit, deinde Nævius Campanus. Huic in agendi facultate successisse fertur M. Accius Plautus, in cuius vitam et scripta paulo accuratius nunc inquirere animus est.

Dictus initio fuit Umbrica, hoc est, sua lingua, non Plautus, sed Plotus, *στεγανόποιος*: propterea quod planis foret pedibus, teste Grammaticorum optimo Pompeio Festo.

Oriundus ex oppido Sarsina (Parrhasius aliique Farsinam nominare malunt) Umbriæ regionis clarissimo, cuius Geographorum aquila Strabo meminit lib. v. in hæc verba: ‘Tusciæ applicatur ex parte Orientis Umbria, quæ ab Apenninis incipit, et ultra etiam ad sinum Adriaticum. Hi enim a Ravenna inchoantes propiora deinceps tenent Sarsinam, Ariminum, Senam, Camarinum.’ Et Plautus ipse in joco patriam suam prodidit Mostell. III. 2. 83.

TR. Quid? Sarsinatis ecqua est? si Umbram non habes.

Nobile scilicet municipium fuit Sarsina, in fide olim splendidæ et nobilissimæ familiæ Cæsiorum, in quo natus

quoque Plauti popularis Cæsius Sabinus: et, si credendum est viris in omni historia exercitatis, eadem patria fuit D. Francisco, quem alii Assisio e Spolletana valle, Umbriæ oppido, prognatum commemorant. Secessum præterea Romanorum amoenissimum fuisse doctissimus Poëta ad Nympham scripsit in hæc verba,

Sic montana tuos semper colit Umbria fontes,
Nec tua Baianas Sarsina malit aquas.

Idemque ut mellis lactisque copiosissimum prontuarium prædicavit alibi de villa Faustini cujusdam,

Fert ille ceris cana cum suis mella
Metamque lactis Sarsinate de Sylva.

Cui consonat gravissimus Poëtarum Silius, l. viii. versu 461.

His populi fortis, Amerinus, et armis
Vel rastris laudande Camers, his Sarsina dives
Lactis.

De tempore eo, quo Umber hic Vates primam vitæ usuram accepit, aut deseruit, magna inter doctos est dissensio: ita ut quid hic statuere tuto possim, vix inveniam. Constat tamē plerorumque est sententia, in scena eum floruisse quintodecimo anno postquam bellum secundum Punicum, in quo quindecies centena millia hominum peremti, inceptum esset; quando nimirum Rom. Impp. Pœnos vincere cœpissent.

Nunc si ad calculum referas orbis, vixisse et floruisse dixeris anno mundi creati termillesimo septingentesimo sexagesimo nono; ante Christum natum ducentesimo primo; Urbis conditæ quingentesimo quinquagesimo; Olympiadis vero Græcorum centesimæ quadragesimæ quartæ anno tertio.

Romæ vero mortuum, calculo eodem, quem de vita modo posuimus, servato, constabit anno conditi orbis terrarum termillesimo septingentesimo octuagesimo secundo; Olympiadis centesimæ quadragesimæ nonæ anno tertio; non multis annis post Ennium, nobilem illum Poëtam Rudium: anno U. C. quingentesimo sexagesimo nono; Coss. Rom. P. Claudio, et C. Portio, Censore Catone: iis ipsis temporibus, quibus in Republ. P. Scipio, M. Cato, et Fulvius

Nobilior excellebant, post Cethegi et Tuditani Consulatum anno vicesimo, quingentesimo vero trigesimo secundo postquam Romulus Urbis Romæ fundator morte defunctus esset. Denique si quis hæc etiam non nescire flagitat, millesimo anno post Ilii Trojani direptionem. Ex quo, calculis ita inter se collatis, intelligitur summum illud ingenium, adhuc dum florente ætate, vix cum quadragesimum attigisset annum, morte esse extinctum.

Ceterum qualis de facie fuerit Plautus noster, quamquam sui imaginem graphice admodum nobis in Fabulis suis depinxit, tamen curiose anquisivi hactenus, nec vero certi quid compertum habere potui. Probabilis videtur eorum sententia, qui in persona Pseudoli ipsum Plautum describi conjiciunt his versibus :

Ruffus quidam, ventriosus, crassis suris, subniger,
Magno capite, acutis oculis, ore rubicundo, admodum
Magnis pedibus.

In Glossis antiquis nescio quid legitur : Plautus ; *βαρύωτος*. Si quid sit, Surdastrum Plautum fuisse oportet. Quod non crediderim in tanta libertate jocandi. Alii leg. *βαρύωτος*, quod esset hebetiori visu. Altera tamen Physiognomia nihil repugnat generi aut conditioni Poëtae nostri. Nam cum de ortu majorum ejus monumenta vetustatis inquiro studiosius, invenio e servili prosapia oriundum et humili admodum genere prognatum. Quod e vulgatissimo illo verbo, quod apud Minutum scriptorem sacrum occurrit, perspicuum fit, quo Plautinæ prosapiaæ hominem abjectum et vulgarem innuere voluerunt. Hic vero liceat mihi cum Poëta exclamare : ‘ut ingenium ingens ignoto latet hoc sub corpore !’ Ingenio namque fuit perurbano et faceto, quemadmodum omnes, quotquot de eo scripserunt, testantur, adeoque ex ejusmet scriptis haud obscure, qua fuerit indole et natura, conspicitur.

Fabularum studio vehementer flagravit, in quo doctissimos quosque Græcorum, Diphilum, Philemonem, Demophilum, Menandrum, Eubulum, Siculum Epicharmum, Aristophanem, aliosque sibi ad imitandum proposuit : hac

spe fretus, fore, ut eorum fieret quam simillimus, quos sibi ipse delegerat ad imitandum. Neque profecto eum secesserit opinio. Admodum enim adolescens omnes eos, qui in Fabulis scribendis florarent, non adæquavit solum, sed factum etiam, ut ‘equis illis,’ ut Poëta canit, ‘præcurreret albis.’ Atque hisce non pauci magnorum virorum, quorum deinceps testimonia proferam, suffragantur.

Ceterum in hac sua **Comœdias** scribendi ubertate quæstui dicitur habuisse suas **Fabulas**, ita ut mercaturam exercere non dubitarit, quæ cum votis suis et commodis non per omnia respondisset, omnisque pecuniae, quam o Fabulis suis acquisivisset, jacturam fecisset non exiguum, Romam, omnibus rebus exhaustis, venit, ubi ob querendum victum quotidianum, sive, ut alii malunt, ob annonæ caritatem, ad molas manuarias, seu trusatiles, quas vocabant, exemplo forte commotus Menedemi, Asclepiadis, Cleanthisque, trium prudentissimorum **Philosophorum**, pistori suam operam locare coactus fuit. Interim tamen in iisdem pistrinis tres **Fabulas**, quas commentatus fuerat, **Satyrionem**, **Addictum**, et tertiam quandam, sicut Poëta **Nævius** duas in carcere, spe lucri, vendidit. Atque hinc ortum esse existimo, quod aliqui cognomentum **Asinii Plauto** attribuerunt, ut ex variis MSS. aliisque antiquitus cūsis est observare.

De definito **Fabularum** numero auctores mirum quantum variant. Alius enim dicit, scripsisse **Plautum** **Fabulas** viginti unam, alias quadraginta, alias centum. Quin immo **Varronianis** temporibus centum et triginta quinque **Comœdiæ** sub **Plauti** nomine in vulgus passim fuerunt sparsæ. Homo tamen eruditissimus **L. Elius Stilo** quinque et viginti **Plauti** foetus germanos esse existimavit: e quibus **Varro** unam et viginti, quæ ideo etiam **Varronianæ usurpatæ**, selegisse fertur, propterea quod dubiosæ non essent, sed omnium consensu **Plautinæ** esse censerentur. Verum ‘quot capitum vivunt, totidem millia sententiarum;’ idcirco flamma et aqua in gratiam coibunt facilius, quam ut ambigua **Criticorum** factio in unum hac de re conveniat. Quare et nos nodum in scirpo querere nolumus, sed viginti

illas Fabulas, Grammaticorum decretis acquiescentes, quas temporum injuria nobis reliquias fecit, tamquam genuinam Plautini ingenii imaginem suspiciemus, atque admirabimur. Et quid id ni faciamus merito? Quis enim Plautinas Fabulas, ‘vitæ imitationem, speculum consuetudinis’ (id quod Cicero de unaquaque Comœdia asseveravit) ‘veritatisque imaginem vocitare dubitet?’ sermo illis inest Latinus, verba non abjecta, res compositæ ad retrioris Antiquitatis Genium et mores quam diligentissime. Quid? an tu ullum locum in tota Philosophia reperiri existimas, quem Plautus non uno ad minimum exemplo illustraverit? Quod si dubitare velis, adi Electa nostra Plautina, quæ seorsum collegimus. Præterea quam facete omnia salseque quæcumque scripsit commentatusve est a Plauto in lucem sint producta, quanta urbānitate dictio ejus efflorescat, ipsum Plautum testem habemus locupletissimum. Hæc enim Cycnea morientis fuit cantio, apud Agellium lib. I. cap. 24.

Postquam est mortem aptus Plautus, Comœdia luget:
Scena est deserta: hinc ludus, risusque, jocusque,
Et numeri innumeri simul omnes collacrumarunt.

Idem sensit Oratorum maximus Tullius Cicero. ‘Duplex omnino,’ inquit, ‘est jocandi genus; unum illiberale, petulans, flagitosum, obscenum: alterum elegans, urbanum, ingeniosum, facetum; quo genere non modo Plautus et Atticorum antiqua Comœdia, sed etiam Philosophorum Socraticorum libri referti sunt.’ Neque aliter judicavit divus Hieronymus: ‘Post noctium,’ inquit ille, ‘crebras vigilias, post lacrymas, quas mihi præteriorum recordatio peccatorum ex meis visceribus eruebat, Plautus sumebatur in manus.’ Atque eo nomine a Rufino Plautinæ eloquentiæ sectator appellatus fuit.

Quod si igitur hic nulla delectatio ostenderetur, sique ex Plautinis facetiis voluptas nulla pateretur, nunquam tot ac tanti viri animum suum amoenitatibus hujusmodi reficiendum Plauto tradidissent. Hoc eos dicendi genus delectabat, illud afficiebat. Perelegans nimirum, et cum gravitate salsum; non forensium solum actionum, sed omnium ser-

monum condimentum judicaverunt. Ad summam, ne agam de singulis, Plautum ipsam Suadæ medullam verissime dixeris. Dictio namque Plautina, tota quanta quanta est, est ipsa Latinitas. Non hic obscuritas verborum dominatur, non barbaries pugnat, non voces absonæ, et inconditæ; sed puritas vincit sermonis, verba mira suavitate veluti in cratere Philotesio concordant, Atticismi gloriose triumphant. Quod si auctoritatibus singula firmando et asserenda mihi fuerint, testem adducam virum maximarum rerum peritissimum Agellium, qui Plautum non dubitavit nominare ‘ipsum linguæ atque elegantiae Latinae principem, verborumque Latinorum elegantissimum artificem’ et Macrobius sumnum in omni genere auctorem: ‘Animadverto,’ inquit, ‘duos, quos elegantissimos antiqua ætas tulit, Comicum Plautum, et Oratorem Tullium, eos ambos etiam ad jocorum venustatem ceteris præstisset. Plautus quidem ea re clarus fuit, ut post mortem ejus, Comœdiæ, quæ incertæ ferebantur, Plautinæ tamen esse, de jocorum copia, noscerentur.’ Est et M. Varro Togatorum doctissimus, qui vel solus Plauti osoribus asininam possit pellem detrahere. Hic enim e sententia Ælia Stilonis, tanquam ab ipso Apolline admonitus, palam edixit. ‘Ipsæ,’ inquit, ‘Musæ si Latine loqui voluissent, ipso Plautino genere usæ fuissent.’ Quod Varronis Oraculum in numeros sic redactum est :

Si Musæ vellent uti sermone Latino,

Eligerent numeros, Plaute, salesque tuos.

Istis et hæc Doctorum præconia consonant: quod Plautus sit ipsa Musa decima: Romanæ linguæ lex quædam: Musarum et gratiarum hortus: optimus loquendi Magister: omnium Poëtarum ingeniosissimus, politissimus, festivissimus: Latina Siren: Auctor elegantiae: pater jocorum, risuum, facetiarum: quodque inter omnes Latinæ elegantiae scriptores familialam jure ducat meritissimo.

Facecant proinde longe ab hinc, et ad Morboniam migrant, quicumque Accianam lectionem aliis supercilioso admodum ausu dissuadere satagunt. Moveat illos potius

gravissimorum virorum exemplum, qui tantum Poëtam in magno semper honore habuerunt. Quid enim censemus judicasse olim M. Varronem, L. Ælium Stilonem, Aurelium, Q. Fabium, Macrobius, Agellum, Servium, Papirii Boëthi fratrem L. Sisennam, Asperum, Aruntium, Celsum, Scaurum, Flavium, Caprum, aliosque quos passim commentariis suis illustrasse Comicum nostrum, magnisque in deliciis semper habere solitos, legimus? Nec vero hoc gravissimorum hominum de Plauto judicium obscurari ullo modo potest: quin potius consentiente doctissimorum virorum calculo magis ac magis confirmatur. Inprimis omni laude dignissima est vox illa Hermolai barbari, qui literas humaniores ab opica barbarie primitus liberavit. ‘Plautus,’ ait ille, ‘eminentissimus Poëta, et qui tot sæculis in supremo stetit, nec in comparationem venit; nec in ordinem se cogi patitur.’ Et tamen in ordinem redigere conatus est Volcatius Sedigitus, qui de Latinis Poëtis hanc tribuniciam tulit sententiam:

Multos incertos certare hanc rem vidimus,
Palmam Poëta Comico quoi deferant.
Eum meo judicio errorem dissolvam tibi:
Ut contra si quis sentiat, nil sentiat.
Cæcilio palmam Statio do Comico:
Plautus secundus facile exsuperat ceteros.

Hic quamvis non primas, secundas tamen Plauto inter fabularum scriptores honorifice tribuere non dubitavit.

Jam minime admittendos puto illos, qui contentione instituta (id quod Afranium, itemque Asulanum quendam, aliosque factitasse legimus) Comicum Afrum Sarsinati nostro, judicio nescio quo, longe prætulerunt. Qui si justa prius trutina omnia examinassent, tubam cum tibia se comparasse ipsimet facile animadvertisserent. Nam quidem certe Terentium Afrum huic nostro longe esse inferiorem, inde manifestum est, quod elegantias suas, si non omnes, plerasque saltem non sibi ipsi peperit, sed ita mutuatus est, ut alterius quasi plumis sese cohonestarit. Atque hinc est quod Lavinius, Poëta non ignobilis, Terentium ‘furem

Plautum' non dubitavit appellare: teste adeo ipso Terentio Prologo Eunuchi. Recte; nam ut rursum, alias quidam non insulse judicet, 'Plautus, ex potissima parte tantum, quantus est, fecit Terentium.' Placuit omnino judicium doctissimi Hieronymi Gebuvileri, qui fabulas aliquot Plautinas cum Commentariis Pyladis Brixiani in lucem edidit Argentinæ, anno MDXIV. Ita enim seribit: 'Terentii Comœdias non rejicio, verum quam Phœbus ceteris astris lumine, tam Plautus Terentium longe præcellit Latinitate. Quiequid enim scommatum et salium illic reperias, id totum ex Plautina depromtum est officina. Quocirca non temere cognomentum Plautinæ Simiæ Terentius meruit: idem sane Cæsar de Terentio sensit his verbis:

Lenibus atque utinam scriptis adjuncta foret vis

Comica! ut æquato virtus polleret honore

Cum Græcis, neque in hac despectus parte jaceres:

Unum hoc maceror et doleo tibi deesse, Terenti.

Quid hic desideratur? non hac destituitur varietate Plautus; sed abundat, sed prægnans quasi est. Modo namque assurgit, modo submittit: nunc protrita, nunc grandiora dicit: proponit vitia et castigat: locos communes virtutum et vitiorum admisceat, tanquam aliud agens, quando hoc ipsum unice agit: omnia denique tanquam sale venustissimis jocis aspergit. Ad suinam, veteris Comœdiæ acerbitatem cum novæ suavitate temperat.

Accedit eodem testis locuples M. Varro, cuius hoc circumfertur judicium: 'Cæcilius in Argumentis palmam poscit; in Ethesi Terentius; in Sermonibus Plautus.' Ecce Terentianæ lectioni antefertur dictio Plautina! suffragatur item J. Lipsius, vir in omni literatura longe potissimus. 'Terentium,' inquit, 'ipsum amo; admiror sed Plautum magis: uterque adolescentibus in sinu, in manu, in oculis sit. Conferantur etiam, si placet, inter se: tantum Plauto Terentius ne preferatur.'

E quibus liquido perspicitur, quæ excellentia, quæ Plauti sit dignitas. Profecto, ut nemo pictor est inventus, qui Apellem vineeret, Veneris imaginem ita eleganter depin-

gentem, ut oris pulchritudo formæ inchoatæ reliqui corporis superandi spem reliquis auferret; sic neminem esse arbitror, qui scribendi genus Plautinum, quod omne tulit punctum, quantumvis doctus, adæquare, nedum superare possit.

Facere hic non possum, quin in gratiam eloquentiæ studiosorum certis argumentis demonstrem, lectionem Plautinam nihil omnino, quod nonnulli arbitrati sunt, officere facundiæ Tullianæ; sed eam potius multis modis adjuvare. Audi igitur ipsum eloquentiæ Romanæ Patrem Tullium. ‘Finitimus est quidem,’ inquit Cicero, ‘Oratori Poëta, cuius virtutes omnes persequitur, cum numeris sit astrictior, ornandique generibus socius, ac pæne par.’ Magnifica vero vox, et magno viro ac sapiente vel maxime digna! quæ, si suo æstimetur honore, et gravitate, excellentem Poëticæ facultatis speciem atque formam nobis adumbrat. Nam cum nihil tam cognatum sit mentibus nostris, quam numeri atque voces, quibus modo excitamur, et languescimus, modo incendimur, et lenimur, mox ad hilaritatem, mox iterum ad tristitiam deducimur; summa illa vis carminibus, atque adeo comoediis aptior, non neglecta (ut mihi videtur) est a Plauto nostro. Nam ut monumenta ejus ad nostram prolata ætatem satis superque testantur, ea fuit in agendis comoediis dulcedine, ea suavitate, qua perfunderet animos, ut recordationem concinnitatis suæ cum delectatione conjunctam, aculeos etiam quandoque relinqueret in animis eorum, a quibus esset auditus. Atqui cum in tota eloquentia nihil præstabilius sit, quam posse dicendo tenere hominum cœtus, mentes allicere, voluntates impellere, quo velis, unde rursus velis, deducere; an tu Comoediæ hanc laudem præripies? an eam plane obteres? nihil minus. Tantum abest, ut laudibus Comœdiarum, hac in parte obscuritas aliqua adferatur, ut etiam plurimarum palmarum facile nobilissima sit: quis enim vel Lysippus corporis imaginem melius cœlo effinxit, vel quis Apelles corporum linamenta ac formas contemplatus est exquisitus suoque penicillo expressit felicius, quam ingenia et mores ho-

minum effinxerunt Comœdiæ? quis animorum motus? in quibus ad fidem faciendam plus etiam quam in argumentorum pondere, positum est momenti; quippe iis, qui bene tractati (teste Cicerone) admirabilem faciunt eloquentiam. Quis, inquam, affectus cum lenes illos sive mites, tum vehementiores seu concitatores, in quibus potissimum regnat oratio, illis ipsis Comœdiis tractavit commodius, atque ad naturam cuiusque, et fortunam, et ætatem, observata in singulis decori ratione, accommodavit rectius? Introducuntur a Comico ab ægritudine contabescentes, ferventes avaritia, luxu perditi, insani amore, ambitione tumidi, expectatione suspensi. Quid? annon licet ora ipsa cernere iratorum? an non eorum, qui aut libidine constricti, aut metu commoti, aut voluptate nimia gestiunt, quorum omnium vultus, voces, motusque quam potest evidentissime permutantur, atque ita permutantur, ut ab iis Oratori vis maxima existat in hominum mentibus, vel ad iram, vel ad odium, aut dolorem incitandis, vel ab his iisdem permotionibus ad lenitatem misericordiamque commovendis? Verum quid in re non incerta longiore utor oratione? quove argumento dissuadere aggredior diutius? Ut eloquentiam Ciceronis nullo modo impediri, sed juvari vel maxime Plautino sermone deinceps credant adolescentes, certe quidem ipse Cicero, ne longius discedamus, ‘Flexuimam’ semper suam existimavit orationem, si collustrata esset exemplo aliquo comico: propterea, quod hac ratione effecti hominum mores in alienis personis, expressaque imago vitae quotidianæ, accenso quodam quasi lumine, videri conspicue plane paulo ante posset. Hinc nota illa fabella Cæciliana, in oratione qua bona S. Roscii contra L. Sylle dominantis potentiam defendit: hinc illa in oratione Cæliana, alia in Miloniana: quibus fabulis ad animos hominum impellendos usus est. Nec vero minorem vim atque utilitatem ad impellendas mentes salis atque urbanitatis esse omnino arbitror. Sæpe enim numero lepore res graviores magis elevantur venusto, quam contentione, licet gravissima, confringuntur. Jam vero Platum nostrum fa-

cetiis reliquis longe excelluisse, quis ignorat? Vicerunt ergo joci facetiaeque eloquentiam verbosam. Immo vero facultas dicendi secuta est: ceterum cum orator omnem suam operam, curam, et diligentiam in nulla fere alia re collocare soleat, quam ut in dictione sua sermonis elegantia eniteat, haud scio melius, an ullibi, præterquam apud Comicum, verborum illa mundities atque elegantia, quam orator studiose observat, eminentior sit, magisque conspicua: pereleganter enim Poëta ait:

Mortales immortales flere si foret fas;

Flerent Divæ Camœnæ Nævium Poëtam.

Ita qui postquam est Orcino traditus thesauro

Obliti sunt Romæ loqui lingua Latina.

Etenim si musæ ipsæ, quod antea dixi, Plautino voluerunt loqui sermone, si Romanæ linguae lex quædam est Plautus, si Romana loquendi figura in Plauto efflorescit, si denique nulla elocutionis figura a Grammaticis tradi potest, cuius apud Plautum non exemplum petatur; ecquam ejus dictionem putabimus? an hac festivitate Plautina ac lepore ullam scriptionem conditiorem reperiemus?

Sunt tamen qui aures mihi scalpuriunt, et nescio qua freti audacia Plauti laudes non modo verbis, sed reapse extenuare mollireque suis conantur dicteriis. Et hi vel antiquiores sunt, vel recentiores. Inter veteres Plauti contemtores familiam dicit Horatius Flaccus, qui tale, seu serio seu joco, in Plautum effutivit cavillum:

At nostri proavi (inquit) Plautinos et numeros et
Laudavere sales; nimium patienter utrumque,
Ne dicam stulte, mirati; si modo ego et vos
Scimus inurbanum lerido seponere dicto,
Legitimumque sonum digitis callemus et aure.

Ecce exortus est antesignanus omnium obtrectatorum Plauti Horatius; cuius e ludo tanquam ex equo Trojano innumeri sanniones egressi sunt. Hinc clamosus alias corax, Terentianus ille Aristarchus, cui in Plautum audacter, ne quid gravius dicam, hæc talia pronuntiare non erubuit: ‘Hæc Plautina sunt,’ inquit, ‘cum in iisdem longa

sit disputatio, sed mire a Terentio proferuntur ad ejus exemplum, et, quod est plus, carent Plautinis nugis.' Quibus e recentioribus consonat nescio quis Minturnus, qui insulse ' non pauca insulsa in Plauto nostro reperiri' vehementer admodum disceptavit. Sed quid tandem? an ista patienter adeo in Plautum quotidie dici patiemur? nihil minus. Sublinendum est os eruditulis istis audaculisque Zoilis, ut cum se cicadam ala corripuisse animadverterent, palinodiam canere incipient. Sed ne longior sim, quam necesse est, justoque magis excandescam, sententiam illam Horatianam, in qua multi sese ad insaniam usque jactitarunt hucusque, probabilibus, uti spero, argumentationibus refellam. Laudent ergo, quicumque velint, Horatium dictionis Plautinæ arbitrum, laudent judicium ejus gravissimum, admirantur etiam, modo et ipse tuto assentiri queam iis viris, qui mihi videntur, quasi quædam platanus satis spatiose, ad opacandum hunc locum, patulis undiquaque diffusa veritatis ramis: Varroni puta, Ælio Stiloni, Macrobius, Agellio, sexcentis aliis, quorum supra mentio facta, neque id, ut opinor, injuria: quandoquidem enim constat Horatium fuisse hominem iracundum, judicium hoc ejus tanti non videtur faciendum, quod scilicet ex præcipitato affectu sic temere effudit. Sed sic agam. Aut Horatius veritatem hac in parte dissimulavit, aut Poëta non fuit. At Poëtam fuisse Horatium præconio domestico edicit ipse Horatius:

Spiritum Phœbus mihi, Phœbus artem
Carminis, nomenque dedit Poëtæ.

Atqui Poëta,' ut Plautus noster monet, 'cum fabulas cepit sibi, quærit quod nusquam est gentium.' Et Lucilius, antiquus et nobilis ille Satirarum scriptor, dixit: ' Pergula pictorum; veri nihil, omnia ficta.' Ex quo illud intelligitur, Horatium Flaccum, cum hanc tulisset sententiam, subventanea velut anicularum deliramenta peperisse. Et quid mirum est? Nam idem prorsus judicium præpostorum valde tulit de Laberio et Chœrilo, Poëtis præstantissimis ante Horatium. Archelaum quippe legimus, numisma aureum pro singulis versibus Chœrilo numerasse. Scilicet id verum est, quod dici solet!

Tres mihi convivæ prope dissentire videntur,
Poscentes vario nimium diversa palato.

Itaque ut rex Atheas religiosissimo sanctissimoque se obstringebat juramento (jurabat enim per Aquilonem et Acinacem) se equi hinnitum potius, quam Ismeniae tibicinis Græcorum præstantissimi modulos malle audire; (quo quid absurdius?) sic Romulus, cum ceteri alerentur Ambrosia et Nectare, rapis vesci maluit. Nec invenuste proverbio dici solet. ‘Præterit asparagos, ut edat carduos asellus.’ Simili mihi ratione judicium illud Grammaticelli mangonisque, nescio cuius Minturni, coërceri reprinique videtur posse.

Sed missis istis Plauti contemtoribus, de iis aliquid dicam quoque, qui dictare non erubescunt, juventutem Christianam lectione Plauti Comœdiarum plurimum corrupti; redolere item antiquitatem obsoletam; et denique dictionem Plautinam esse corruptam, in pravumque planitus conversam: negligendam igitur, et ab omni lectione arcendos humaniorum literarum studiosos. De prioribus ut primo dicam, non sum nescius D. Augustinum omnem suam ætatem gravissime detestari, quam in lectione profanorum auctorum desumisit. Neque hoc etiam diffiteri possum, in Comœdiis Plautinis introduci sæpe meretrices procaces, avaros lenones, parasitos edaces, adolescentes dissolutos, senes stultos, veteratores, et fallaces servos, mores mollissimos, Massilia dignos vel Tarento, jocos denique non facetos, sed obscenos, tanquam e Suburra, aut Velabro, Tuscoque Vico oriundos. Sed quid tum? an propterea e manibus adolescentum humaniorum excutiendus est is, qui tot annis, tot sæculis in doctissimorum virorum oculis, qui in manu sinuque fuit perpetuo? minime gentium. Si enim in his inest aliquid probri, quod capiat incautos, nemo tamen tam inconsideratus erit judex, quin id non Plauto, sed Comœdiae imputandum et dicat et sentiat. Atqui ne huic quidem jure tribui posse fatebitur is, qui consideraverit, esse illam imitationem vitæ, speculum consuetudinis, imaginem veritatis. Nimirum in hac bona ratio cum perdita, mens sana cum amentia, optima denique spes cum omnium

rerum desperatione ut plurimum confligit: adeoque a tot ac tantis turpissimis sceleribus praeclarissimæ virtutes quasi superantur. Quæcum ita sint, mihi id hominum genus Comœdiae ideo irasci solitum, quod vitia et mores depravati ibi continentur, simile videtur illis mulierculis, quæ ipsæ turpes et deformi præditæ vultu cum sint, speculo suo irascuntur, quod formosam sui non referat imaginem. Quapropter qui petulantiam, fraudationem, scelus, turpidinem, libidinem, avaritiamque sibi in Comœdia, tanquam in speculo, proposita non ægre modo ferunt, sed et ira stomacho quo idcirco ardent; his hoc do consilii, ut ne peccent, certo persuasi, ab omni Comœdiæ immitiore morsu tum demum se fore immunes. Et si hanc ob causam Plautus legendus non esset, quod vitia perstringit; quis quæso Homeri Iliada, quis ejusdem Odysseam, hinc inde variorum hominum vitiis sceleribusque conspersam, in unum collegisset? quis unquam legisset? Non minus enim quam Plautus noster vitia saepius taxat, adulterium videlicet Paridis, Circes, Calypsus, Veneris; intemperantiam procurum; sclera alia. An Augustus Virgilium, Didonis et Æneæ amores lascivos pertractantem, tanto unquam habuisset in honore? nec Aristophanis Comœdiæ, satis non nullibi flagitiosæ, a Chrysostomo fuissent absque flagitio tanta lectitatæ diligentia et accuratione. D. Hieronymus signandus nigro calculo, quod Plautina lectione tantopere delectatus fuit? Ciceronem denique, non semper Vestæ pedissequos imitatum, quis sequeretur? Quis Juvenalem? Horatium? et quid multis? abjiciendæ epistolæ D. Pauli, Gentium illius doctoris; quibus præsertim introducit flagitium horrendum incestus; Ethnicorum nefanda sclera, cane pejus et angue fugienda! quin immo tota Scriptura sacra perpetua foret oblitteranda oblivione, omnique aetati, ad Catonum severiorum normam de vitiis fugiendis, conticescendum. Sed et illi ipsi liberiorum morum Aristarchi hisce facile assentiunt, qui, ut Poëta canit, ut plurimum,

Curios simulant, et Bacchanalia vivunt.

Quemadmodum igitur sacrarum Literarum monumenta non

idcirco videntur vitia recensere, ut ea imitemur, sed (quod optimum est) ut aliena insania ad nostram utilitatem fruamur, ita Poëtarum scena, Comicorum scelera (quorum messem undiquaque maximam licet metere) tanquam in speculo eminentiore depingit, ut peccatorum turpitudine propalam conspecta, hominibus terrorem incutiat; contra ad pietatem sedulo colendam excitet. Nam quid causæ fuisse putamus, cur Demodocus ille Phæacensis Martis et Veneris amplexus decantavit? an quod adulterio adularetur? non, non: sed quod cauterium libidini adhibere cuperet. Et si (ut lex vult Julia) ‘non verba mœchantia, sed ipsa facta puniuntur,’ quis Plauto jure succenseat? facit enim id suo quodam jure, si puerilia quædam et indecora adducit in Theatrum, hanc, ut opinor, ob causam, ut hac ratione homines vel solo recognitatu mores improbos amitterent. Quare ut vina opposita vinosum facilius proritant ad bibendum, quam abstemium; ita libertas illa in Comœdia animum nequam et improbum incitare facile potest: castum virum et integrum non potest. Non immerito ideo etiam Poëtarum lectio immenso alicui mari comparatur; in quo licet scopuli sint acuti, vada etiam difficillima, non tamen cautus idemque diligens nauta ad ea navem suam impellit: pari ratione in Poëtarum libris sunt scopuli quidam, ad quos cum impelli non expedit, vir bonus strenue prætervehitur: non secus atque socii Ulyssis, qui, ut Sirenum dulcissima modulamina devitarent, aures sibi cera liquefacta obturarunt; atque ne blandimentis illis ad libidines allecti naufragium facerent, scopolos prætervolarunt. Recte igitur etiam Livia viros nudos nihil differre castis fœminis a statuis dixit. Cumque in studiis nostris nihil aliud præter delectationes quæramus, quid impediat, quominus jocos ejusmodi facetiasque urbanas severioribus nostris studiis admisceamus, ut ita animus ex forensi strepitu reficiatur, et aures convicio defessæ nonnunquam conquiescant? Nec vero propterea Plautinas fabulas abjiciendas censeo, licet maculæ quædam iis, vel sui vel sæculi vitio, inspersæ inveniantur. Ut enim vinum gencrosum, vinum

esse nullomodo desinit, etiamsi guttis aliquot aquæ sit commistum; ita nec splendorem suum et gratiam Plautum nostrum aliosque Poëtas apud doctos, etsi humani quid intervenit, amisisse arbitror. Sed de his hactenus: apud bonos enim satis tela objecta retorta videntur esse; malis autem nihil satis, quamvis Achilleis pugnes argumentis, potest disputari.

Antiquitatem vero Plautinæ dictionis quod attinet, utitur Plautus iis verbis in scena, quæ conveniente loco singulis rebus et personis sunt attribuenda. Cum res describit serias, heroicis utitur verbis: cum ridiculas, facetis: cum antiquas, antiquis verbis utitur: et sic porro alia. Apposite igitur Tullius, qui quædam Plautina in deliciis habuisse perhibetur, inquit: ‘cum audio socrum meam Læliam, eam sic audio, ut Plautum mihi, aut Nævium, videar audire.’ Ecquis novem illas Musas, ecquis Apollinem præsidem Musarum culpabit, quod verbis obsoletis locutus interdum fuit? nemo prosector; nisi et me juxta atque illum fallit omnis ratio. Quod si itaque Musæ cum Plauto (uti jam sæpius commonefeci) loqui voluerunt, facessat hinc novitas illa delicata, seseque quam citissime reprimat: contra nisi cum Musis loqui in honestum aut indecorum quis judicet, antiquitatem illam nobilem et vere Latinam, quotquot rectioribus studiis imbui satagunt, unice admirantur imitenturque.

Postremo minime quoque ferendum esse arbitror eorum accusationem, qui Plautum ita esse corruptum, ita depravatum affirmant, ut neque legi neque intelligi (ita clamitant) a quoquam amplius possit. Id etsi forsitan negari plane non potest, non tamen Plauto nævi isti ascribendi sunt; sed iis potius, qui elegantissimam ejus purissimamque imaginem tantopere deformarunt. Ad hæc, licet ante sæcula aliquot adeo deturpatus fuerit Comicus hic; opera tamen atque industria nostra, uti confidimus, tam nitidæ ejus factæ sunt Comœdiæ, tam illustris lucubrationibus nostris redditus est is, qui etiamnum in tenebris jaceret, nisi veteris Musarum alumni commiserti, omnem maculam

ita ab divino corpore absterrissemus, ut eum porro jam quivis, quamvis mediocriter doctus, nullis aliis adminiculis adjutus, sed (quod aiunt) proprio Marte, et legere possit et intelligere. Ut igitur tandem Dissertationi huic meæ Plautinæ finem imponam, facere non possum, quin in gratiam humaniorum adolescentum, eorum, inquam, qui non indiligerent, immo vero quandoque nimis superstitiose, ne quid gravius dicam, in Plauti lectione esse solent, coronidis loco subjiciam admonitionem perquam salutarem et prudentem magni illius Plautopoli, Joannis Passeratii.

‘Quadruplicem,’ inquit regius interpres, ‘cautionem adhibeant ingenui adolescentes in evolvendo Plauto. Primum, si quæ verba ridiculi causa configit, ut multa producere solet, vel si qua jungit audacius Aristophanis more, ea Comicæ putent esse licentiaæ, neque sibi permittant. Deinde si qua occurrent obscoeniora, ut lasciva fuit scena illorum temporum, nullam inde concipient turpitudinis maculam, sed per ea sic incedant, quasi per medium Suburram properent ad sobrium Vicum, aut ad aliquod Pudicitiaæ sacellum. Præterea, nimis prisca verba, et fere desita, sibi tantum supponant, ad cognitionis oblectationem: ut elegantes consueverunt homunculi antiqua vasa, sigilla, et numismata, quæ recondita delectant, neque depromta inter quotidianam supellectilem deteruntur. Scirpos denique vitent et Plautinarum quæstionum cruces, in quibus videmus frustra se torsisse viros doctissimos M. Varronem, Ælios, Gallum, et Stilonem, Ateios, Capitonem et philologum.’ (Adderem ego decumanam cohortem Criticorum nostri saeculi, si crambem illam, quam ærumnabili meo labore in castigando Plauto devorare coactus fui, jam nunc recoquere allubesceret.) ‘Cetera omnia meo bono periculo studiose consequentur; quæ si fuerint assecuti, non erit quod alium Latini sermonis fontem ad hortulos suos irrigandos desiderent.’

Atque tantum de vita et scriptis Plauti nostri e monumentis veterum aliorumque hoc tempore commentari libuit.

DE PLAUTO ET EJUS SCRIPTIS

VETERUM AUCTORUM

T E S T I M O N I A.

Varro Parmenone, apud Nonium, in *Poscere*, i. e. accipere.

In Argumentis Cæcilius poseit palmam, in Ethesin Terentius, in Sermonibus Plautus.

Cicero lib. 1. de Officiis.

Duplex omnino est jocandi genus: unum illiberale, petulans, flagitosum, obsecnum: alterum elegans, urbanum, ingeniosum, facetum; quo genere non modo Plautus noster et Atticorum antiqua Comoedia, sed etiam Philosophorum Socraticorum libri sunt referti.

Idem Tuscul. Quæst. lib. 1.

Serius Poëticam nos accepimus: annis enim fere ccccx. post Romanam conditam Livius Fabulam dedit, C. Claudio Cœci filio, M. Tuditano Coss. anno ante natum Ennium, qui fuit major natu, quam Plautus et Nævius.

Idem lib. III. De Oratore, ex persona L. Crassi.

Equidem cum audio socrum meam Læliam, (facilius enim mulieres incorruptam antiquitatem servant, quod multorum sermonis expertes ea tenent semper, quæ prima didicerunt,)

eam sic audio, ut Plautum mihi aut Nævium videar audire.

**Idem lib. De Republ. apud Augustinum
De Civ. lib. II. cap. 9.**

Sed Periclem, cum jam suæ civitati maxima auctoritate plurimos annos domi et belli præfuisset, violari versibus, et eos agi in Scena, non plus decuit, quam si Plautus noster voluissest aut Nævius P. et Cn. Scipioni, Cæcilius M. Catoni maledicere.

Idem Catone majore, ex ejusdem persona.

Quam gaudebat Bello suo Punico Nævius! quam Truculentio Plautus! quam Pseudolo!

Idem Epistol. Famil. lib. IX. Epist. ad Papirium Pætum.

Sed tamen ipse Cæsar habet peracre judicium: et ut Servius, frater tuus, quem literatissimum fuisse judico, facile diceret: Hic versus Plauti non est, hic est: quod tritas haberet aures notandis generibus Poëtarum, et consuetudine legendi: sic audio Cæsarem, &c.

**Volcatius Sedigitus de Poëtis Comicis, apud Agellium
lib. xv. cap. 23.**

Multos incertos certare hanc rem vidimus,
Palmam Poëtæ Comico quoi deferant.
Eum meo judicio errorem dissolvam tibi;
Ut, contra si quis sentiat, nil sentiat.
Cæcilio palmam Statio do Comico.
Plautus secundus facile exsuperat ceteros.
Dein Nævius, qui servet, pretio in tertio est.
At si quid quarto detur, dabitur Licinio:
Attilium post Licinium facio insequi.
In sexto consequetur hos Terentius.
Turpilius septimum, Trabea octavum obtinet.
Nono loco esse facile facio Luscium.
Antiquitatis causa decimum addo Ennium.

Plinius Nepos lib. I. Epist. 16.

Legit mihi nuper epistolas, quas uxoris esse dicebat:
Plautum vel Terentium metro solutum legi credidi.

Quintil. Inst. Orat. lib. X. cap. 1.

In Comœdia maxime claudicamus: licet Varro dicat,
'Musas (L. Ælii Stilonis sententia) Plautino sermone locu-
turas fuisse, si Latine loqui vellent.'

Agellius Noct. Att. lib. I. cap. 7.

Plautus verborum Latinorum elegantissimus, in Amphi-
truone dixit: 'Numero mihi in mentem fuit.'

Idem lib. III. cap. 3.

Verum esse comperior, quod quosdam bene literatos
homines dicere audivi, qui plerasque Plauti Comœdias
curiose atque contente lectitaverunt, non indicibus Ælii,
nec Sedigit, nec Clandii, nec Aurelii, nec Accii, nec Mani-
lii, super his Fabulis, quæ dicuntur ambiguæ, credituros,
sed ipsi Plauto moribusque ingenii atque linguæ ejus; hac
enim judicii norma Varronem quoque esse usum videmus:
nam præter illas unam et viginti, quæ Varronianæ vocan-
tur; quas idcirco ceteris segregavit, quoniam dubiosæ
non erant, sed 'cousensu omnium Plauti esse censebantur;
quasdam item alias probavit, adductus stylo atque facetia
sermonis Plauto congruentis: easque jam nominibus alio-
rum occupatas Plauto vindicavit: sicuti istam, quam
nuperrime legebamus, cui est nomen, 'Boeotia': nam cum
in illis una et viginti non sit, et esse Aquilii dicatur, nihil
tamen Varro dubitavit, quin Plauti foret; neque aliud
quisquam non infrequens Plauti lector dubitaverit, si vel
hos solos versus ex ea Fabula cognoverit: qui quoniam
sunt, ut de illius more dicam, Plautinissimi, propterea et
meminimus eos et adscripsimus. Parasitus ibi esuriens
haec dicit:

Ut illum Di perdant, primus qui horas reperit, &c.

Favorinus quoque noster, cum ‘Nervolariam’ Plauti legerem, quæ inter incertas est habita, et audisset ex ea *Comoœdia* versum hunc,

Strateæ, scrupedæ, strativolæ, sordidæ; delectatus faceta verborum antiquitate meretricum vitia atque deformitates significantium: Vel unus hercle, inquit, hic versus Plauti esse hanc Fabulam satis potest fidei fecisse. Nos quoque ipsi nuperrime cum legeremus ‘Fretum’ (nomen est id *Comoœdiæ*, quam Plauti esse quidam non putant) haud quicquam dubitavimus quin Plauti foret, et omnium maxime genuina, ex qua duos hos versus exscripsimus; ut historiam quæreremus oraculi arietini:

Nunc illud est,

Quod arietinum responsum magnis ludis dicitur:

Peribo, si non fecero; si faxo, vapulabo.

Marcus autem Varro in libro ‘De Comoœdiis Plautinis’ primo verba hæc ponit: ‘Nam nec ‘Gemini,’ nec ‘Lenones,’ nec ‘Condalium,’ nec ‘Anus’ Plauti, nec ‘Bis compressa,’ nec ‘Bœotia’ unquam fuit, neque adeo *Ἄγροικος*, neque ‘Commorientes;’ sed M. Acutici.’ In eodem libro Varronis id quoque scriptum est, Plautium fuisse quempiam Poëtam *Comoœdiarum*: cuius quoniam Fabulae Plauti inscriptæ forent, acceptas esse quasi Plautinas: cum essent non a Plauto Plautinæ, sed a Plautio Plautianæ. Feruntur autem sub Plauti nomine circiter centum atque triginta. Sed homo eruditissimus L. Ælius quinque et viginti esse ejus solas existimavit: non tamen dubium est, quin istæ, et quæ scriptæ a Plauto non videntur, et nomini ejus adducuntur, veterum Poëtarum fuerint, et ab eo retractatae et expolitæ sint: ac propterea resipiant dictum Plautinum. Sed enim ‘Saturionem’ et ‘Addictum,’ et tertiam quandam, cuius nunc mihi nomen non suppetit, in pistrino eum scripsisse Varro et plerique alii memoriae tradiderunt, cum pecunia omni, quam in operis artificum Scenicorum pepererat, in mercationibus perdita, inops Romam rediisset; et ob querendum victimum ad circumagendas molas, quæ trusatiles appellantur, operam pistori locasset. Sicut

de Nævio quoque accepimus, Fabulas eum in carcere duas scripsisse, ‘Hariolum’ et ‘Leontem,’ &c.

Idem lib. vii. cap. 18.

Plautus homo linguæ atque elegantiae in verbis Latinæ princeps.

Idem lib. xvii. cap. 21.

Ac deinde annis fere post quindecim, bellum adversus Poenos sumtum est: atque non nimium longe M. Cato Orator in civitate, et Plautus Poëta in scena floruerunt.

Idem lib. xix. cap. 22.

Quando Plautus, linguæ Latinæ decus, ‘delitiam’ quoque ἐνικῶς dixerit, pro ‘delitiis’: ‘Mea,’ inquit, ‘voluptas, mea delitia.’

Macrobius Saturn. lib. ii. cap. 1.

Et jam primum animadverto duos, quos eloquentissimos antiqua ætas tulit, Comicum Plautum et Oratorem Tullium, eos ambos etiam ad jocorum venustatem ceteris præstisset. Plautus quidem ea re clarus fuit, ut post mortem ejus Comœdiæ, quæ incertæ ferebantur, Plautinæ tamen esse de jocorum copia noscerentur.

D. Hieronymus in Epist. ad Pammachium.

Hæc est Plautina elegantia, hic lepos Atticus, et Musarum, ut dicunt, eloquio comparandus.

Idem Epist. ad Pammach. De opt. genere interpretandi.

Terentius Menandrum, Plautus et Cæcilius veteres Comicos interpretati sunt. Numquid hærent in verbis, ac non decorum magis et elegantiam in translatione conservant, quam veritatem interpretationis?

Idem ad Eustochium, De custodia Virginitatis.

Itaque miser ego lecturus Tullium jejunabam. Post

noctium crebras vigilias, post lacrymas, quas mihi præteriorum recordatio peccatorum ex iniis visceribus eruebat, Plautus sumebatur in manus.

Idem adversus Ruffinum.

Audio præterea te quædam de epistola mea philosophice carpere, et hominem rugosæ frontis adductique supercilii Plautino in me sale ludere, eo quod Barrabam Judæum dixerim præceptorem meum.

Idem in Eusebii Chronico.

Olymp. CXLV. Plautus ex Umbria Sarsinas Romæ moritur, qui propter annonæ difficultatem ad molas manuarias pistori se locaverat ibi, quoties ab opere vacasset, scribere Fabulas solitus et vendere.

Ruffinus in D. Hieronymum.

Cum ad hæc omnia quæ supra diximus, etiam illud addatur, ubi cessat omne commentum, quod in monasterio positus in Bethlehem ante non multo tempore partes Grammaticas executus sit, et Maronem suum, Comicosque ac Lyricos et Historicos auctores traditis sibi ad discendum Dei timorem pueris exponebat :

paulo post :

Quæro, si vel Flaccus tuus, aut Maro, si Plautus Comicus aut Terentius certe, si aut Satiricus quis, &c.

Idem ibidem.

Sic, dum totus Plautinæ et Tullianæ cupis eloquentiæ sectator videri, oblitus es, quomodo Apostolus omnem Ecclesiam, &c.

Idem ad Dominionem.

Puto quod puer legeris Aspri in Virgilium et Sallustium Commentarios, Vulcatii in Orationes Ciceronis, Victorini in Dialogos ejus, et in Terentii Comœdias Præceptoris mei Donati, æque in Virgilium, et aliorum in alios, Plau-

tum, Lucretium, Flaccum, Persium, atque Lucanum. Argue Interpretes eorum, quare non unam interpretationem securi sint, et in eadem re quid vel sibi vel aliis videatur, enumerent.

D. Aurel. August. lib. II. cap. 12. De Civitate Dei.

Indignum videlicet fuit, ut Plautus aut Nævius Publio et Cneo Scipioni, aut Cæcilius M. Catoni malediceret : et dignum fuit ut Terentius vester flagitio Jovis opt. adolescentium nequitiam concitaret.

C. Sollius Sidon. Apollinaris Panegyrico ad Anthemium Augustum.

**Qua Crispus brevitate placet, quo pondere Varro,
Quo genio Plautus, quo flumine Quintilianus !**

Idem Carmine XXIII.

**Et te, tempore qui satus severo
Graios, Plaute, sales lepore transis.**

Servius Honoratus ad I. Æneid.

De numero librorum nulla hic quæstio est, licet in aliis inveniatur auctoribus ; nam Plautum alii dicunt scripsisse Fabulas viginti unam, alii quadraginta, alii centum.

DE PLAUTO ET EJUS SCRIPTIS
AUCTORUM RECENTIORUM TESTIMONIA.

Josephus Scaliger.

PLAUTUM emendatum dare, non cuiusvis est: et cuius est, ejus et magna laus est.

Lelius Patavinus.

Mihi decretum est, dum literæ et artes bonæ florebunt, floridam semper eorum famam futuram, qui in Plautinis Fabulis, Musarum, ut Veteres et minime suspecti judices volebant, eloquio comparandis, studium et industriam suam posuerunt.

Cælius Rhodiginus.

Plautus Poëta doctissimus juxta et festivissimus. Certe non superficiaria est ejus eruditio, sed intercutanea prorsus, et quæ vulgaria specie sæpiissime fallat.

Jul. Cæsar Scaliger.

Plautinæ dictionis genus non est nostrum emendare, qui illi sane barbari sumus: aut si Latini, Latini certe illius beneficio. Numeros non desideramus. Antiquas dicendi figuræ non nisi inepti carpere ausint. Erant enim Romæ tum Atticismi, quos curiosius sæculum postea est aspernatum.

Joach. Camerarius.

Præclare et utiliter opera sumitur ab iis; quorum pro-

vincia est literarum doctrina, in explicatione Plautinorum scriptorum, præcipue si Latina lingua discenda sit. Plautina enim scripta quo minus cura quasi concinnata, et arte elaborata sunt, eo manifestius et certius in his, proprietas et natura Linguæ Latinæ conspicitur, &c.

Hadr. Turnebus.

Plautus valde elegans Latinusque Comicus.

P. Victorius.

Plautus eruditus Auctor; ac mirum in modum sermoni Latino utilis.

Jacobus Sadoletus.

Plautus fortasse licentior; sed tamen, quid eo ad locupletandam Latinam orationem, et facilitatem sermonis, copiamque verborum potest esse utilius?

Ci. Chifletius.

Meliore Antiquitatis Auctore non utimur, quam Plautus est, ille Musarum sermone locutus.

J. Lipsius.

Plautus ille scriptor est, qui puritatem, qui proprietatem sermonis suppeditet: ille qui urbanitatem, jocos, sales, et eam Atticorum Venerem sufficiat, quam frustra in reliquo Latino quæras.

Idem.

Plautus illud delicium, ille, ut sic dicam, pullus Romanæ Musæ, in literarum quasi penetrali est, quo nonnisi initiati accendant; et qui a se spernat profanum vulgus et arceat.

Idem.

Plantus decima Musa.

Idem.

Nemo Plautum amat, quem non melior Musa et Phœbus.

Delph. et Var. Clas.

Plaut.

C

Idem.

Plautus Musarum et Gratiarum hortus.

Obert. Gifanius.

Optimus loquendi Magister, Plautus.

Isaac Casaubonus.

Ingeniosissimus et facetissimus Poëtarum Plautus.

Joh. Meursius.

Qui Plautum Comœdiae Latinæ parentem despectui habent, de Apulei mihi prosapia videntur: id est, inter Asinos præcipui; nam aureus ille fuit.

Gerh. Voss. Instit. Orat. lib. iv. cap. 19.

Atque etiam in deliciis tum fuerit is, quem dixi, Plautus, cuius dictionem tantopere celebrat antiquitas. Sed huic Varronis judicio (vide supra testimonium Quintiliani) non uno modo occurri solet. Nicolaus Loënsis vir doctissimus in Epiphyllidoa libris arbitratur eum hoc loco per *sermonem* intelligere facetias, idque propterea, quia Plautinos sales a proavis laudari solere etiam Horatius dicat. Eo autem modo *sermonem* pro facetiis dicere autumat, quo Græci et eorum imitatione Plautus identidem appellant *logos*. Sed ut libere dicam, inficetum hoc vereque *logos* arbitror; ac adeo ridiculus, ut si ἀγέλαστος ille Crassus audisset, haud aliud fuerit facturus, quam quod egit, cum asinum vidit comedentem carduos. Facilius eidem assenserо, cum sermones ita interpretatur in altero Varronis loco, qui adducitur e Parmenone, ubi sic scripsерat, ‘in argumentis Cæcilius palmam poseit: in ἡθοῖς Terentius: in sermonibus Plautus.’ Quo loco etiam doctissimus Andreas Schottus per *sermones* intelligi sales putavit. Interim nec hujus loci sententiam penitus assequuntur: quod ut pareat, scito opus, tria in comœdia spectari: primum argumenti inventionem ac οἰκονομίαν sive *ordinem*: deinde τὸ ἡθικόν, sive *hominum mores*, qui pro persona ejusque, si uspiam sane

in comœdia, apte exprimi debent: tertio autem loco φράσιν seu *elocationem*, quæ non verba modo, sed etiam διάνοιαν respicit. In primo horum ait Varro Cæcilium vincere, in altero Terentium, in tertio Plautum. Ex quo eadem cognoscimus, causam non esse, cur, cum eodem Loënsi, pro *argumentis* rescribamus πάθεσιν. Quanquam id aliquando non displicerit mihi: nimirum propter illa ejusdem Varronis quæ ex quinto de L. L. Charisius adducit: ‘ἢ θη nulli alii servare convenit, quam Titinnio et Terentio: πάθη vero Trabea et Attilius et Cæcilius facile moverant.’ Nunc non tanti illud videtur, ut idcirco assensum accommodem Loënsi. Nam nihil prohibet, quo minus idem Cæcilius et argumentis et ciendis affectibus vicerit. Nec ea est affinitas inter duo hæc vocabula *argumenta* et *pathē*, ut verisimile fiat, errore librarii alterum alterius locum occupasse.

Vidimus de iis, qui, ne Varro præclare adeo de Plauti stylo sensisse videatur, verba ejus in longe aliam sententiam deflectunt. Venio nunc ad istos, qui illud quidem agnoscunt in sermone ab eo Plautum omnibus præferri: sed hac parte togatorum doctissimum esse audiendum negant; quippe hominem antiquarium, qui passim pæne desitis usus sit; ut imprimis cognoscimus ex fragmentis ejus quæ apud veteres Grammaticos leguntur. Atque addunt, ideo eum ab auctore dialogi de causis corruptæ eloquentiæ, una cum Sisenna annumerari illis, qui cum antiquo, quam cum ævo suo loqui maluissent. Nempe eodem illum morbo laborasse volunt, ac principem Historicorum Crispum Sallustium: qui et ipse veteri epigrammate incessitur, quod verba sua sublegerit Porcio Catoni: cuius dictio dura ac horrida, Ciceronis etiam judicio, fuit. Atque hunc in modum disserunt illi: qui si non aliud volunt, quam aurea ætate, quam dixi, Oratori magis convenisse dictionem Ciceronis vel Cæsaris, quam Plauti et æqualium: equidem lubens iis suffragor. Nam Tullii temporibus sermo vetus multum erat mutatus: Oratori autem, cui sæpe in populo orandum erat, non alia utendum oratione fuit, quam populari atque usitata. Eoque sic ei Plautus erat lex linguae Romanæ, ut lima eidem esset

Terentius, vel si quid Terentio tum cultius foret. Quare ut Plauti ætate, Musæ (sic more veterum loqui liceat) sermone non alio usuræ erant, quam Plauti: ita dicere liceat, Terentii temporibus Terentiano more locuturas fuisse: ac ætate Ciceronis et Cæsaris, si sermonem cum Romanis serere vellent, Tullii, Cæsaris, et æqualium more, id fuisse facturas. Nec enim Dearum (ut sic dicam) fuisse in cultius loqui, quam hominum elegantiorum. At quis nescit aurea horum ætate, magis exultam fuisse linguam Romanam, quam secundo bello Punico, cum Musæ in rudi illa et effera Romuli gente, pedem primum posuissent? Sed ista licet fateamur non inviti, non tamen consequi ex iis putamus, quod colligere hinc conantur. Quod ut liqueat magis, tria hæc tempora distinguemus: illud, quo Plautus fuit; alterum, quo Cicero florebat; et præterea tertium, quo nos sumus. Plauti ætate ne Oratorem quidem dedecebant archaismi et voces illæ antiquæ, quas apud Comicum hunc legimus. Sic enim tum loquebantur. Ciceronis vero ætate ea locum amplius in Oratore non habebant: attamen non usque adeo consuetudini astringebantur hi, qui non dicebant, sed scriberent; atque eruditis magis scriberent, quam vulgo. Nempe uti necesse non est, ut vasa, quibus utimur, formam semper habeant usitatam; sed etiam vetera delectant, dummodo mundities adsit, ita, qui scriberent hominibus doctissimis, non semper aversabantur antiqua, modo rem pure ac proprie exprimerent. Nostro vero ævo, ni fallor, etiam plus aliquanto licet Latine dicturo: quia non amplius in populo (postquam ne in Latio quidem Latine loquuntur) sed in consessu fere doctorum dicendum est. Quamobrem minime eos audimus, qui Varronem, Crispum, atque alios optimi ævi scriptores, eo nomine culpant, quia non plane sequantur consuetudinem sui temporis: multoque minus eos audimus, qui ad Tullianam phrasin omnia exigunt, quæ hodie scribuntur. Nec enim tam inops est lingua Latina, ut uno solum modo aliquid Latine dicatur. Multa bona apud Tullium, sed et apud Plautum: in quo Romano-rum doctissimi summam agnovere sermonis castimoniam.

Eoque persuasissimum habemus, juventuti, postquam nativum illum vultum, veraque Latini sermonis lineamenta, imbiberit e fonte Tulliano, non modo Terentium, Cæsarem, alios, qui proprius ad Tullium accedunt, sed Plautum etiam multum diuque esse versandum. Tantum judicium in delectu desidero. Primum in archaismis, et pâne desitis; quæ nec ubique nec semper locum habent, ut superius satis diximus. Deinde in iis, quæ Comicus ille finxit ad risum captandum. Multa enim apud eum decore dicuntur a servo aut lenone, quæ, si orationi nostræ inserantur, reddamus eam protraitam ac plebeiam. Quale est cum servus ait, ‘exspuere lacrymam.’ Suntque apud eum compluria hujus generis, quæ extra scenam non habeant locum: nisi forte cum familiari amico sermone vel epistola visum erat paulum nugari.

75948

EXPLICATIO SIGNORUM

QUIBUS VARR. LECTT. TAM MSS. QUAM EDD. INDICANTUR.

CODICES MSS.

- A. Codex Ambrosianus palimpsestus. Inde fragmenta hactenus inedita erunt Angelus Maius, Mediol. 1815. In eo Codice desunt Amphitruo, Asinaria, Aulularia, et Curelio. Super Plantinis hodie extat scripta Veteris Testamenti particula. Fuit Ambrosianus, vel alter similis, Codex ille archetypus, unde ceteri MSS. omnes sunt descripti, ut Maius est subodoratus. Etenim in Casin. v. 4. post vers. 3. Editiones et MSS. nonnulli hoc scriptum exhibent, ‘desunt octo versns.’ Atqui in Codice Ambrosiano non desunt versus octo, verum septem extant, ita divisi, ut spatum octo versuum implere videantur. Ex eodem Ms. erunt Mains fragmenta Vidulariae, enjus titulum ad Truculenti calcem exhibit Ms. quidam Palatinus, nti testantur VV. DD. apud Fabricium in Biblioth. Lat. i. p. 13. ed. Harles.
- Angl. Codex Anglicanus, quem contulit Pontanus in edit. Am., stel. 1620. 24mo.
- B. 1. 2. Codices duo quondam penes Burneium, hodie in Museo Britannico asservati. Prior signatur in Catalog. 228. B. f. Posterior 227. C. d. Uterque est Membranaceus.
- C. Codex quem primus contulit Camerarius, dein Pareus. Ab Heidelberga ad Romanam migravit, inde dictus Palatinus; postea ad sedes proprias rediit. Lectiones ejus Taubmannus indicat signo ‘Cam.’ at Pareus, ‘V. C.’ Est Membranaceus. Hodie quidem integer, primitus non nisi fabulas octo priores continebat, donec a scriba alio duodecim posteriores fuerint adjectae.
- C. 2. Codex alter, quo Camerarius est usus. A Pareo designatur ‘Decurt.;’ quia duodecim solummodo posteriores fabulas continet.
- D. Codex penes Georgium Dyerum, cui dono legavit Askewius. Est Membranaceus.
- Fris. Codex Frisingerianus, a Rittershusio collatus, teste Pareo.
- Frut. ————— Fruterianus.

- G. Codex Guelpherbytianus in Membris. Desinit in Epidic.
v. 2. 28.
- Gu. —— Gudianus in Membr. Incipit in Amphitr. desinit in
Epidic. v. 2. 28. Hujus Codicis mentionem fecit Grono-
vius, sed lectiones ejus nusquam commemorat.
- H. —— Helmstadiensis. Est Chartaceus.
- Her. —— olim penes Desiderium Heraldum.
- Hur. —— Huraltensis apud Lambinum.
- Hl. 1. 2. Codices Harleiani duo in Membr. Prior signatur 2634,
posterior 4704. In utroque insunt Supplementa, quæ pri-
mus edidit Sambucus e Ms. suo et Langianis. Cum B. 2.
plerumque consentit Hl. 1. Ceteri Harleiani signati 2454,
2476, 2776, 3439, 5285, sive Membranacei sive Chartacei,
sunt viliioris notæ.
- J. Codex, olim penes Hadrianum Junium, Chartaceus. Hujus
lectiones edidit Boscha signo ‘Leid. C.’
- L. 1. —— Leidensis in Membr. Incipit in Asin. 1. 3. 7. desinit
in Trucrl. 1. 3. 102. Hic signatur a Boscha, ‘Leid. B.’
- Lg. 1. 2. 3. Codices tres olim penes Carolum Langium.
- Lgg. Langianum omnes.
- Ln. 1. 2. Codices duo apud Lambinum, quorum alteruter fuit, ut
videtur, Hur., alter vero Clericanus.
- Lips. Codex Lipsiensis in Membr.
- M. —— Monacensis in Membr.
- Ml. 1. 2. 3. 4. MSS. quatnor apud Just. Lips. in Antiq. Lect.
- Min. Ms. apud Meursium in Exercitatt. Critt. 1. Cui tamen
parum tribuit Bothens, utpote nusquam a Menrissio satis
accurate descripto, neque ntile quicquam ostentanti, quod
non repertum fuerit in Juntina editione, cuius apogra-
phum sese modo non fateri visus est.
- Pl. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Codices sex Palatini. Omnes sunt accurate a Pareo collati,
et Grutero, cui Lectiones varias, mutuo acceptas, refert
Taubmannus, ediditque signo ‘Excerpta Palatina.’
- Pll. Palatini omnes.
- Ps. Codex penes olim Paulum Stephanum, a Goldasto collatus
cum prioribus aliquot tabulis, teste Pareo.
- S. Codex penes Sambucum, qui primus inde supplevit versus
plus ducentos. Eodem codice usus est Jovianus Pon-
tanus, teste Sambuco.
- V. 1. 2. 3. Vossiani tres, in Membr. Prior orditur ab Aulul. 11. 2. 12.
desinit in Epidic. 11. 2. 60. posterior incipit ab Amph.
1. 3. 43. et finitur in Aulularia. Apud Boscham V. 2.
notatur ‘Leid. A.’

Ex his omnibus longe major pars Codicum nonnisi octo tantum priores
fabulas continent, nempe B. 2. D. G. Gu. H. Hl. 1. 2. J. Lg. 1. 2. 3. M.
V. 2. Sex vero exhibet V. 1.; duodecim C. 2. D.; unodeviginti 4.; viginti

C. B. 1. Lips.; at A. fragmenta septemdecim fabularum exiūbet. Lectiones Varias e C. C. 2. Pl. Fris. Frnt. et Mm. edidit Parens, et, e Gruteri schedis, Taubmannus; e Lg. 1. 2. 3. et S. Plantinus in edit. Antv. 1566.; e G. H. M. Botheus; e J. L. V. 1. 2. 3. Boscha in Captivis solummodo; e Lips. Hermannus in Libro de Metr. Ipsi denique lectiones insigniores edidimus e B. 1. 2. Hl. 1. 2. et D.

LIBRI IMPRESSI.

- | | |
|----------|--|
| Ven. 1. | Fol. 1472. In Præfatione testatur Georgius Merula Alexandrinus octo priores fabulas diu e tenebris esse in lucem vindicatas, duodecim vero reliquas non nisi quadraginta denum ab illo tempore annis; et perquam scite conjicit omnes Codices de uno veluti archetypo esse descriptos; et testatur se in recognoscendis Bacch. Mustell. Menæch. Milit. et Mercat. libros contulisse de corruptis exemplaribus factos; at septem ultimas simplices et intactas a censoribus fuisse. |
| Daventr. | Fol. 1482. Hanc editionem citat Fruter. in Verisimil. Videtur eadem esse atque Tarv. fol. 1482. quæ mera principis est repetitio. |
| Med. 1. | Fol. 1490. In hac editione interpolatas esse Plautinas fabulas Taubmannus statuit. |
| Ven. 2. | 4to. 1495. Hujus editionis, quæ repetitio est, ut videtur, præcedentis Med., Botheus varias lectiones excerpit. |
| Ven. 3. | Fol. 1499. Hanc editionem aliquoties commemorat Taubm. |
| Med. 2. | Fol. 1500. Hæc editio, quam Tanbm. et Both. allegant, prima exhibuit supplementum illud ad finem Aululariæ. |
| Bon. | Fol. 1503. Ad hunc annum nonnulli referunt editionem, quæ, neque anno neque loco commemoratis, prodiiuntur cum correctione Hermolai Merulæ, Politiani, et Beroaldi, et cum multis additionibus. |
| Brix. | Fol. 1506. Hanc editionem citat Taubmannus et vilipendit. |
| Arg. 1. | 12mo. 1508. H. cd. Tanbm. et Pareus citant. |
| Parm. 1. | Fol. 1510. H. ed. citat Taubm. |
| Arg. 2. | 4to. 1511. In hac editione, quæ non nisi Aululariam continet, Codreus Urcæus suum supplementum edidit. |
| Charp. | 8vo. 1513. Hæc editio sibi vindicat Aululariæ Supplementum, quod reapse debetur Med. 2. |
| Junt. | 8vo. 1514. 1522. Una et eadem editio, non ejusdem anni: prima exhibuit Bacchidis Supplementum. |
| Arg. 3. | 4to. 1514. H. ed. quæ non nisi quinque priores fabulas continet, Botheus contulit. |
| en. 5. | Fol. 1516. H. ed. usurpavit Pareus. |

Ven. 6.	4to. 1522. H. ed., quæ Aldina est, eitat Both.
Bas. 1.	Svo. 1523. ‘Malæ Brixiensis pejor soboles,’ teste Taubmanno.
Par.	Fol. 1530. H. ed. allegat Both. Est R. Stephani secunda.
Parm. 2.	Svo. 1533. H. ed. citat Pareus.
Bas. 2.	Svo. 1551. 1552. Editio Camerarii, qui primus MSS. Palatinos contulit.
Antv.	18mo. 1566. Hæc Plantiniana exhibuit prima e MSS. Sambuci et Langii Supplementa, necnon notulas Turnebi et Hadriani Junii.
Bas. 3.	Svo. 1568. Hanc Cœlii Secundi Curionis esse dicit Parens, quam, Necurionis utpote, deridet Taubm.
Lamb.	Fol. 1576. 1587. Hæc editio est sape repetita.
Douz.	12mo. 1589.
Taubm. 1.	4to. 1605. }
Taubm. 2.	4to. 1612. } Has editiones ipse recensuit Taubm.
Parei 1.	Svo. 1610.
Parei 2.	4to. 1619. H. ed. est repetitio præcedentis.
Amst. 1.	24mo. 1620. In hac editione Jo. Is. Pontanus Ms. Anglicanum contulit.
Gruter.	4to. 1621. Hæc est repetitio Taubmannianæ ; quam post mortem Taubmanni edidit Gruter. cum Praefatione et Notarum Supplemento, in quibus vehementer in Pareum invehitur ; enjus ἀντιλογία et ἀπολογία extat in Analect. Plautin. editis in Gruteri Lampade sive Face Artium Liberalium T. vii.
Parei 3.	Svo. 1641.
Amst. 2.	12mo. 1635. 1661. Recensio Heinsiana sine notis.
Boxh.	Svo. 1645. 1662. Huic editioni insunt notulae Jos. Scaligeri.
Gronov.	Svo. 1664. 1669. 1684. Harum editionum primam duas sequentes repetiverunt, forma typorum ex Italica in Romanam, nti dicunt, mutata.
Ernest.	Svo. 1760. Hæc editio est Gronovianæ repetitio, adjectis tamen notulis e Gronovij Lect. Plauti, asterisco notatis.
Brunck.	Svo. 1788.
Both.	Svo. 1809. 1816.

COMMENTATORES.

Acidalius.	Libri viginti divinationum et interpretationum Plantinarum, Francof. 1607. Svo.—Gruter. Lamp. Art. Liberal. T. vi.
Alciatus.	Eruditorum aliquot virorum de Comedia et Comicis verbis commentationes, itemque in Plantum annotationes, et alia, quibus totus fere Plautus explicatur. Basil. 1568. Svo.

- Brantius. Notæ breves in Plautum in Gruter. Lamp. Art. Lib. T. vii.
- Buschius. Decimationum Plautinarum Pentades. Paris. 1521. 4to.
- Castalio. Observationum Decad.
- Corbinellus. Notæ ineditæ sunt ascriptæ ad oras edit. Antverp. His usus est Jacobus Operarius in edit. Paris. 1679. 4to.
- Dissaldanus. Animadversiones ad Plautum. Salmar. 1611. 8vo.
- Douza. Centurionatus sive Plautinarum explicationum Libb. 4. 12mo. Lugd. Bat. 1587. et Francof. 1602.
- Fruterus. Verisimilium Libb. ii. Antverp. 1584. 8vo.
- Gulichmus. Quæstiones Plautinae. Paris. 1583. 8vo.—Gruteri Lamp. Art. Lib. T. iii.
- Gruterns. Suspicionum Libb. ix. Witteberg. 1591. 8vo.
- Latinus Latinus. Bibliotheca Sacra et Profana, Sive Observationes in Sacros et Profanos Scriptores, Rom. 1677. Fol.
- Lipsius. Antiquarum Lectionum Libb. v.
- Mensius. Curæ Plautinæ. Lugd. Bat. 1598. 8vo.
- Palmerius. Spicilegia in Gruter. Lamp. Art. Lib. T. v.
- Pistor. Animadversiones ineditæ apud Taubmannum.
- Popma. De Differentiis Verborum Libri quatuor; et de usu antiquæ loctionis Libri duo. Giess. 1618. 8vo.
- Reiterus. Censura in aliquot loca Plauti in Gruter. Lamp. Art. Lib. T. vii.
- Rhodiginus. Lectionum Antiquarum Libri. Bas. 1542. Fol.
- Scioppius. Suspectarum Lectionum Libb. v. Norimberg. 1597. 8vo.

M. ACCII PLAUTI A M P H I T R U O. *

DRAMATIS PERSONÆ.

SOSIA, *Servus.*

JUPITER, *Deus.*

AMPHITRUO, *Dux militaris.*

BLEPHARO, *Arbiter.*

MERCURIUS, *Prologus.*

ALCUMENA, *Uxor Amphitruonis.*

THESSALA,
BROMIA, } *Ancillæ.*

ARGUMENTUM.

IN faciem vorsus Amphitruonis Juppiter,
Dum bellum gereret cum Telebois hostibus,

Cum Amphitruo bellum gereret adversus Teleboas suos hostes, Jupiter mutatus

* Plauti Asinii Poëtae Clarissimi Amphitrio Pl. 1. Lgg. Alii MSS. Asini; B. 1. Pl. Poëtae Cl. Amph. HI. 1. Pl. Po. Comici Cl. Ven. 1. Pl. Comici Cl.

1 Amphitronis versus Fris. versus Amphitronis C. Pl. 1. 2. 4. Amphitronis Juppiter versus HI. 1. versus Am. Pl. 3. 5. a 2da man. Pl. 6. a pr. m. Lgg. Ven. 3. Iuppiter C. Pl. 4. Ven. 1. Jupiter Pl. quinque, H. Ven. 3. Joppiter

NOTÆ

1 Amphitronis] Codd. alii habent Amphitronis, alii Amphitryonis. Utique vetustissimi. Ratio prioris scripturæ est, quia Amphitruo Græce est Ἀμφιτρύων. Moris autem fuit priorum Latini sermonis scriptorum ut v Græcum u Latino verterent; posteriores

in inscriptione Romana literam Græcam y retinuerunt. Ratio posterioris scripturæ est, quia y Græcum primis Latinæ linguae sæculis, ut u Latinum elatum, deinceps ut i pronuntiatum est; inde et in inscriptione literarum permutatio.

- Alemenam uxorem cepit usurariam.
 Mercurius formam Sosiae servi gerit
 Absentis: his Alcmena decipitur dolis. 5
 Postquam redire veri Amphitryo et Sosia,
 Uterque luduntur dolis mirum in modum.
 Hinc iurgium, tumultus, uxori et viro.
 Donec cum tonitru voce missa ex æthere,
 Adulterum se Jupiter confessus est. 10

in ejus speciem, abusus est Alcmena ejus uxore. Mercurius induit rulum Sosiae serri Amphitryonii absentis. Alcmena circumvenitur his artibus. Postquam Amphitryo et Sosia reversi sunt ab exercitu, isterque luduntur fraudibus Jovis et Mercurii miris modis. Hinc oriuntur altercationes et turbae inter virum Amphitryonem et Alcmenam uxorem; donec Jupiter confessus est se esse adulterum, missu voce e calo cum tonitru.

Lgg.—2 gerit G. *Thelebois* C. Pl. quatuor; *Thelebois* Lgg. *Thelebois* Pl. 1. 2. *Telobois* Ven. 1. *Telebois* Ven. 3.—3 Hic, ut alibi, MSS. variant inter *Aleumenam* et *Alchumenam* et *Alcmenam*. cepit C. Pl. 3. 5. caput Pl. quatuor, Ven. 1. usuriam cepit uxorem Hl. 2.—6 veri C. Pl. 3. Ven. 1. viri Pl. quinque. —7 deluduntur C. Pl. quinque, Ven. 1. luduntur Pl. 6. deluditur G. dolis abest a Pl. 1. 2. et Hl. 1. a pr. m. in mirum modum C. Pl. 3. 4. mirum in modum Pl. 1. 2. 5. deluduntur in mirum modum inavult Both.—9 emissa 1. 4. emissu ab Hl. 1. superscripto ex.

NOTÆ

Juppiter] Codd. antiquis est *Jupiter*, modo per unum p, modo per duo pp; minirum quia duas priores sunt breves in *Jupiter*, necessitate numerorum plerumque a poëtis geminatum pp, in prosa item oratione a librariis ineruditis geminatum est.

2 Telebois] *Teleboa* Aearnaniae regio. Aristot. ‘In Aearnaniū politica quandam Aearnaniā partem Curetes habent. Spectantem vero in occasum plagam Lelegis tenent, reliquam inde *Teleboas*.’ A *Thebanis* non longe distabant *Telboae*, si terra iter esset, si mari longissime: circum-eunda enim erat tota Peloponnesus et Achaia. Ratio autem, cur expeditionem non suscipit terra Amphitryo, est quia et superandus erat *Œta* mons intermedius, et *Teleboa* insulas obtinebant, ad quas non erat accessus nisi navibus. *Teleboides* et *Taphiae* dictæ sunt insulæ, et incolæ earum *Teleboae* et *Taphii*, a *Teleboa* et *Taphio* filiis Neptuni et Hippo-hœs, nt supra in Argimento hujus bulæ diximus. *Teleboides* autem,

seu *Taphiae* insulæ, erant tres ab Amphitryone expugnatæ, *Taphias*, *Anrobia*, et *Prionessa*.

3 Uxorem usuriam] Uxor usuraria est, quæ usu accipitur. Tribus enim modis uxor habebatur, ‘usu,’ ‘confarreatione,’ ‘coëmtione.’ Coniunctio quæ ‘usu’ fiebat, erat omnium minima, utpote qmæ ad tempus erat, aut ad libitum coniunctorum. ‘Confarreatio’ erat propria Sacerdotum, dicta quod in eorum nuptiis ‘libum’ præferretur ‘farreum.’ ‘Coëmtio’ individuali tori bonorumque omnium societatem continebat. Jupiter dicitur Alcmenam ‘uxorem’ habuisse ‘usuriam,’ quia ex ea genuit Herculem. Porro honesto ‘uxoris’ nomine legit Poëta adulterium Jovis: neque enim uxor conjugata poterat legibus Romanis esse alterius ‘usuraria.’

Cepit] A ‘capio’ dicitur et ‘cepi’ sine diphthongo, et ‘cœpi’ cum diphthongo.

8 Tumultus] Cic. ‘Quid est enim aliud tumultus, nisi perturbatio tanta, ut major timor oriatur? Unde etiam nomen dictum est tumultus.’

ARGUMENTUM, UT QUIBUSDAM VIDETUR,
PRISCIANI.

*A more captus Alcmenas Juppiter,
Matavit sese in ejus formam conjungis,
Pro patria Amphitruo dum cernit cum hostibus ;
Habitu Mercurius ei subservit Sosiae :
Is advenienteis, servum ac dominum, frustra habet. 5
Turbas uxori ciet Amphitruo : atque invicem
Raptant pro meechis. Blepharo captus arbiter,
Uter sit, non quit, Amphitruo, decernere.
Omnem rem noscant : geminos Alcmena emititur.*

Jupiter incensus amore Alcmenae sese convertit in speciem Amphitronis ejus mariti, interea dum Amphitryo gerit bellum aduersus Teleboas pro patria; Mercurius sub forma Sosiae servi Amphitryonii ei ministrat. Is illudit hero Amphitryoni et seruo Sosiae reversis. Amphitryo moret rixas suæ uxori Alcmenae. Sese accusant invicem adulterii. Blepharo navarchus Amphitryonis detectus arbiter iurij non potest statuere, uter sit Amphitryo. Amphitryo, Alcmena, et Blepharo demum detegunt omnem veritatem rei. Alcmena parturit geminos pueros, videlicet Herculem conceptum ex Jove, et Iphiolum ex Amphitryone.

1 *Alcmenas C. B. 1.* alii omnes *Alcmenæ vel Alchumenæ*; at M. utramque lectionem conjungit, *Alcmena* as.—2 *in formam ejus C. Pl.* et reliqui MSS. et Edd. princ. prater B. 1. *in formam illius*.—3 *cernit C. Pl. 3. 6. et in marg. Pl. 1. 5.* Ven. 1. *certal H. M. Pl. 1. 2. 5. in textu, et Hl. 1. e pr. m.*—5 *advenientis* MSS. et Edd. princ. exceptis Lgg. *advenientem* ac MSS. et Ven. 1. *flocco Med. 2.* probante Gulielm. vice frustra.—7 *meechis C. Pl. meechis B. 1. Ven. 1.* Variant MSS. inter *Blepharo, Blefaro, Bleffaro, et Blefurio.*—8 *decernere C. Pl. quinque, Ven. 1. discernere Pl. 3.* Meursius vult *Uter sit Amphitruo, non quit deceernere.*

NOTÆ

1 *Amore Alemenas*] Pro amore Alcmenas, u inserto necessitate numerorum et versus. ‘Alemenas’ pro, Alcmenes, Genitivus antiquus Doricus. Dores enim pro Ἀλκμήνη, ης, dicebant Ἀλκμῆνα, as. Naevius, ‘Bicornes gigantes filii terras.’ Virg. ‘Nil hil ipsa nec auras, Nec sonitus memor.’ ‘Terras’ pro, terræ; ‘auras’ pro auræ, et etiamnum ‘paterfamilias’ Dorismi sunt. Ut Alcmena dicta est ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, a robore, ab ea dictus est Alcides ejus filius Hercules.

3 *Cernit eum hostibus*] ‘Cernit’ pro, ‘decernit.’ A ‘cerno’ fit ‘cernito,’ et a ‘cernito’ ‘certo,’ frequentativum de frequentativo.

5 *Frusta habet*] Frustratur. ‘Frustra habere aliquem’ est, fallere; et

‘frustra esse’ est, falli. Sunt duæ phrases Plautinæ. ‘Frusta esse’ est etiam Sallustii.

6 *Invicem raptant*] ‘Rapere’ et derivatum ab eo ‘raptare,’ est ejus, qui alium obtorto collo trahit in judicium.

8 *Decernere*] Nonnullus legit *discernere*; quod idem est.

9 *Omnem rem*] Camerarius, ut stet versus, putat ex duabus vocibus unam esse conflandam, truncaata prima *omn...rem*. Malim voces inverti *rem omnem*: quam conjecturam adjuvat Lambinus, qui vocem hanc *omnem* a margine in contextum descendisse putat.

Enititur] Donatus: ‘Eniti’ est, laborare, quasi conatu sit opus.’

ALIUD ARGUMENTUM CAMERARII.

HUJUS Comediæ argumentum est in granditate quadam admodum ridiculum. Traduxit enim Poëta Tragicum argumentum in Scenam Comicam. Atque est fabula illa nota, Jovem adamasse Alcumenanam, quæ esset nupta cum fratre patruele Amphitrnone. Fuit enim, secundum poëtas, Jovis et Danaës filius Perseus, et cum hoc nupta Andromeda Cephei filia; horumque filii Alcaëns, Sthenelus, Mestor, Electryon, et filia Gorgophone; Alcæi autem filius Amphitruo; et Electryonis Alcumena ex filia Pelopis, quam fuisse ait apellatam Lysidicen. Cum autem interfecisset Electryonem clava in bove in missa invitus Amphitruo, contulit se cum uxore Thebas, desponsa quidem sibi; sed cui promisisset juratus, se prius velle ulcisci cædem fratrum ipsius, quam nuptiis ejus potiretur. Ii fuerant a Taphiis, qui et Teleboæ, intererunt. Adversus hos prefectus, qua nocte, bello confecto, rediit, ea conenbuerat eum Alcumena Jupiter; de quo Hercules; concubitu antem viri, Iphicles conceptus fuit. Sed Plautus tempora et rem commiscuit, et fabulis involvit. Nam apud hunc decimo mense post nuptias revertitur Amphitruo, relecta grida domi uxori. Jupiter antem tribus noctibus in unam congestis, qua nocte Thebanum solum attigit Amphitruo, eadem ex Alcumena voluptatem capit, quam prægnantem fecisset mense ante septimo: atque ea uno postea partu et humanum et Joviale fœtum enisa fuit. Hæc antem habent insertas varias ac multiplices ludificationes et frustrationes et errores, quibus cum singulari festivitate dilatatur argumentum. Et est fabula hæc in primis referta facetis dictis atque jocis. Res agitur Thebis.

P R O L O G U S.

MERCURIUS.

Ut vos in vostris voltis mercimoniis
Emundis vendundisque me lætum lucris

MER. *Sicut optatis ut ego robis sim propitius, et ut vos cumulem quæstu, quando*

1 *vultis* C. Pl. quatuor; *voltis* Pl. 3. 5. B. 1. *mercemoniis* Ven. 1.—2 VV.
DD. teste Gulielmo malunt *lætos*; Klockius, teste Taubm. *fætum lucris*.—3

NOTÆ

1 *Vostris*] Pro ‘vestris’; et etiamnum retinemus ‘nostris’ a ‘nos,’ ut est ‘vestris’ a ‘vos.’

Voltis] Pro ‘vultis;’ lingua Umbrorum vertit u in o; hoc patet ex tumultis et monumentis illius regionis vetustissimis. Porro Plautus erat Umber.

2 *Lætum lucris*] ‘Lætus Mercurius,’ est ‘propitius Mercurius,’ ut e contrario apud Propertium, ‘tristes Dii,’ irati, iniqui, infensi, dicuntur.

Emundis vendundis] Pro ‘emendis, vendendis.’ Retinuere hanc scriptiōnem et elementa ‘repetundæ,’ ‘gerundia,’ alia.

Afficere, atque adjuvare in rebus omnibus:
 Et ut res, rationesque vestrorum omnium
 Bene expedire voltis, peregreque et domi, 5
 Bonoque atque ampio auctare perpetuo lucro,
 Quasque incepistis res, quasque inceptabitis:
 Et uti bonis vos vostrosque omnis nuntiis
 Me afficere voltis: ea afferam, ea ut nuntiem,
 Quæ maxime in rem vostram communem sient: 10
 (Nam vos quidem id jam scitis concessum et datum
 Mihi esse ab Diis aliis, nuntiis præsim et lucro:)
 Hæc ut me voltis approbare, annitier
 Lucrum ut perenne yobis semper suppetat:

emitis et venditis vestras merces; et ut robis feram opem in quibusris negotiis: sicut vultis me extricare plane foris et domi negotia, et codices accepti et expensi, vestrum omnium, et ut ros locupletem semper in rebus quas inchoavistis, et quas inchoabitis, quæstus et justo et copioso; sicut vultis uti ego vos oblectem et omnes vestros jucundis nuntiis; et ut ego ad vos deferam et annuntiem illa quæ spectant potissimum ad vestrum commune emolumendum: (neque enim ignoratis ceteros Deos mihi tribuisse et detulisse, ut præsim lucro et nuntiis;) sicut vultis ut ego rata faciam illa, et allaborem ut quæstus jugis ac-

adficere C. et MSS. omnes; Pl. 3. affice superscripto re.—4 vestrorum C. Pl. quinque, Lgg. restorum B. 2. Ven. 1. vestrum Pl. 5. Both. uti vice ut.—5 peregrique C. B. 1. uterque e pr. m. Lgg. Pl. 4. 5. a 2da m. Ven. 1. peregre Pl. quatuor, Bon. que omittit Pl. 5.—6 bonoque C. Pl. 4. que deest in Pl. quinque, B. 1. Ven. 1.—9 me delere vult Frnter. mox legit ea uti, ubi Parrens eaque ut cum Junt. Arg. 3. Ven. 6. Par. ut G. omittit. Mox variatur hic ut alibi in nuntiem et nunciem.—10 commune extat in C. B. 1. Pl. 3. in marg. Ven. 1. deest in Pl. reliquis: mox nostram Lgg.—12 ab C. e pr. m. Pl. 3. a Pl. 1. 2. 6.—13 adprobare C. Pl. 4. 5. Gruter. conjicit adprosperare, Mersius appropare, i. e. appropare; Mernula ad Ennius Annal. 1. adiuvere; Goldastus adiuvere. admittier C. Pl. 3. 4. 6. ad nitier Pl. 5. ac nitier Pl. 1. 2. probante Grutero; enitier G. quod fuit et nitier judice Botheo.—

NOTÆ

4 *Ut res, rationesque bene expedire]*
 ‘Res’ sunt ‘negotia domestica,’ et
 ‘rationes’ sunt ea quæ in commenta-
 rios et codices accepti et expensi a
 mercatoribus referuntur. Itaque ‘ex-
 pedire rationes,’ est aut ‘definire,’
 quid tibi debeatur, quid debeas; aut
 ‘accipere,’ quod tibi debeatur, quod
 debebas dare. Conturbatae igitur ra-
 tiones sunt, quando hinc debeas, il-
 line debeatur, aut non vel quid de-
 beatur, vel quid debebas liquet.

5 *Peregre [Peregrii] Pro ‘peregre.’*

Charisius: ‘Peregrī, in loco; peregre, ad locum significat.’

12 *Nuntiis præsim et lucro]* Hæc sunt duo Merenrii officia. ‘Deorum nuntium’ appellat Horatius; unde ‘Ἐποῦς ἀβέπω διέρα; αλλερε εσε in πεδίbus συγνούται, οὐδόν in nuntiis laudetur celeritas. A Mercurio Ἐποῦς veteres lucrum a mercatoribus in commune positum appellabant. Et Persius, ‘Salivam Mercuriale,’ li-
 bidinem lucri vocat; et κουδῆς ‘Ἐποῦς erat lucrum inter plures dividendum.

Ita huic facietis Fabulæ silentium, 15
 Itaque æqui et justi hic eritis omnes arbitri.
 Nunc ejus jussu venio, et quamobrem venerim,
 Dicam: simulque ipse eloquar nomen meum.
 Jovis jussu venio: nomen Mercurii est mihi.
 Pater huc me misit ad vos oratum meus, 20
 Tametsi pro imperio vobis quod dictum foret,
 Scibat facturos: quippe qui intellexerat
 Vereri vos se et metuere, ita ut æquum est, Jovem:
 Verum profecto hoc petere me precario
 A vobis jussit leniter dictis bonis. 25
 Etenim ille, cuius huc jussu venio, Juppiter,
 Non minus quam vostrum quivis formidat malum:
 Humana matre natus, humano patre,

*crescat semper: sic prestabilitis attentionem huic fabulæ, ut sitis cuncti judices
 æqui et justi. Nunc aperiam mandato cuius venio, et quare venerim: et
 una proferam ipse meum nomen. Venio imperio Jovis: mihi est nomen Mer-
 curii. Meus pater me misit huc ad vos rogandos, quoniam non eum latebat vos
 esse acturos quæ robis dicerentur, si mandaret; utpote qui noverat vos se revereri
 et metuere Jovem, sicut est par: sed mihi mandavit me a robis contendere precibus
 hoc urbaniter et verbis blandis. Nam ille Jupiter, cuius imperio venio huc, non
 metuit minus adversa, quam quilibet vestrum. Neque est par admirari, si sibi*

14 *suppetat* C. teste Gruter, at *subpetat* teste Pareo; *suppetat* G. H. Bon. superet Pl. quinque, Fris. B. 1. Ven. 1. *supperet* Pl. 1.—16 *ita* Fruter. mavult. —17 *quojus* H. Lgg. vid. ad 26.—19 *Mercurii* B. 1. Ven. 1. *Mereuri* C. Pl. quinque; *Mercurio* Pl. 5, citatis Virgil. ‘cui nnec cognomen Inlo’ et ‘cui nomen asylo Romanum est.’—23 *se delere* vult Fruter. *sese* B. 1.—26 *quojus* C. et Miss. vetustiores, *cujus* recentiores. Hoc semel monuisse sufficiat. *hic jussu* C. e pr. m. *hic jussu* e 2da, uti Lgg. Ven. 1. *jussu huc* Pl. quatuor, B. 1. *huc deest*

NOTÆ

13 *Approbare*] Alii *adprosperare*: *inicit scrvns.*’
 alii *appropare*, pro ‘approperare,’ i.e. ‘accelerare.’ Nam Veteres ‘propo’ et ‘propero’: ‘lambro’ et ‘lambero’: ‘blato’ et ‘blatero.’

15 *Fabulae*] Fabula est appellatio communis ejusvis dramatis, sive tragœdiæ, sive comœdiæ, sive tragicomœdiæ: hic pro comœdia.

16 *Itaque*] Alii *ita*, sine connectione. Catullus: ‘Cui dono lepidum, novum libellum?’ Pro ‘et lepidum, et novum?’

23 *Vereri*] Donatus, ‘Veretur liber,

24 *Precario*] Est precibus et preceando obtinere, non suadendo ant imperando. Donatus: ‘*Petimus*, *precario*; *poscinus*, pro imperio; *postulamus*, jure.’ Seneca: ‘homo est precari spiritus.’

25 *Dictis bonis*] Alludit ad hanc proverbialem formulam in sacrificiis solitam usurpari, ‘bona verba.’

26 *Etenim ille Juppiter*] De scenico loquitur, non de cœlesti; alioquin impium fuerit.

- Mirari non est æquum, sibi si prætimet.
 Atque ego quoque etiam, qui Jovis sum filius, 30
 Contagione mei patris metuo malum.
 Propterea pace advenio, et pacem ad vos affero,
 Justam rem et facilem esse oratum a vobis volo:
 Nam juste ab justis justus sum orator datus.
 Nam injusta ab justis impetrare non decet: 35
 Justa autem ab injustis petere, insipientia 'st.
 Quippe illi inqui jus ignorant, neque tenent.
 Nunc jam huc animum omnes ea quæ loquar advortite.
 Debetis velle quæ velimus : meruimus
 Et ego et pater de vobis et republica. 40
 Nam quid ego memorem, ut alios in tragœdiis
 Vidi, Neptunum, Virtutem, Victoriam,

metuit, ntpote procreatus genitrice humana et genitore humano ; et ego qui sum filius Jovis, formido quoque incomoda contagione mei patris. Idcirco advenio hoc cum pae, et ad vos affero pacem. Volo a vobis rogare rem æquam et expeditam. Nam ego qui sum justus, sum missus ut rogandum res justas ab justis. Num dedecet obtineri injusta ab justis. Est autem insipientia rogare justa ab injustis. Num illi injusti non noscunt æquitatem, neque observant. Nunc convertite universi huic mentem. Debetis velle ea quæ volumus. Sumus bene meriti de vobis, et ego et pater. Num quid referam me vidisse alios Deos in Tragœdiis, Neptunum,

in Pl. 3. 4. Hl. 1.—29 permitet B. 2. pre timet Pl. 5.—30 at ego Pl. 2. B. 1. Hl. 2. et, post rasuram, B. 2. et Hl. 1. e pr. m. etiam deest in Pl. 1. Ven. 1.—31 Ita C. Pl. quinque, Fris. mee matris Pl. 6. M. Ven. 1. Inde Gruter. ernit Maiae matris.—32 Ita C. pacem advenio B. 1. Ven. 1. pacem ad vos venio Pl. 5. pace advenio ad vos, pacem adfero Both. fero vult Aeidal.—33 oratum C. Pl. 4. Exc. B. 2. superscripto a; Ven. 1. oratum Pl. quinque, B. 1. Bon.—34 Ita C. Pl. ab injustis B. 1. ad justos legit Aeidal.—35 justa ab injustis Fris. injustam ab injustis Hl. 1. injusta ab injustis Hl. 2. jam injusta vult Gruter. cum Pl. 3. impetravi C. Pl. 6. Fris. Frut. B. 1. G. H. Ven. 1. impetrare Pl. quinque.—37 nulli C. et Miss. omnes illi; Ven. 1. illa.—38 animum ad ea, omissio omnes, Pl. B. 1. Ven. 1. at C. animum omne quæ, omissis ad ea. loquar C. dicam B. 2. M.—39 et supra meruimus C.—40 repuplica Lgg.—41 Nonnulli, teste Lambino, alias. Id sumvit Both.—42 et victoriam Lgg.—41

NOTE

29 *Prætimet*] ‘At mens sibi conscientia facti Præmetnens adhibet stimulus.’ Lucret.

31 *Mei patris*] Vulgatae editiones Plauti habent, aut mee matris, aut *Maiae matris*; sed MSS. Codd. habent, *mei patris*: quam lectionem fulsit vs. 27. in quo et ipse Jupiter formidat

malum.

Metuo malum] Verbera, pistrinum, poenas quales dant dominis servi contumaces.

32 *Pace*] Quasi pacate, adverbium, per pacem, amice, benevole.

34 *Orator*] Rogator, precator.

Mortem, Bellonam, commemorare quæ bona
Vobis fecissent? quis benefactis meus pater,
Deorum regnator, architectus omnibus.
Sed mos nunquam illic fuit patri meo,
Ut exprobraret quod bonis faceret boni.
Gratum arbitratur esse id a vobis sibi,
Meritoque vobis bona se facere quæ facit.

45

Nunc quam rem oratum huc veni, primum proloquar; 50
Post Argumentum hujus eloquar Tragœdiæ.
Quid contraxistis frontem? quia Tragœdiæ
Dixi futuram hanc? Deus sum: commutavero
Eandem hanc, si voltis: faciam, ex Tragœdia
Comœdia ut sit, omnibus iisdem versibus.
Utrum sit, an non, voltis? sed ego stultior, 55

Virtutem, Victorian, Martem, Bellonam, jactare beneficia, quæ vobis exhibuissent? omnium quorum beneficiorum meus pater Deorum princeps extitit auctor. Sed meo patri fuit nunquam ejusmodi consuetudo, ut exprobraret ea beneficia, quæ exhiberet bonis: arbitratur se accipere a vobis beneficium quando grati estis, et se vobis exhibere merito beneficia, quæ vobis exhibet. Nunc dicam primum rem quam veni huc rogatum. Postea exponam argumentum hujus Tragœdiæ. Quid adduxistis vultum, quia dixi hanc Fabulam fore Tragœdiam. Sum Deus: commutavero hanc candem, si voltis: faciam ut evadat Comœdia e Tragœdia servatis omnibus iisdem versibus. Vultusne ut sit Comœdia an non sit? Verum

beneficiis G.—45 Pareus deum e Bas. 2. et Lamb. architectus C. Pl. quinque, B. 2. Hl. 2. architector Pl. 2. Frut. B. 1. Hl. 1. Inde architecton eruit Lambin. collat. Mostell. et Pœnul.—46 nunquam illi C. Pl. Lgg. unquam fuit illi B. 1. Mox fuit meo patri Pl. 6. Lgg. emendat Fruter. Sed ille mos nunquam fuit patri meo.—47 quot bonis Fris. quæ bonis G. H. nti Pontanus, fortasse ex Angl.—48 datum vult Acidalius, ratum Colerus, gnatum Lambinus.—49 fecit C. facit Pl. —50 C. inter lineas, et G. quam ob rem: mox oratam Pl. 2. dein G. veni, loquar.—51 proloquar Pl. 5. B. 1. Ven. 1.—54 eadem G. H. mox in Lgg. ex deest.—55 comœdiam Pl. 1. 2. Hl. 1. M. mox siet Pl. 5. et iisdem Pl. 1. 2. G. M. Lgg. at C. supr. lin. hisdem, uti Pl. 5. et, e 2da m., Hl. 1. e pr. et jam isdem; B. 2. ctiam hisdem: mox vorsibus C. Pl. 1. 3. B. 1.—56 at non

NOTE

51 *Tragœdiæ*] Tragœdia est, in qua ludunt Dii, reges, principes. Est Poëma dramaticum illustrem fortunam, sed infelicem, gravi et severa oratione repræsentans. Itaque adduxerunt frontem spectatores Amphitryonis, quando non ad jocos, sed ad seria se vocatos a Plauto animadverterunt eo

nomine tragœdiæ.

55 *Comœdia*] Jubet spectatoribus Mercurius ut ne frontem adducant, et comœdiam se afferre in scenam. Comœdia autem est Poëma dramaticum civinm ac vulgi actiones stylo populari repræsentans, aspersis salibus ac jocis.

Quasi nesciam vos velle, qui Divus siem.
Teneo quid animi vestri super hac re siet.
Faciam ut commista sit Tragicocomœdia :
Nam me perpetuo facere ut sit Comoœdia,
Reges quo veniant et Di, non par arbitror. 60
Quid igitur ? quoniam hic servos quoque parteis habet,
Faciam, sit, proinde ut dixi, Tragicocomœdia.
Nunc hoc me orare a vobis jussit Juppiter,
Ut conquisitores singuli in subsellia
Eant per totam caveam, spectatoribus,
Si cui fautores delegatos viderint,
Ut his in cavea pignus capiantur togæ. 65

ego sum amentior, quasi ignorem vos velle, ego qui sum Deus. Nisi quae sit vestra mens de causa re; faciam, ut sit Fabula, commixta ex Tragedia et Comedia. Etenim non arbitror esse aequum me facere, ut Fabula, in quam veniant Reges et Dii, sit tantum Comedia. Quid ergo? Quia servus habet etiam partes, faciam ut sit Tragicocomedia, ut dixi. Nunc Jupiter mihi mandavit, ut a vobis rogarem id; nempe ut conqueritorum spectatorum eant singuli in singula sub-sellia per universam caveum, ut si deprehenderint aliquos qui sunmissi fuerint, ut cuiquam faveant, ut iis detrahant togas pro sua mercede in ipsa cavae,

Pl. 1. 2. an ne G.—62 pares Ven. 3. mox habet C. B. 1. H. M. deest vox in
Pll. Grnter, vult servus quoque pareat. In Pl. 1. extat var. lect. servis.—63 faciam
hanc proinde Lgg. mox tragicomedia C. HI. 2.—65 Frnter, ut delere voluit, cui
obsequitur Both.—67 fautores C. Pl. 2. 5. favitores Pll. quatnor, G.—68 es C. e
2da m. iis e pr. in his Pll. B. 1. Ven. 1. Fruter, vult uti iis, Douza ut ab his.

NOTE

59 *Tragicocomedia*] Patet ex definitione, tum tragœdiæ, tum comœdiæ, quid sit tragicomœdia; mixta enim est ex ntraque. Tamen tragicomœdia tantum dicitur, quod illustres personæ in ea ludant, Dii, reges, principes, non quod tristes exitus habeat, ut tragœdia: habet enim lœtos, ut comœdia.

65 *Conquistatores*] Erant ii, quibus id unum incumbebat, ut observarent utrum essent conducti mercede laudatores histrionum, qui sno applausu præirent applausui multitudinis imperitæ, et sic in immeritos palman et victoriam derivarent. Volebant enimvero plausum illum ortum habere

ab iis qui essent et peritiores, et aetate graviores, et ampliores dignitate.

Singuli] Aut dicendum 'singli' pro singuli, ut dicitur 'vinclum' pro vinculum, aut 'conquæstori' pro conquisitores: versus id exigit.

66 *Caveam*] Tria erant spectacula loca, Circus, Cavea sive Amphitheatrum, et Scena sive Theatrum: pro Theatro et Amphitheatro Cavea accipiatur; et Cavea dicebatur, quod essent cava loca et fornices sub Amphitheatro,

67 *Fautores* [*Favidores*] Fautores: cavitores, cautores: cavitio, cautio.

Sive qui ambissent palmam histrionibus ;
 Seu cuiquam artifici, seu per scriptas literas,
 Sive qui ipsi ambissent, seu per internuntium, 70
 Sive adeo aediles perfidiose quo duint,
 Sirempse legem jussit esse Juppiter ;
 Quasi magistratum sibi alterive ambiverit.
 Virtute, dixit, vos victores vivere, 75
 Non ambitione, neque perfidia : qui minus
 Eadem histrioni sit lex, quæ summo viro ?
 Virtute ambire oportet, non favitoribus.
 Sat habet favitorum semper, qui recte facit :
 Si illis fides est, quibus est ea res in manu. 80

Jupiter voluit esse eandem legem iis, qui aut ambiverint palmam pro histrionibus, aut pro quoris artifice, vel per literas scriptas, vel per sese, vel per internuntium ; sive adeo Aediles tribuerint cuiquam fraudulenter, atque iis qui ambiverint, magistratum, aut sibi, aut alteri. Dixit vos esse victores virtute, non ambitione aut fraude. Quare eadem lex non erit posita histrioni, quæ summo viro ? Oportet ambire virtute, non fautoribus. Qui facit recte, habet semper satis fautorum : si habeatur fides illis in potestate quorum ea res est. Jupiter mihi imperavit quoque,

Capiatur Pl. M. accipiatur H. capiatur pignus B. 1.—69 ambiissent Arg. 3. si vero qui ambisset vult Frater.—70 Sive quoquam vel cuiquam MSS. et Edd. princ.—71 Totus versus deest in Ven. 1. ipse ambisset C. Pl. quatuor, B. 1. ambissent Pl. 3. 6. e pr. m. Frater, vult sive ipse ambisset : Lgg. sive qui ambissent.—72 adibiles C.—73 si similem rem ipse in legem C. Pl. quinque ; si similem in rem ipse in l. Pl. 1. 2. Hl. 1. Lipsius vult sirempse in lege esse, Donza et Gruter. sirempse in legem, collat. Asin. 1. 3. 81. Sirempse Plato primus restitutus Frater, advocatus Festo et Sosipatro.—75 duxit pro var. lect. Pl. 4. in marg. virere C. Bon. innuere Pl. 1. 5. 6. sine vos ; innuere, omisso vos, B. 1. Ven. 1. innuere Pl. 3. et vos e 2da m. Ven. 3.—79-82 Hi versus leguntur post 87 in G.—79 habet C. ex emend. primitus habere.—80 in illis, omisso si,

NOTÆ

70 *Seu cuiquam artifici]* Scenici Artifices erant Chorus, Cantica, Saltationes, Tibiae pares imparesque, apud Ciceronem.

Seu per literas] Tres modi ambientes palmae notantur, per literas, per internuntium, per prævaricationem; nimis qui poterant palmam consequi, quia omnium optime ludebant, pacta mercede de industria minus bene ludebant, ut locum facerent ei quocum convenerant.

72 *Aediles]* Erant Magistratus quorum erat ædes publicas, tum sacras tum profanas, curare, annonam, ludos publicos : et fide interposita, publice pollicebantur se palmarum scenicam immerenti histrioni non esse datnros.

Duint] Id est, dederint.

73 *Sirempse legem]* Similem reipsa legem ; solemne verbum veteribus legislatoribus, a siremps.

- Hoc quoque etiam mihi in mandatis dedit,
Ut conquisitores fierent histrionibus,
Qui sibi mandassent, delegati ut plauderent;
Quive, quo placeret alter, fecissent, minus,
Eis ornamenta et corium uti conciderent. 85
Mirari nolim vos, quapropter Juppiter
Nunc histriones curet: ne miremini.
Ipse hanc acturu' st Juppiter Comœdiam.
Quid admirati estis? quasi vero novum
Nunc proferatur, Jovem facere histrioniam. 90
Etiam histriones anno cum in proscenio hic
Jovem invocarunt, venit: auxilio eis fuit.
Præterea certo prodit in Tragoëdia.
Hanc Fabulam, inquam, hic Juppiter hodie ipse aget,
Et ego una cum illo. Nunc animum advortite, 95
Dum hujus argumentum eloquar Comœdiæ.
Hæc urbs est Thebæ: in illisce habitat ædibus
Amphitruo, natus Argis ex Argo patre,
Qui cum Alcumena est nupta, Electri filia.

ut crearentur conquisitores histrionum, qui præceperint ut delegati sibi plauderent, et qui fecerint ut alter placeret minus, jussit Juppiter ut iis proscindatur et vestis et pellis. Ne vobis videatur mirum quamobrem Jupiter curam gerat nunc histrionum: ne miremini hoc. Jupiter ipse est acturus hanc Comœdiam. Quid miramini? quasi vero sit inauditum hactenus Jovem exercere scenicam: quando histriones invocaverant Jovem in hoc proscenio, ab anno, renit: præbuit open. Præterea Jupiter sine dubio habet locum in Tragoëdia. Jupiter ipse, inquam, exhibebit hic hodie hanc Comœdiæ, et ego simul cum illo. Nunc advertite mentem interea dum afferam Argumentum hujus Fabulae. Hæc urbs est Thebæ. Amphitryo procreatus Argis ex patre Argo habitat in illisce tectis. Alcmena filia Electryonis,

Pl. 3. Ven. 1. si in illis Valla et Lamb.—81 mihi ille Arg. 3. mox dederat Ven. 6. Par. Bas. 4. Inde Both. *Hoc quoque etiam dederat mi in mandatis, uti Conquisitores.*—84 placent C. Pl. 2. 4. M. fecisset C. Pl. 4. fecisse Pll. quinque.—85 ejus C. Pll. eis Lamb. voluit, non Taubm. Mox ora, menta Lælius Patavinus, teste Pareo.—87 hunc ystrionibus curet G.—90 jovem et facere B. 1. mox histrionam Pl. 1.—91 Pl. 1. anno cum postero, ex emend. posterno; Meursius voluit *Nanno in proscenio hic*—Etenim *Naviov* sive *Navviov* meretrix fuit, quæ προσκήριον cognominabatur, teste Antiphane apud Athen. xiiii. unde sna hausit Harpoecrat. et Suid. Et sane G. exhibet *anno*, necnon Ven. 3. inter emendationes Saraceni, *nanio*.—92 is C. Ven. 1. his B. 1.—93 certe G.—95 vos nunc Ven. 6. Both.—97 *Thebæ* C. Pl. 3. e 2da in. *Thebe* Pll. quinque.—98 Ita C.

NOTÆ

91 *Anno]* Ante annum.

Is nunc Amphitruo præfectu'st legionibus : 100
 Nam cum Telebois bellum est Thebano poplo.
 Is priusquam hinc abiit ipsemet in exercitum,
 Gravidam Alcumenam uxorem fecit suam.
 Nam ego vos novisse credo jam, ut sit pater meus,
 Quam liber harum rerum multarum siet; 105
 Quantusque amator siet, quod complacitum est semel.
 Is amare occœpit Alcumenam clam virum,
 Usuramque ejus corporis cepit sibi,
 Et gravidam fecit is eam compressu suo.
 Nunc, de Alcumenâ ut rem teneatis rectius, 110
 Utrinque est grida, et ex viro, et ex summo Jove.
 Et meus pater nunc intus hic cum illa cubat:
 Et haec ob eam rem nox est facta longior,
 Dum ille, quacum volt, voluptatem capit:
 Sed ita assimulavit se, quasi Amphitruo siet. 115
 Nunc ne hunc ornatum vos meum admiremini,

est nupta cum illo. Ille Amphitryo est nunc præpositus exercitui. (Nam populo Thebano est bellum cum Telebois.) Ille ipsemet Amphitryo, antequam est profectus hinc ad exercitum, fecit gravidam suam uxorem Alcmenam. (Porro ego arbitror vos non ignorare qualis est Jupiter meus pater ; quam indulget libenter rebus amatorius ; et quanto amore prosequatur id quod placuit semel.) Is cœpit amare Alcmenam inscio viro Amphitryone, et cepit usuram ejus corporis, et eam fecit gravidam suo concubitu. Nunc, ut intelligatis clarius ea quæ ad Alcmenam spectant, illa est prægnans ex duobus patribus, et ex Amphitryone marito, et ex summo Jove. Meus pater cubat nunc in ædibus cum illa, et idcirco haec nox est facta productior. Interea dum ille capit voluptatem cum ea cum qua vult capere ; sed ille sese compositus sic, quasi esset Amphitryo. Nunc ne vos admireremini meum hunc ornatum,

Pl. B. 1. Argus Bon. et sic Nonius V. Argus.—101 *est bellum* C. Pl. quinque, B. 1. Ven. 1. *bellum est* Pl. 2. *populo* B. 1. Hl. 1. *poplo* Bas. 2.—103 *gravidam uxorem fecit* Lgg. *ipse fecit* Hl. 1. M. *fecit uxorem vult* Fruter.—104 Ita C. Pl. quinque ; *credo, sinejam, Pl. 2.*—105 *libenter* Pl. 1. *liberarum rerum voluit* Fruter. collat. Mercat. IV. 5. 31. et Mil. IV. 2. 25.—106 *siet ejus, quod placitum* G. Q. a. *quom vel quum quid compl. cst semel* Arg. 3. Ven. 6. Par. Bas. 3. Inde Both. *effecit*, Q. a. *sit, quod c. e. s.*—107 *occœpit* C. *cœpit* Pl. 5. *clam virum* C. *clam viro* B. 1. Ven. 1. *namque viro* Pl.—109 *is abest a* Pl. 6. *eam is fecit* G. *is fecit* H. *eampse vult* Fruter.—114 *illa C. Pl. 4. 5. B. 1. Ven. 1. ille* Pl. *quatnror, Hl. 2. quantum H. illam quam volt* G. *ille illa* Arg. 3.—116 *ornatum*

NOTÆ

101 *Poplo*] Pro populo : unde ver- rum] Quam libenter Jupiter indulgeat
naculum nostrum *peuple*. Corbinel.

104 *Ut sit*] Id est, qualis sit.

105 *Quam liber harum rerum multa-*

rebus venereis et uxoriis : idque di-
cit, quia mox de muliere gravida.

Quod ego huc processi sic cum servili schema,
 Veterem atque antiquam rem novam ad vos proferam :
 Propterea ornatus in novum incessi modum.
 Nam meus pater intus nunc est, ecum, Juppiter : 120
 In Amphitruonis vortit sese imaginem,
 Omnesque eum esse censem servi, qui vident :
 Ita versipellem se facit, quando lubet.
 Ego servi sumpsi Sosiæ mihi imaginem,
 Qui cum Amphitruone abiit hinc in exercitum : 125
 Ut præservire amanti meo possem patri :
 Atque ut ne, qui essem, familiares quærerent,
 Versari crebro hic cum viderent me domi.
 Nunc cum esse credent servum, et conservum suum,
 Haud quisquam quæreret qui siem, aut quid venerim. 130
 Pater nunc intus suo animo morem gerit :
 Cubat eomplexus, cuius cupiens maxume est.
 Quæ illi ad legionem facta sunt, memorat pater
 Meus Alcumenæ : at illa illum censem virum

quoniam ego veni huc sic cum veste servili, vobis proferam res vetustas sub nova veste. Idcirco prodeo indutus ratione nova ; nam ecce Jupiter meus pater est nunc in ædibus, sese convertit in similitudinem Amphitryonis, et omnes famuli Amphitryonis, qui eum conspicantur, censem esse Amphitryonem : adeo Jupiter mutat facile speciem quando placet. Ego mihi induxi formam Sosiæ servi, qui profectus est ad bellum cum Amphitryone, ut possem servire meo patri amanti : et ne famuli Amphitryonis quererent qui essem, quando me cernerent crebro versari hic domi. Nunc quando arbitrabuntur me esse seruum, et suum conservum, nullus quæreret quis sim, aut quare venerim huc. Pater obsequitur nunc sue libidini in ædibus ; cubat complexus eam quam deperibat. Meus pater narrat Alcmenæ ea quæ sunt gesta illic in exercitu : illa existimat adulterum, cum quo versatur, esse suum maritum.

hunc Pl. 6.—117 servili C. ex emend. primitus servuli, quod pro var. lect. habet Pl. 5. *schema servoli* vult Melissus, teste Taubm. Citat Charis. p. 117. *Huc ego processi cum servili schema* ; Priscian. quoque p. 679. et Nonnius V. ipsa, servili schema.—120 ē ecum C. unde Grnter. en ecum.—134 at deest in

NOTÆ

117 *Schema*] Pro schemate: nomen primæ pro nomine tertiae. Schema est ornatus scenicus.

123 *Versipellem*] Nata vox ex Apologis, in quibus belluae subinde mutant pellel ad alias decipiendas. Tertull. de pallio vocat pallium ‘versiforme.’ Martian. Cap. ‘versifor-

mem’ appellat Jovem : quas autem fortias ascerit, habet hoc disticho : Ζεύς κύκνος, ταῦρος, σάτυρος, χρυσός, δι’ ἔρωτα λήδης, Εὐρώπης, Ἀντιόπης, Δανάης. Taurus, orlo, satyrus fit et aurum Jupiter, ardens European, Leden, Antiopen, Dandæn.

Suum esse, quæ cum moecho est: ibi nunc meus pater 135
 Memorat, legiones hostium ut fugaverit:
 Quo pacto sit donis donatus plurimis.
 Ea dona, quæ illic Amphitruoni sunt data,
 Abstulimus: facile meus pater, quod volt, facilit. 140
 Nunc hodie Amphitruo veniet huc ab exercitu,
 Et servus, cuius ego hanc fero imaginem.
 Nunc internosse ut nos possitis facilius;
 Ego has habebo hic usque in petaso pinnulas;
 Tum meo patri autem torulus inheret aureus
 Sub petaso: id signum Amphitruoni non crit. 145
 Ea signa nemo horum familiarium
 Videre poterit: verum vos videbitis.
 Sed Amphitruonis illic est servus Sosia,
 A portu illic nunc cum laterna advenit.
 Abigam jam ego illum advenientem ab ædibus. 150
 Adest: ferit. Operæ pretium hic spectantibus
 Jovem atque Mercurium facere histrioniam.

Nunc meus pater refert, ut fuderit copias hostium, quo pacto sit affectus plurimis præmis. (Abstulimus ea præmia quæ fuerunt delata ibi Amphitryoni. Meus pater agit facile quod vult.) Nunc Amphitryo revertetur hodie luc a castris, et Sosia ejus servus, cuius ego præfero speciem; sed ut possitis facilius nos secernere ab invicem, ego feram semper has pennas in pileo, et meus pater geret funiculum aureum sub pileo. Amphitryo non præferet hanc notam. Nullus horum famulorum poterit animadvertere illas notas, sed vos dignoscetis. Sed adest Sosia servus Amphitryonis: ille advenit nunc a portu Persico cum laterna; ego illum arcebo nunc ab ædibus advenientem: præsto est, pulsat. Oportet Jovem et Mercurium obire nunc histrioniam hic coram spectatoribus.

C. Pl. Lgg.—137 donis sit nonnulli teste Pareo, et sic Both.—141 hanc ego Arg. 3. Both. ego omittit H.—142 hunc et vos voluit Fruter.—143 habeo Hl. 1. Lgg. mox hic deest in C. Pl. B. 1. Ven. 1. dein pinulus C. e pr. m. at e 2da pinnulus, uti V. 1. pennulas Pl. 6. B. 1.—144 torrulus C. Fris. Hl. 1. torulas Pl. 3. 6. B. 1. thorulus Pl. 5. tortulus voluit Meursius, quasi a torquendo: quocum facit nota in marg. B. 1. Torulus quoque ornamentum est, quod pedibus supponitur, tanquam torquis et circulus quidam, qui suram circumdant.—146 horuncce Bas. 2. Both.—149 nunc illuc Med. 2. mox Pl. 1. adderit; Pl. 2. aderit; Hl. 1. venit; Bas. 3. huc advenit; Both. laternad, ubi multa de illo d finali.—150 venientem Pl. 1. 2.—151 adeste; erit Palmer.

NOTÆ

144 *Torulus aureus*] Id est, funiculus aureus: torus est dictus lectus, quod toris, id est funibus, suspende- retur: ‘torulus,’ quasi tortulus. 149 *Cum laterna*] Quia nox erat, immo trinoctum.

ACTUS PRIMI SCENA PRIMA.

SOSIA, MERCURIUS.

Qui me alter est audacior homo? aut qui me confidentior?
Juventutis mores qui sciam; qui hoc noctis solus ambulem.
Quid faciam nunc, si Tresviri me in carcerem compegerint?
 Inde cras e promptuaria cella depromar ad flagrum;
 Nec caussam liceat dicere mihi, neque in hero quicquam
 auxiliī siet; 5
 Nec quisquam sit, quin me omnes esse dignum deputent: ita

So. Quis est magis impavidus, aut magis intrepidus me? qui cognitis moribus juventutis Thebanæ incedo incomitatus hac noctis hora? Quid agerem nunc si Tresviri me conjecerint in vincula? Educari illinc cras quasi incus e promptuaria cella, ut verberibus subjiciatur: neque mihi dabitur copia perorandæ cause, neque erit aliquid præsidii in domino Amphitryone, neque existet ullus ex omnibus, qui

1 *Me* alterum deest in C. Pll. B. 1. Hl. 1. Ven. 1. et Priscian. p. 1323.—2 *obambulem* Lgg.—3 *si nunc* Prisc. 1. c. probante Meursio.—4 *Cras quasi* C. interpolatoris manu quasi superscripto. *e promptuaria* C. Pll. Bon. *e promptuaria* B. 1. Ven. 1. *de promptuaria* Hl. 1. *de promptuaria* M.—5 *mihi* deest in Arg. 3. mox H. *auxilium*. Hermann. de Metr. p. 103. legit—*auxiliū* sicut—*deputent*.

NOTÆ

2 *Juventutis mores.*] Juventutis Thebanæ videlicet, quæ grassabatur noctu, et infestos latrociniis vicos sic reddebat, nullus ut nisi audacissimus per eos itare secure posset.

3 *Tresviri*] Metum sibi esse opertore dixit a grassatoribus nocturnis superiori versu, hoc sequenti ne et ipse grassator habeatur, et hoc nomine Tresviris poenas det, sibi esse timendum innuit. Apud Athenienses erant Undecimviri pari auctoritate cum Tresviris Romanis. Munus autem Triumvirorum erat præsse carceripunire damnatos, cognoscere defurtis. Tresviri autem Romani habebant sin, guli octo lictores, quorum erat animadvertere in reos judicio Tresvirorum condemnatos. Qui Magistratus apud Thebanos, vel Undecimvirorum

apud Athenienses, vel Tresvirorum apud Romanos, ordinem et auctoritatem obtinerent, incertum est. Porro Plautus consulto hinc errorē admittit contra rationem administrandæ publicæ rei Thebanorum, tum quia servi rudes sunt rerum; tum vel maxime quia volebat carpere juventutis Romanæ licentiam.

4 *Promptuaria cella*] Est locus in quo conduntur et e quo promuntur res quæ ad usum familiarem pertinent. Qui præst promptuariæ cellæ ‘promuscondus’ appellatur. In eo positus est jocus, quod quemadmodum incus depromitur e promptuaria cella, ut subjiciatur malleis, ita subjiciendus sit Sosia verberibus.

Quasi incudem me miserum homines octo validi cædant: ita
Peregre adveniens hospitio publicitus accipiar.
Hæc heri immodestia coëgit, me qui hoc
Noctis a portu ingratis excitavit. 10
Nonne idem hoc luci me mittere potuit?
Opulento homini hoc servitus dura est?
Hoc magis miser est divitis servos:
Noctesque diesque assiduo satis superque est,
Quo facto, aut dicto adest opus, quietus ne sis. 15
Ipse dominus dives operis, et laboris expers,

non existimet me esse meritum. Quare octo lictores robusti me verberabunt infelitem, quasi incudem. Sic accipiar illo hospitio publico reversus a longe. Violentia domini me compulit eo. Hic me ejicit in ritum a portu hac hora noctis. An non potuit ipse me mittere interdiu? Servitus quæ exhibetur domino diviti est propria molestior, et mancipium locupletis est idcirco miserius, quod dominus dives habet semper in promtu aliquid quod mandet servo aut facere aut dicere, ne quietat servus. Ipse herus ditatus a servis, immunis a labore, arbitratur se posse agere

—6 qui non Pl. 6. B. 1. Hl. 1.—7 homines et validi desunt in Pl. 1. 2. mox itaque B. 1. Hl. 2. Post h. v. inculcat v. 19. Nec aequum, &c. C. Pl. 1. 2. B. 1.—8 publicitus Lgg. Versus 6. 7. 8. in Anapæstos dispescit Hermann. de Metr. p. 393.—9 Ita C. Pl. 5. at cogit Pl. quinque, B. 1. G. M. de vss. 9—20. vid. Hermann. de Metris p. 459.—11 hoc deest in Pl. 1. 2. 3. mox luci C. et Charis. p. 182. lucis Pl. B. 1. Ven. 1. Meursius vult lucu, collat. Mercat. 2. 1. 31. Cistell. 2. 1. 53. et Terent. Adelph. 5. 3.—12 hæc B. 1. Pl. 2. 3. 4. 5. Ven. 1.—13 H. v. delere vult Gulielmus.—15 dictod Pareus, probante Both. mox sties B. 1. Pl. 1. 2. siet Hl. 1. unde firmatur Scaligeri sit.—17 Vice

NOTÆ

7 *Homines octo*] Id est, ‘octo Lictores.’ Appellat uno verbo ‘homines octo,’ ut appellantur supra Tresviri. Pergit errare consulto Plautus, et Thebanis tribuere’ quod Romanorum erat.

8 *Hospitio publicitus accipiar*] Moris erat apud veteres, tum Græcos, tum Romanos, ut qui peregre reverterentur, præsertim publica re gesta prospera, publico et hospitio et convivio exciperentur. Jocus est in hospitio: sic enim appellat carcerem.

9 *Heri immodestia*] Vernaculo suo vertit indiscretione Corbinellus.

12 *Opulento homini*] Hic, et octo versus consequentes obscuri quidem sunt, si scrupulosius verbum verbo reddere volueris; sed sensui, qui

clare patet, verba accommodanda sunt. Quod facile præstiteris, si amputes pleonasmos hoc ferme modo: ‘Servus domini divitis est hoc magis miser, quod dominus habet semper opera quæ mandet servo facienda, ne servus sit quietus. Ipse dominus dives citra laborem arbitratur se posse, quicquid homo potest, optare.’

14 *Assiduo*] Non est adverbium, sed nomen, significatque opulentum. Cicero: ‘Cum Lex Ælia Sentia assiduo vindicem assiduum esse jubeat, locupletem jubet locupleti: locuples enim est assiduns: appellatus ab ære dando;’ quasi dicas ‘ab asse dando.’

16 *Dives operis*] Virg. ‘dives opum variarum.’

Quodcunque homini accidit libere, posse retur :
 Æquom esse putat : non reputat laboris quid sit :
 Nec, æquom anne iniquum imperet, cogitabit.
 Ergo, in servitute expetunt multa iniqua : 20
 Habendum et ferendum hoc onus est cum labore.
 ME. Satius est me queri illo modo servitutem, hodie,
 Qui fuerim liber, eum nunc potivit pater
 Servitutis : hic, qui verna natus est, queritur.
 Sum vero verna verbero. So. numero mihi in mentem fuit,
 Dis advenientem gratias pro meritis agere, atque alloqui. 26
 Næ illi, edepol, si merito meo referre studeant gratias,

quicquid libeat. Existimat id esse justum : non curat quid opera sit in eo, nec attendit utrum mandet justa vel injusta. Igitur plura injusta accident in servitute. Est sustinendum et gerendum hoc onus cum molestia. MER. *Esset æquius me deplorare hoc pacto servitutem, ego qui fuerim hodie liber, et quem pater subjicit modo servituti : hic lamentatur qui est procreatus verna. Ego vero sum verna ministerio quod exhibeo patri. So. Projecto mihi venit in animum, ut reversus ego referam gratiam Diis pro meritis, atque salutem. Sane per ædem Pollucis, si illi relint respondere gratias meo merito, mittant quempiam hominem ut mihi contundat strenue*

~~~~~  
 posse retur Pl. 2. posceretur.—20 *expectant* B. 1. superscripto ‘al. *expetunt*;’ Hl. 1. *expetunt*, et var. lect. *expectant*.—21 *onus* C. et pro var. lect. *opus*, quam in textu exhibent B. 1. Pl. 6. et Edd. princ.—22 *in illo* Pl. 2. *nullo* Pl. quinque, B. 1.—23 Ita C. at pro var. lect. *potuit*, quam habet Pl. 2. *potius* Pl. quinque, B. 1. Ven. 1.—25 *verbero* C. B. 1. Ven. 3. *verbo* Pl. Ven. 1. *nunc* vero mihi C. Pl. 3. 4. 5. 6. B. 1. Ven. 1. Nonius *numero*, quocum facit G. *numeri* : mox Ven. 1. *mente* ; Pl. 1. 2. et *nunc* mihi *ut in mentem* ; Hl. 1.

## NOTÆ

23 *Potivit Servitutis*] A ‘potio’ veteri activo. Nunc ‘potior’ deponens tantum est in usu : ‘potior’ autem fere de bonis, non de malis et servitute.

24 *Verna*] Est qui e servo natus. Viliores autem sunt servi qui sunt nati, quam facti : in his enim manere potest mens libera, in illis a natura inolita servitus.

25 *Sum verna verbero*] In servis etiam natis esse potest interdum mens liberalis, atque adeo libero homine digna : tales fuerunt Tyrones Ciceronis, et Phædri Augusti. Sed sapienter sunt nequam, et quasi ad verbora facti. Qui autem nonnisi flagris imminentibus accedunt ad opus, aut

abstinent a nequitia, et ne flagris quidem temperare possunt a scelere, illi turpitudini servitutis novam turpitudinem addunt. ‘Sum verna, quia videor ministerio quod exhibeo patri, et verna, et verbero.’

In *mentem fuit*] Id est, ‘venit.’ Non haec modo in Plauto phrasis familiaris, sed et Ciceroni, pro Lege Manili. ‘Quam vestros portus in prædonum potestatem fuisse sciatis.’ Ratio hujus syntaxeos inde petenda est, quod ‘sum’ pro ‘eo’ et ‘venio’ ferme ponatur, et nos Gallico vernacula dicimus, *J'ai été à Rome*, pro ‘ivi.’

27 *Edepol*] Seu ‘Ædepol,’ per Ædem seu per Templum Pollucis, muli-

Aliquem hominem allegent, qui mi advenienti os occillet  
probe: [irrita.]

Quoniam bene quæ in me fecerunt, ingrata ea habui atque  
ME. Facit ille, quod volgo haud solent, ut quid se sit dig-  
num sciat. [vium]

So. Quod nunquam opinatus fui, neque alias quisquam ci-  
Sibi eventurum, id contigit, ut salvi potiremur domum.

Victores victimis hostibus legiones reveniunt domum,

Duello extincto maxumo, atque internecatis hostibus;

Qui multa Thebano populo acerba objecit funera, 35

Id vi et virtute militum victimum atque expugnatum oppidum  
est,

Imperio atque auspicio heri mei Amphitruonis maxume.

*dentes advenienti, quia non accepi animo grato eorum beneficia. MER. Hic agit id quod alii non consueverunt vulgo, ut agnoscat quid sit dignum se. So. Nobis evenit id quod nunquam arbitratus sum, nec quiris alius cirium nobis eventurum, ut rereretur domum incolumes. Copiae repetunt victrices domum, debellatis hostibus, confecto maximo bello, et trucidatis hostibus. Illa urbs, quæ attulit exitium tristissimum, est subacta atque capta impetu et fortitudine militum, potissimum imperio et auspicio mei heri Amphitryonis. Ornavit suos cives spoliis, et prædiis,*

*et nunc mihi vero in m. punctis notato et: dein venit Pl. 6.—28 occilet Pl. 1. 2. teste Grutero, occillet, teste Pareo; B. 1. oscillet.—29 bona quæ Pl. 3. uti B. 1. pro var. lect. bene quæ Pl. quinque; bene qui C.—30 solet G. M. mox sciant Pl. 2. Her.—32 Ita C. Fris. Pl. quinque, Pl. 4. e 2da m. B. 1. Ven. 1. domi Bon. et B. 1. pro var. lect. Hoc voluit Douza.—34 quod internectis Pl. 3. 4. 5. 6. G. H. M. et B. 1. ubi quod abest; interemtis Pl. 5.—35 quod Pl. 3. 5. B. 1. uti voluit Meursius, edidit Both. *adjecit* Pl. 5.—36 rictum C. e 2da m. *rinctum* e pr. m. at neutra vox adest in Pl. 1. 2. mox Pl. 2. 3. *est oppidum*.—38 qui*

#### NOTÆ

eribus virisque commune jusjurandum: ‘Æcastor’ fœminis tantum, ‘Hercle’ viris familiare.

28 *Os occillet*] ‘Occillo’ ab ‘occo,’ quod est ab agricultura sunitum verbum, et significat glebas occa comminuere, ne trudentis sese e terra segregatis mucronem obtundant.

34 *Duello*] Quasi ‘duorum bellum;’ unde etiamnum ‘perduelles’ appellantur hostes. ‘Perduellionis rei,’ hostes, aut principis, aut patriæ; et ‘Duellona’ olim Bellona.

35 *Qui multa Thebano populo*] Vide-

tur hoc loco innuere Sosia bellum fuisse Thebanis cum Telebois: tamen bellum erat Argivorum in ultiō nem injuriae Electryoni Argivorum Regi illatae, in quo bello Thebani erant tantum inter auxiliares copias. Eundem errorem admittit, seu prudens, seu imprudens Sosia in Creonte: neque enim agebatur de stabiliendo regno Thebanorum, sed de recuperanda præda ab Electryone et Argivis ablata.

*Funera acerba*] Virg. ‘Et funere mersit acerbo.’

Præda atque agro adoreaque affecit populares suos,  
Regique Thebano Creonti regnum stabilivit suum.  
Me a portu præmisit domum, ut hæc nuntiem uxori suæ : 40  
Ut gesserit rempublicam ductu, imperio, auspicio suo.  
Ea nunc meditabor, quo modo illi dicam, quum illo advenero.  
Si dixero mendacium, solens meo more fecero.  
Nam quom pugnabant maxume, ego fugiebam maxume.  
Verumtamen quasi affuerim simulabo atque audita eloquar.  
Sed quo modo et verbis quibus me deceat fabularier, 46  
Prius ipse mecum etiam volo hic meditari: sic hoc prolo-  
quar:  
Principio ut illo advenimus, ubi primum terram tetigimus,  
Continuo Amphitruo delegit viros primorum principes:  
Eos legat: Telebois jubet sententiam ut dicant suam. 50  
Si sine vi et sine bello velint raptæ et raptore tradere,  
Si quæ asportassent, redderent; se exercitum extemplo  
domum

*et frumento honorario, confirmavitque Creonti regi Thebano suum imperium. Amphitryo me præmisit a portu ad ædes, ut referam hæc suæ conjugi, quemadmodum administrarunt negotium publicum suo reginæ, suis imperiis, auspiciis: nunc repetam animo quo pacto illi commemorabo ea quando advenero illuc. Si protulero mendacium, faciam ita ut soleo mea consuetudine. Nam quando illi decertabant acerrime, tum ego fugiebam velocissime. Attanæ fingam quasi affuerim, et edicam ea quæ audiri. Sed volo meditari antea mecum quo pacto aut qua ratione oporteat me verba facere. Referam hæc hoc modo: Initio, statim atque advenimus illuc, statim utque terram attigimus, Amphitryo deligit e vestigio viros præcipios: eos mittit legatos: mandat aperiant suam ipsius mentem Telebois: si relint dedere bona Electryonis raptæ, sine vi et sine bello, si restituant quæ abstulerunt, se e*

præda Ven. 6.—39 Creoni C. Pl. 1. 2. Creonti Pil. quatuor, B. 1.—44 tum super ego extat in C. e 2da m.—45 Ita Pil. B. 1. at C. verum quasi adfuerim tamen.—46 decet Pil. 1. 2. 3.—47 Ipse prius B. 1.—52 reddere C. post rasuram.

## NOTÆ

38 *Adorea*] Veteres Romani omnem agrorum proventum ‘adoream’ appellabant, quam quoniam vitoriis militibus dñces tribuere soliti essent, hinc lans bellica cepit appellari ‘adorea.’ ‘Adoris’ penultimam nunc corripit, nunc producit, et ‘adorea’ antepenultimam, quia olim ‘adus, aderis’ dicebatur, enjus penultima *e*, mutata in *o*, retinet quantitatem.

50 *Telebois*] Qui et Taphii erant

ineolæ, seu Acarnaniæ, seu Bœotia, finitimarumque insularum, dicti a Telebois et Taphio Hippothoës et Neptuni filiis.

51 *Raptæ et raptore*] Spolia, ab Electryone et Argivis ablata, et Teleboas, qui rapuerant. In hoc et fides historiæ laborat: nam spolia apud Philoxenum deposita jam reenperata fuerant et restituta Electryoni ab Amphitryone.

Reducturum, abituros agro Argivos, pacem atque ocium  
 Dare illis: sin aliter sient animati, neque dent quæ petat,  
 Sese igitur summa vi virisque eorum oppidum expugnas-  
 sere.

55

Hæc ubi Telebois ordine iterarunt, quos præfecerat  
 Amphitruo: magnanimi viri freti virtute, et viribus  
 Superbi, nimis ferociter legatos nostros increpant.  
 Respondent, bello se et suos tutari posse: proinde uti  
 Propere de finibus suis exercitus dederent.

60

Hæc ubi legati pertulere, Amphitruo castris illico  
 Producit omnem exercitum: contra Teleboæ ex oppido  
 Legiones educunt suas, nimis pulchris armis præditas.  
 Postquam utrinque exitum est maxima copia,  
 Dispertiti viri, dispertiti ordines :  
 Nos nostras more nostro et modo instruximus legiones.  
 Item hostes contra legiones suas instruunt.  
 Deinde utrique imperatores in medium exeunt  
 Extra turbam ordinum; colloquuntur: simul  
 Convenit, victi utri sint eo prælio,

65

70

*vestigio reducturum domum copias, Argivos excessuros agro, illis concessuros pacem  
 atque otium; si vero sint aliter affecti, neque exhibeant quæ petat, sese expugnat-  
 turum esse statim eorum urbem summa vi, immissisque viris. Quando illi, quos Am-  
 phitryo delegarat, renuntiarunt hæc sigillatum Telebois, fortissimi viri confisi forti-  
 tudine, et etati viribus, respondent nimis arroganter nostris legatis: reponunt se  
 posse sese defendere et suos armis; et idcirco ut educant velociter copias de suis fini-  
 bus. Statim atque legati nuntiaverunt hæc, Amphitryo profert repente omnes co-  
 pias: ex adverso Teleboe proferunt ex urbe suas copias instructus armis valde ele-  
 ganctibus. Postquam proditum est hinc inde maximo numero, distributi milites, dis-  
 tributi ordines; nos instruximus nostras copias, pro nostra consuetudine et arbitrio:  
 eodem pacto hostes dirigunt suas copias ex adverso. Postea utrique duces prodeunt  
 in medium extra ordines conseruos, colloquuntur una, convenit ut ii, qui fuerint*

\*\*\*\*\*

—53 habituros agros Pll. 1. 2. 3. 4. 5. B. 1.—55 expugnasse Pll. et C. e pr. m. e 2da expugnassere; B. 1. expugnaturum esse, at in marg. ‘al. expugnasse.’—58 superbo C. Lgg. superbi Pll. B. 1. mox ferocitus Lgg.—59 se suosque Lgg. et se et Pl. 4. B. 1. et deest in C. Pll. quinque.—60 de suis finibus C. Pl. 6. B. 1. H. M.—61 e castris B. 1.—63 reducunt C. e pr. m. seducunt e 2da.—65 Palmer e vet. cod. Distributi viri, diribiti ordines; Herald. e Ms. suo dispositi ordines.—66 nostros Both.—68 utrinque, et mox colloquutum, Lgg. et Serv. Ful-  
 densis teste Goldasto: uterque Pl. 2. utrique exeunt imperatores in medium B.

## NOTÆ

53 *Ocium Dare]* Virg. ‘otia fecit.’ alibi, ‘reconciliasso,’ ‘amasso.’

55 *Expugnassere]* Ab ‘expugnasso,’ 66 *More nostro et modo]* Horat. pro ‘expugnavero:’ ‘impetrasso’ ‘more modoque.’

- Urbem, agrum, aras, focos, seque uti dederent.  
 Postquam id actu' est, tubæ utrinque canunt: contra  
 Consonat terra: clamorem utrinque efferunt.  
 Imperator utrinque hinc et illinc Jovi  
 Vota suscipere, hortari exercitum: 75  
 Pro se quisque, id quod quisque potest et valet,  
 Edit; ferro ferit: tela frangunt: boat  
 Coelum fremitu virum: ex spiritu atque anhelitu  
 Nebula constat: cadunt volneris vi et virium.  
 Denique, ut voluimus, nostra superat manus: 80  
 Hostes crebri cadunt: nostri contra ingruunt.  
 Vicimus vi feroce.  
 Sed fugam in se tamen nemo convertitur,  
 Nec recedit loco, quin statim rem gerat.  
 Animam omittunt priusquam loco demigrent: 85  
 Quisque uti steterat, jacet, obtinetque ordinem.

*superati hoc certamine, traderent civitatem, regionem, alturia, penates, et se. Postquam id est factum, tubæ clangunt hinc inde; terra consonat; attollunt vocem ex utraque parte; uterque dux coepit nuncupare vota Jovi; utrimque hinc et illinc incitare copias; quisque praestat pro se id quod valet et potest; ferit ferro; tela edunt fragorem; calum resonat fremitu hominum; nubes surgit ex spiritu et anhelitu; corrunt vi vulnerum et impressione nostrarum virium: demum noster exercitus vincit, quemadmodum optabamus; hostes funduntur passim; nostri ex aduerso irrumpunt; superarimus cluti viribus. Attamen nullus capessit fugam, neque relinquit locum ut stans decertet; antequam cedant de statione, oppetunt mortem; quilibet sternitur in eodem loco in quo depugnauerat, retinetque suum ordi-*

1.—70 *utrique* B. 1.—73 *Consonant ferra Seriver.* mox *clamoremque* C. at que abest a Pl. —76 *Voces id—valet pro spurciis* habet Palmer, et mox legit *Fædit ferit—frangunt.* —78 *spiratu Lgg. spiritus* B. 1. Pl. 2. 3. 5. 6. et Pl. 1. e pr. m. mox *atque deest* in Pl. B. 1. et Ven. 3. Med. 2. Arg. 3.—80 *volumus* Pl. B. 1. et C. e pr. m.—80, 81 Versus disponunt *β', δ,* Junt. Ven. 6. Par. probante Botheo.—82 *vicinius* voluit Grnter. *vi fero vicinus* unus Codd. Leid. teste Hermanno de Metr. p. 209.—83 *fuga* Pl. 2. mox Lamb. et Palmer *in ce.*—85 *abmittunt* Pl. 4. *obmittunt* G. H. *amittunt* Pl. 1. et M. e 2da m. uti voluit Douza.—86 *ut C.* Pl. B. 1. Lips. probat Douza.—88 *inducere se* Pl.

## NOTÆ

71 *Dederent]* Tit. Livius qua forma fieret deditio nota: ‘Rex interrogavit, Estisne vos Legati Oratoresque missi a Populo Collatino, ut vos Populumque Collatinum dederetis? Sumus. Estne Populus Collatinus in

sua potestate? Est. Deditisne vos Populumque Collatinum, urbem, agros, aquam, terminos, delubra, utensilia, divina humanaque omnia, in meam Populique Romani deditio- nem? Dedimus. Et ego recipio.’

Hoc ubi Amphitruo herus conspicatus est,  
Illico equites jubet dextera inducere.  
Equites parent citi : ab dextera maxumo  
Cum clamore involant, impetu alaci : 90  
Foedant et proterunt hostium copias jure injustas.  
ME. Nunquam etiam quicquam adhuc verborum est prolocutus perperam : [est, pater.  
Namque ego fui illic in re præsentि, et meus, quom pugnatum  
So. Perduelles penetrant se in fugam : ibi nostris animus  
additus est :  
Vortentibus Telebois, telis complebantur corpora ; 95  
Ipsusque Amphitruo regem Pterelam sua obtruncavit manu.  
Hæc illic est pugnata pugna usque a mane ad vesperum :  
Hoc adeo hoc commemini magis, quia illo die impransus  
Sed prælium id tandem diremit nox interventu suo. [fui.  
Postridie in castra ex urbe ad nos veniunt flentes principes :  
Velatis manibus orant, ignoscamus peccatum suum : 101

nem. *Quando Amphitryo redit hoc, illico mandat equitibus ut a dextro cornu invadant. Equites obsequuntur velocios. Irrumpunt a dextra cum maxima vociferatione, obtruncant et pessundant jure exercitum injustum hostium, impetu alaci.*  
**MER.** Nullum adhuc protulit verbum falsum : num ego fui illic in hac pugna : et meus pater, quando est certatum. **So.** Hostes se convertunt in fugam. Tunc animus accessit nostris, Telebois cedentibus. Corpora complebantur jaculis, et Amphitryo ipse interfecit regem Pterelam sua manu. *Hoc certamen incruduit a mane ad vesperam. Recordor hujus rei hoc magis, quia fui incænatus illo die. Verum nox diremit denique illud certamen suo adrentu. Die sequenti primates lacrymantes veniunt ex urbe in castra, precantur manibus obvelatis, ut condonemus*



6. Lamb. conjicit invadere vel irruere, Merula probante, Palmer vero inuidere.—90 volvri Ms. Pirckheimeri, teste Picarto, et G. M. impetue Bas. 2. et Lamb.—91 invras volvit Meursius.—93 Nam ego Pl. 3. 4. 5. 6. B. 1. Hl. 2. mox pugnatus Ven. 1. ut videtur.—94 meus animus Ven. 1.—95 complentur Pl. 1. 2. Hl. 1.—96 obtruncat Hl. 2. et Hl. 1. e pr. m.—97 a manu usque ad Pl. 1. 2. Hl. 1. Alii, teste Pareo, ab usque mane ad ; deest usque in Hl. 2.—98 Hac adeo Pl. 5. mox hoc alterum deest in Pl. 3. B. 1. Hl. 2.—99 interruptu Hl. 2.

#### NOTÆ

101 *Velatis manibus*] Qui pacem ramos.' Unde Neoteriens aliquis rogabant, præferebant ramum olivæ, de quo pendebant complures flocci lanæ, ita ut his tegeretur manus. Virgilii : 'Cui me fortuna precari, Et vitta comtos voluit prætendere existimavit legendum esse *vittatis manibus*, non *velatis*. Ideo autem et olea et floccus lanæ sunt insignia pacis, quia nihil his mollius.

Deduntque se divina humanaque omnia, urbem et liberos,  
 In ditionem atque in arbitratum, cuncti, Thebano poplo.  
 Post ob virtutem hero Amphitruoni patera donata aurea est,  
 Qui Pterela potitare rex solitus est. Hæc sic dicam heræ.  
 Nunc pergam heri imperium exequi, et me domum capes-  
 sere.

106

**M.E.** Atat! illic huc iturus est: ibo ego illi obviam.  
 Neque ego hunc hominem hodie ad ædis has sinam un-  
 quam accedere:

Quando imago est hujus in me, certum est hominem cludere.  
 Et enimvero, quoniam formam cepi hujus in me, et statum,  
 Decet et facta moresque hujus habere me similes item. 111  
 Itaque me malum esse oportet, callidum, astutum admodum,  
 Atque hunc, telo suo sibi, malitia a foribus pellere. [agat.  
 Sed quid illuc est? Cœlum aspectat: observabo quam rem  
**So.** Certe adepol scio, si aliud quicquam est quod credam,  
 aut certo sciam,

115

*suam culpam: et se dedunt, cuncta sacra et profana, civitatem et liberos in potesta-  
 tem atque in arbitrium populo Thebano. Postea est oblata patera aurea meo hero  
 Amphitryoni ob virtutem: narrabo hæc ita heræ. Nunc pergam implere manda-  
 tum heri, et me conferre in ædes. MER. At vero ille ingressurus est huc, ego me  
 conferum obviam illi, neque ego patiar ullatenus hunc hominem accedere ad has ædes;  
 quoniam hujus species est in me, stat ludificare hominem. Etenim quia indui me  
 ejus imagine et statura, oportet me reprezentare etiam actiones et mores hujus si-  
 miles. Quapropter est necesse me esse insigniter nequam, versutum, dolosum, et  
 eum arcere a janua per nequitiam, quæ est telum quo solet armari. Sed quid est  
 hoc? Speculatur cœlum. Attendam quid faciat. So. Sane per ædem Pollucis  
 sciv, et credo pro certo, si est aliud quicquam quod credam et sciam, Deum noctis*

\*\*\*\*\*

at interventu pro var. lect.—103 in prius abest a Pl. 5. 6. mox deditioñem Pl. 4. G. dictionem Hl. 2. dein arbitrium Pl. 1. 2. 3. Hl. 1. 2. Lgg. in alterum omittunt.—104 est aurea MSS. omnes et edd. princ.—105 poare C. e pr. m. t superscripto; potitare B. 1. Exc. mox abest rex a Pl. 1. 2. in C. supercriptum; potare B. 1. Hl. 1. 2. Lgg. Ven. 1. 3. Bon.—107 hoc Pl. 2. e pr. m. honc e 2da; Pl. quatuor hunc; illic illuc Ven. 1. 3. Bon. Hl. 1. ex emend. mox ego abest a Pl. 1. 2.—108 deest ego in Hl. 1. mox nunquam Ven. 1. 3.—109 est hodie eludere Lgg.—110 qui formam Hl. 1.—113 suo sua Pl. 1. 2. 3. 5. B. 1. Hl. 2.—114 illud Hl. 2.—115 si quicquam est aliud Hl. 1. 2. Lgg. Ven. 1. 3. Bon. mox quid C. dein certe Pl. 1. 2. 3. 5. denique scio Pl. 2.—116

## NOTÆ

113 *Telo suo*] Suo ipsius telo, ut sua culpa: *Il se coupe la gorge de son*  
*vs. 171. 'suo ipsius jumento,' id est, propre couteau.*

Credo ego hac noctu Nocturnum obdormivisse ebrium.  
 Nam neque se Septentriones quoquam in cœlo commovent,  
 Neque se Luna quoquam mutat atque uti exorta est semel.  
 Nec Jugulæ, neque Vesperugo, neque Vergiliæ occidunt.  
 Ita statim stant signa : neque nox quoquam concedit die. 120  
**M.E.** Perge, nox, ut occepisti! gere patri morem meo :  
 Optumo optume optumam operam das : datam pulchre locas.  
**So.** Neque ego hac nocte longiorem me vidisse censeo :

*obrutum somno et vino hac nocte. Nam neque Septentriones commovent se quoquam in cœlo, neque Luna se mutat a loco in quo est ortu semel, nec Orion, nec Lucifer, nec Pleiades, occidunt ; ideo signa stant in stationibus, neque tenebræ concedunt in ulla parte lumini. MER. Procede, nox, ut instituisti ; obsequere meo patri, navas optime optimam operam Deo optimo, collocas egregie munus. So. Neque ego existimo me vidisse noctem productiorem huc nocte, præter unam similem,*

-----  
*obdormisse C. Pl. 3. 4. B. 1. obdormuisse Pl. 6. dormivisse Hl. 1.—117 se deest in Hl. 1. 2.—118 motat stutque vult Passerat. atque ubi Hl. 2.—119 neque jugula Hl. 1. 2. jugula Junt. et edd. recentiores, probante Botheo, qui, post alios, citat Varro. L. L. vi. 3. p. 81. ‘Apud Plautum, Neque jugula neque vesperugo neque vergiliæ occidunt, jugula signum est, quod Accius appellat Oriona, cum ait ‘cittius Orion patetis;’ hujus signi caput dicitur e stellis quatuor, quas infra diuae claræ, quas appellant humeros, inter quas, quod videatur jugulum, unde Jugula dicta.’ Hunc Varronis locum citat margo B. 1. et legit quod Quintus Accius...cicero...patet, ex tribus stellis...inter quia rideatur...omisso unde.—122 optime optumo Ven. 1. 3. Bon. Junt. Both. mox des*

#### NOTÆ

116 *Nocturnum*] Stella Veneris.

119 *Jugula*] Festus: ‘*Jugula*, stella est Orion dicta, quod amplior sit ceteris, quasi nux juglans.’

120 *Statin*] Stando fixe.

*Die*] Pro diei. Virgilius: ‘Libra die somnique pares ubi fecerit horas.’

123 *Hac nocte longiorem*] Divus Hieronymus notat fuisse tantum ‘geminam noctem,’ adversus Vigilant. ‘Libere proclamabis te esse ant Mercurium, propter nummorum cupiditatem, aut Nocturnum, juxta Plauti Amphitryonem, quo dormiente in Alcmenæ adulterio duas noctes Jupiter copulavit, ut magna fortitudinis Hercules nasceretur.’ Ovidius idem canit: ‘Ipse Deum genitor, ne te tam

sæpe videret, Commisit noctes in sua vota duas.’ Seneca in Agamemnonne dicit Herculem non una nocte fuisse procreat, sed quota non notat: ‘Violentus ille nocte non una potuit creari.’ Propertius etiam et ipse Poëta diligens: ‘Jupiter Alcmenæ geminas requieverat Arctos; Et cœlum noctu bis sine Rege fuit.’ Lycophroni Hercules, τρισέληνος et τριέσπερος λέων, leo trinox: Justino Martyri, τριέσπερος Ἀλκείδης: et Statius appellat ‘ternocitem Herculeam’: vulgo dicitur ‘trinoctium Herculeum’: apud Arnobium ‘novem noctes sunt:’ apud Clementem Alexandrinum item: ‘Jupiter pater noctibus vix novem unam potuit prolem extundere, concinnare, compingere.’

Nisi item unam, verberatus quam dependi perpetem.  
 Eam quoque edepol etiam multo haec vicit longitudine. 125  
 Credo edepol equidem dormire Solem; atque appotum  
 Mira sunt, nisi invitavit sese in coena plusculum. [probe.  
 ME. Ain' vero, verbero? Deos esse tui similes putas?  
 Ego pol te istis tuis pro dictis et malefactis, furcifer,  
 Accipiam; modo sis veni huc; invenies infortunium. 130  
 So. Ubi sunt isti scortatores, qui soli inviti cubant?  
 Haec nox scita'st exercendo scorto conducto male.  
 ME. Meus pater nunc pro hujus verbis recte et sapienter  
 facit, [sequens.  
 Qui complexus cum Alcumena cubat amans, animo ob-  
 So. Ibo, ut herus quod imperavit, Alcumenæ nuntiem. 135  
 Sed quis hic est homo? quem ante ædeis video hoc noctis?  
 non placet. [tem venit,  
 ME. Nullus est hoc meticulosus æque. So. quem? in men-  
 Illic homo hoc denuo volt pallium detexere. [pruriunt.  
 ME. Timet homo: deludam ego illum. So. perii! dentes

*in qua tota dedi pœnas subjectus flagris. Per ædem Pollucis haec superat multo  
 quoque etiam illam longitudine. Profecto puto Solem obdormire, atque mero madidum  
 egregie. Fallor nisi sese proluit largius. MER. Aisne vero, mastigia? Arbitraris  
 Deos tibi esse similes? Per Pollucem te excipiam, furcifer, pro istis tuis verbis  
 et factis. Ades dum hue, si ris, reperes malum. So. Ubi sunt isti qui dormiunt soli  
 inique animo? haec nox est commoda exercendo scorto male conducto. MER. Meus pa-  
 ter qui cubat nunc complexus Alcmenam, obsequens animo, facit recte et sapienter, ex  
 dictis hujus. So. Pergam ut referam Alcmenam id quod meus herus mihi mandavit.  
 At quis est homo ille quem conspicio ante ædes hac hora noctis? non placet. MER.  
 Est nemo perinde timidus atque hic. So. Quem video, venit in animum, illum homi-  
 nem velle iterum texere meum pallium. MER. Homo trepidat: ego illum deludam,*

\*\*\*\*\*  
 C.—124 *pependi* MSS. omnes et edd. princip. *dependi* venit e typornm erra-  
 to, ut videtur.—125 *rincit* Pl. 5. 6. B. 1. H. HI. 1. 2. Ven. 3. Bon. quod  
 voluit Douza.—126 *equidem* edepol HI. 1.—127 *mirum* Bon.—128 *similes tui*  
 HI. 1.—129 *te abest* ab HI. 1.—131 *solti* Pl. 3. 4. B. 1. HI. 1. et HI. 2. e pr. m.  
 Ven. 1. 3. Bon. *solti* Parei ed. 1. probante Botheo; mox *inviti* B. 1. HI. 1.  
 Ven. 1. 3. Bon. et Pl. 4. ex emend. Klockins vult *solitimudi*.—132 *sita* HI. 2.  
 —133 *pater meus* HI. 2.—135 *nuptiem* HI. 2.—137 *meticulosus* C. Pl. 5. mox  
 quom C. Pl. 3. 4. 5. 6. *quid M. dein mihi in mentem* Pl. 1. 2. H.—138 *hoc*  
 deest in B. 1. mox Pl. 1. 2. *denique*; HI. 1. *deique vult* in textu, in marg. e m.  
 2da *dein voluit*: mox *detexere* C. post rasuram, *dexteræ* Pl. 3. 4. 5. B. 1.  
 H. 1. 2. Ven. 1. 3. Bon. *destræ* Pl. 6. Bernardus Saracen. Venet. primus

## NOTÆ

125 *Vicit longitudine*] Sophocl. νικᾷ.

Certe advenientem me hic hospitio pugnæ accepturus est. 140  
 Credo misericors est: nunc propterea quod me meus herus  
 Fecit ut vigilarem, hic pugnis faciet hodie ut dormiam.  
 Oppido interii. obsecro hercle quantus et quam validus est!  
**M.E.** Clare advorsum fabulabor: hic auscultet quæ loquar.  
 Igitur magis modum in majorem in sese concipiet metum.  
 Agite, pugni: jam diu 'st quod ventri victum non datis: 146  
 Jampridem videtur factum, heri quod homines quatuor  
 In soporem collocastis nudos. So. formido male, [Sosia].  
 Ne ego hic nomen meum commutem, et Quintus fiam e  
 Quatuor viros sopori se dedisse hic autumat: 150

**So.** *Perii: dentes pruriunt. Sane ille me excipiet advenientem hospitio sub signo pugnæ. Credo est humanus, et quoniam meus herus votuit ut ego vigilarem nunc, hic efficiet hodie pugnis ut dormium. Plene perii. Quæso per Herculem quan procerus est et quam robustus!* **MER.** *Loquar clare ex adverso. Hic audiet quæ dicam, et ita concipiet timorem in sese in majorem modum. Agite, o pugni! est jam diu quod non suppeditatis cibum ventri; videtur esse factum a longo tempore quod die hesterna conjectistis in soporem quatuor homines spoliatos. So. Pertimesco magnopere ne mutem hic meum nomen, et crudum Quintus e Sosia. Hic dicit se*

\*\*\*\*\*

*texere legendum statuit ex antiquo Cod.—139 tibimet Pl. 2. et e pr. m. Pl. 1. mox perii C. e 2da m. proh Hl. 1. 2. 5. 6. et ex emend. Pl. 1. 3. Bon. pro dentes B. 1. plidentis Pl. 2. proh plidentes Pl. 4. pot dentes Ven. 1. 3. mox proriunt Hl. 1. 2.—140 pugni vult Douza, pugneo Acidal. Both.—142 obdormium B. 1. G. Junt. Ven. 6. Par.—144 clara B. 1. H. 2. Lgg. Ven. 1. 3. clare Hl. 1. a superscripto; mox avorsum C. at Pl. vorsum aut versum uti B. 1. Hl. 1. et edd. princ.—145 modum morem C. Pl. 4. et e pr. m. Pl. 1. ubi e 2da modum majorem, ut Pl. quatuor, Ven. 1. 3. Bon. majorem modum B. 1. majorem in modum, Hl. 1. Lgg. modum3 morem3; Acidal. vult Igitur demum magis majorem in sese.—149 ex Hl. 1.—150 duros C.—151 si colo C. B. 1. Pl. quinque, Ven. 3. si colo Pl. 3. Hl. 1. sic colo H. his nunc jam sic colo*

## NOTÆ

140 *Me hospitio pugnæ accepturus est]* Moris semper fuit ut insigniantur ædes aliquibus picturis, quæ incurvant in prætereuntium oculos, et quæ domicilia civium quærentibus indicio sint. Ad hunc morem alludit jocus Sosiae, quo innuit se esse sub signo pugnæ, vel potius, pugnis excipiendum, id est, a Mercurio pugnis sugillandum.

149 *Quintus fiam]* Erat apud Romanos non infrequens usus numero-

rum in imponendis nominibus, ut ferme quintus diceretur puer, et deinceps vir factus, quod natus fuisset quintus, interdum et Quintius, Sextus, Sextius, Septimus, Septimus. Hic jocatur Sosia, et vereri se testatur, ne in posterum, non Sosia, sed Quintus appelletur, quando cæsus a Mercurio dormiet cum quatuor, quos a se sopori datos seu interfectos gloriatur Mercurius.

Metuo ne numerum augeam illum. M.E. hem! nunc jam ergo: sic colo.

So. Cingitur, certe expedit se. M.E. non feret quin vapulet.

So. Quis homo? M.E. quisquis homo huc profecto venerit, pugnos edet.

So. Apage, non placet me hoc noctis esse: cœnavi modo: Proin tu istam coenam largire, si sapis, esurientibus. 155  
M.E. Haud malum huic est pondus pugno. So. perii!  
pugnos ponderat. [servaveris.]

M.E. Quid si ego illum tractim tangam ut dormiat? So.  
Nam continuas has tris noctes pervigilavi. M.E. pessimum  
Facinus; nequiter ferire malam male discit manus. [est]  
Alia forma oportet esse quem tu pugno legeris. 160

*dedisse sopori quatuor homines. Metuo ne augeam illum numerum. MER. Igitur illum excipiā sic modo. So. Accingitur, profecto se comparat. MER. Non feret quin pulsetur. So. Quis homo? MER. Certe quisquis homo venerit huc, edet pugnos. So. Apage, non libet edere hac hora noctis: modo cœnavi: itaque appone, si vis, istam coenam esurientibus. MER. Huic pugno non est tum malum pondus. So. Perii: ponderat pugnos. MER. Quid si ego illum tangam leniter ut dormiat. So. Non est opus: nam duxi has tres noctes continuas insomnes. MER. Est nequissimum facinus: manus novit percutere male malam. Oportet esse mutato vultu quem*



Hl. 2. <sup>o</sup>go si colo Hl. 1. at in marg. sic do: si tolo G. sic volo Bon. Junt. Ven. 6. Par. Bas. 3. Lamb.—152 Ita C. Ven. 3. Bon. foret Pll. B. 1. Hl. 1. 2. Ven. 1.—153 homo es B. 1. et Hl. 1. ubi es punctis deletur; mox profectus vult Douza; dein pugno sedet C. at B. 1. Hl. 1. 2. Pil. quinque Lgg. edat; Pl. 6. edet; Bon. edat.—156 est pugno pondus B. 1. est pondus huic pugno Hl. 2.—158 continuo Lgg. mox astris Ven. 1. dein pessum C. Pl. 4. e 2da m. Lgg. pessimum Pl. 1. 5. 6. fessum Pl. 2.—159 nequit C. et Hl. 1. e pr. m. nequiter B. 1. Pl. 1. 5. 6. et 3. e 2da m. nequiter e pr. neque Pl. 4. mox gliscit Pl. 4. ex emend. olim discit. Gruter voluit pessimum est Facinus nequiter, ferire maledicis manus, Botheo comprobante; Douza mala discis, manns; Douza fil. mala discit manus, Palmer pessum ii; Facinu'st nequiter ferire malam; male discis, manus.—160 esse oportet Hl. 1. Lgg. Ven. i. 3. Bon. mox pugne

## NOTÆ

152 *Cingitur*] David. ‘Indatus est Doninius fortitudinem, et præcinxit se.’ Et Lucas: ‘Sint lumbi vestri præcincti.’

157 *Tractim tangam*] Tractim tangere, est mulcere molli et explicata manu, ut nos ferme demulcemus ca-

nes felesque, tracta leniter a capite ad caudam manu secundis pilis. Ironia, ‘tractim tangere,’ pro ictu gravi affligere.

160 *Quem tu pugno legeris*] Id est, assecutus fueris, et percusseris.

So. Illic homo me interpolabit, meumque os finget denuo.

ME. Exossatum os esse oportet, quem probe percusseris.

So. Mirum ni hic me quasi murænam exossare cogitat.

Ulro istunc, qui exossat homines : perii ! si me aspexerit.

ME. Olet homo quidam malo suo. So. hei ! numnam ego obolui ? 165

ME. Atque haud longe abesse oportet ; verum longe hinc abfuit.

So. Illic homo superstitionis est. ME. gestiunt pugni mihi.

So. Si in me exerciturus, quæso in parietem ut primum domes. [fui,

ME. Vox mihi ad aures advolavit. So. næ ego homo infelix

Qui non alas intervelli : volucrem vocem gestito. 170

*tu ferieris pugno. So. Ille homo me interpolabit, et finget de novo meum os. MER. Oportet os ejus, quem tu bene percusseris pugno, esse sine dentibus. So. Mirum si hic non meditatur mihi eximere ossa quasi muræna. Apage istum qui ossa comminuit hominibus. Interii, si me conspicatus fuerit. MER. Profecto homo mittit odorem suo damno. So. Hei ! num ego mittio odorem ! MER. Atque oportet eum non abesse longe, sed abfuit longe hinc. So. Ille homo vaticinatur. MER. Pugni mihi gestiunt. So. Te obsecro ut eos exerceas primum in parietem, si eos es adhibitus in me. MER. Vox mihi advolabit ad aures. So. Certe ego fui homo infortunatus, qui non eripui pennas : habeo vocem pennatam. MER. Ille homo sibi*

Douza, Palm. et Lamb. qui vult et læseris.—161 *me homo* Hl. 1.—162 Ita C. Pl. 3. Ven. 1. *esse os* Pl. 1. 2. *os* omittunt Pll. tres, B. 1. Hl. 1. 2. Bon. *exossuatum* vult Colvins ad Apollinar. 111. 13.—163 *ne* C. B. 1. Pll. quatuor, Ven. 1. *ni* Pl. 5. 6. In Pl. fuit *ni* e pr. m. teste Grutero.—164 *istuc* C. B. 1. Hl. 2. Pll. quinque ; *istic* Pl. 6. Hl. 1. ex emend., Ven. 1. 3. Bon. probante Meursio.—165 *quidam homo* Hl. 1. *mox nunquam* C. *heus nunquam obolui* Pl. 1. 2. *nunquam obolui* absque *hei* Pl. 6. *nunquam obolui* sine *ego* B. 1. Hl. 2. Ven. 1. 3. Bon. *nunquam obolui* Hl. 1. *nunquam obolui* Pl. 4. *nunquam obolui* *ego* Lgg. Camer. *vult heu mihi quianam* ; Both. *hei, nunquidnam obolui.*—166 *hic longe* B. 1. *longe hic* Hl. 1.—167 Pl. 1. e pr. m. *suspiciosus*, uti Pl. 2. Hl. 1.—169 *advolabit* C. *mox ut ego* Pl. 1. 2. 3. B. 1. Hl. 1.—170 *voce gestio* Lgg.—173

#### NOTÆ

161 *Me interpolabit*] Nonius : ‘ *Interpolare* est immittere et interponere, et novam formam e vetere fingere : tractum ab arte fullonica.’

163 *Quasi murænam*] Muræna sic spinæ eximebantur ; primum baculo diu multumque cædebantur, deinde premebantur manu a capite ad cau-

dam, ut eximerentur spinæ.

167 *Superstitionis*] Moris erat apud Veteres ut superstitioni tribuerent quicquid ad auspicia, auguria, vaticinia, astrologiam, et omnem, quaque versum patet, divinandi artem pertineret.

ME. Illic homo a me sibi malam rem arcessit jumento suo.

So. Non equidem ullum habeo jumentum. ME. onerandus est pugnis probe. [nunc nauseo.]

So. Lassus sum hercle e navi, ut vectus huc sum: etiam Vix incedo inanis; ne ire posse cum onere existumes.

ME. Certe enim hic nescio quis loquitur. So. salvos sum, non me videt. 175

Nescio quem loqui autumat: mihi certo nomen Sosia est.

ME. Hinc enim mihi dextera vox auris, ut videtur, verberat.

So. Metuo vocis ne vice hodie hic vapulem, quæ hunc verberat: [torpeo.]

ME. Optume eccum incedit ad me. So. timeo: totus

Non edepol nunc ubi terrarum sim scio, si quis roget: 180

Neque miser me commovere possum præ formidine;


Ilicet, mandata heri perierunt, una et Sosia.

Verum certu'st confidenter hominem contra colloqui,

Igitur qui possim videri huic fortis, a me ut abstineat manum.

ME. Quo ambulas tu, qui Vulcanum in cornu conclusum geris? 185

accersit malam rem suo jumento. So. Profecto nullum habeo jumentum. MER. Est onerandus naviter pugnis. So. Per Herculem sum fessus e navi, ex quo sum delatus huc. Nauseo etiamnum; vis gradior vacuis onere, ne arbitris me posse ambulare cum pondere. MER. Enimvero nescio-quis fabulatur hic. So. Sum salvus, non me conspicit. Dicit Nescio-quem fabulari. Profecto mihi est nomen Sosia, non Nescio-quis. MER. Enimvero vox mihi pulsat aures a dextris, ut videtur. So. Vereor hodie ne loco vocis quæ pulsat hunc hominem, ego pulser. MER. Optime; ecce accedit ad me. So. Pareo; totus obtorpesco. Per ædem Pollucis, si quis a me postulet nunc ubinam gentium verser, ignoro, et neque me commovere præ pavore. Jam jussa Domini evanuerunt, et simul Sosia. Sed stat conferre sermonem audacter cum homine, ut queam haberi ab illo animosus, ut co'reat pugnos a me. MER. Quo vadis, tu qui fers ignem inclusum in laterna cornea? So. Quare



lapsus Pl. 1. mox sum deest in G. dein hercle, navi Lamb. probante Both.—175 certe equidem Pl. 5.—177 enim delet Both. dextera vox mihi B. 1. mox vos Hl. 2.—180 Ita C. Pl. 6. scio ubi roget B. 1. Hl. 1. Pl. 3. 4. Ven. 1. 3. Bon. scio ubi sim roget Hl. 2. scio ubi roger Pl. 1. 2. 5.—181 commovere vult Coler.—182 Ita C. illuc enim B. 1. Hl. 1. 2. Pl. quinque, Ven. 1. 3. illuc sine enim Pl. 5.—183 certo est Ven. 3. Bon. mox alloqui vel colloqui C. Pl. utrumque Hl. 1.—184 Alii omissunt igitur, alii cuni Grutero a me.—186

#### NOTÆ

185 Qui Vulcanum in cornu geris] Qui ignem in laterna clausum geris.

**So.** Quid id exquiris tu, qui pugnis os exossas hominibus?  
**ME.** Servos esne, an liber? So. utcunque animo collibitum est meo.

**ME.** Ain' vero? So. aio enim vero. **ME.** verbero. So. mentiris nunc [jam].

**ME.** At jam faciam ut verum dicas dicere. So. quid eo est opus?

**ME.** Possum scire quo profectus, quojus sis, aut quid 190  
veneris?

**So.** Huc eo: heri mei sum servos. nunquid nunc es certior?

**ME.** Ego tibi istam hodie scelestam comprimam linguam.  
So. haud potes:

Bene pudiceque asservatur. **ME.** pergin' argutarier?

Quid apud hasce aedis negotii est tibi? So. immo quid tibi'st?

**ME.** Rex Creo vigiles nocturnos singulos semper locat. 195

**So.** Bene facit: quia nos eramus peregre, tutatu'est domum:

*perconturis id, tu qui excutis dentes hominibus pugno? MER. Esne servus an liber? So. Utut placet meo animo. MER. Dicisne vero? So. Dico enim vero. MER. Verbero. So. Mentiris nunc jam, non verbero. MER. Sed efficiam modo ut confitearis me loqui vera. So. Quid tibi opus est eo? MER. Possum cognoscere unde venis, ad quem pertineas, aut cur veneris? So. Venio huc, sum servus mei heri, esne jam doctor? MER. Ego tibi comprimam hodie istam flagitosam linguam. So. Nequis, nam custoditur recte et caste. MER. Prosequeris nugari? Quod negotium est tibi apud haecce tecta? So. Immo quid est tibi? MER. Rex: Creo collocat semper singulis noctibus excubias. So. Facit bene: quoniam nos aberamus*

Ita B. 1. in marg. pro var. lect. in textu *pugnis exossas homines* uti Pl. 6. Hl. 1. 2. Ven. 1.—187 *es* abest a C. B. 1. Lgg. Hl. 2. Pl. 3. 4. et Pl. 1. e pr. m. et Hl. 2. e 2da. Ven. 3. Bon. mox utrunque B. 1. unde firmatur conjectura Lambini utruncunque.—188 Hl. in textu, *men queris*; in marg. *mentiris*: mox *jam* abest a Mss.—189 *fatiam* Pl. 1. B. 1. mox *discas* Pl. 1. 2. 3. 6. B. 1. Hl. 2. Ven. 1. 3. Ben. In Hl. 1. s punctis deletur.—191 *mei* abest a C. Pl. B. 1. Hl. 1. 2. Ven. 1. 3. Bon. mox *es nunc* Hl. 1.—192 *scelestam* C. teste Grutero; *scelestae* teste Pareo, uti Pl. B. 1. Lgg. Hl. 1. 2. At *scelestam* Ven. 1. 3. Bon.—193 Ita C. Ven. 1. 3. Bon. *argumentarier* Pl. B. 1. Hl. 1. 2.—194 *quod* Hl. 2. et ex emend. B. 1. mox *negotium* G. H. Lips. B. 1. Hl. 2.

*um*  
**Ven. 1. negotii** (sic) Hl. 1.—196 *erramus* Ven. 1. 3. mox *domi* C. Pl. 3. ad

#### NOTÆ

188 **ME.** *Verbero.* **So.** *Mentiris* bero verberonis, sicut accipit Mer. *nunc*] Sosia fingit se vocabulum hoc, curius; sed pro verbo 'verbero, ver- 'verbero,' non pro nomine 'ver- beras' accipere.

At nunc abi sane, advenisse familiares dicio.

ME. Nescio quam tu familiaris sis: nisi actutum hinc abis,  
Familiaris accipere faxo haud familiariter.

So. Hic, inquam, habito ego, atque horunc servos sum.

ME. at scin' quomodo ? 200

Faciam ego hodie te superbū, nisi hinc abis. So. quonam  
modo ?

ME. Aufererē, non abibis, si ego fustem sumpserō.

So. Quin me esse hujus familiae familiarem prædico.

ME. Videsis, quam mox vapulare vis, nisi actutum hinc abis !

So. Tun' domo prohibere peregre me advenientem pos-  
tulas ? 205

ME. Hæccine tua domu'st ? So. ita, inquam. ME. quis  
herus est igitur tibi ?

So. Amphitruo, qui nunc præfectu'st Thebanis legionibus ;  
Qui cum nupta est Alcmena. ME. quid ais ? quod no-  
men tibi est ?

*longe, custodivit domi ; sed nunc abi profecto, nuntia domesticos adventasse. MER. Miror quantum tu sis familiaris ; nisi abcesseris statim, dabo operam ut familiaris excipiaris minime familiariter. So. Ego maneo hic, inquam, et sum servus Amphitryonis et Alcmenae. MER. Sed scisne quo pacto ego dabo operam ut sis elatus hodie, nisi absistas hinc ? So. Quonam modo ? MER. Aufererē, non abibis ; si ego arripuero baculum. So. Quin affirmo me esse domesticum harum ædium. MER. Cogita, si vis, quantum cupias modo verberari, nisi velociter excedis hinc. So. Contendisne tu me arcere tectis revertentem a longe ? MER. Estne hæc tua domus ? So. Etiam, inquam. MER. Quis est ergo tuus herus ? So. Amphitryo, qui est nunc præpositus copiis Thebanis, cum quo Alcmena est conjugata. MER.*



marg. et Lgg.—197 aut C. e pr. m. post rasuram at : mox familiarem G. Her.  
M. Pl. 1. 2. 3. B. 1. et Hl. 1. superscripto s.—198 tu abest ab Hl. 2. Pl. 5.  
quantum Pl. quinque, B. 1. Ven. 1. 3. et Hl. in textu, in marg. quam tu.—  
199 Ita C. Pl. 3. Ven. 1. accipieris Pl. 1. 2. Hl. 1. in textu ; accipiere Pl. 4. 5.  
B. 1. Hl. 2. et Hl. 1. ex emend. Ven. 3.—200 Ita Lgg. horum Pl. quinque,  
B. 1. Hl. 1. 2. mox sum servus Pl. 5. dein at at B. 1. postremo quo sine modo  
Mss. fere omnes et edd. princ.—201 nisi actutum hinc C. Pl. quinque ; ni hinc  
Pl. 1.—203 quin med hujus esse vult Camer.—204 quem Hl. 1. in text. quam  
in marg.—205 Ita Pl. tum C. mox dono B. 1.—210 istuc vult Donza.—212

#### NOTÆ

201 *Faciam ego te superbū*] Super- sublimis gloriatur. Mercurius tot  
bus est et habetur vulgo qui pedes minatur Sosiæ plagas, ut sit dominus  
ire dignatur; sed aut equo, aut referendus inter manus hominum.  
curru, aut humeris hominum ferri

So. Sosiam vocant Thebani, Davo prognatum patre.  
 ME. Næ tu istic hodie malo tuo compositis mendaciis 210  
 Advenisti, audaciæ columen, consutis dolis.  
 So. Immo equidem tunicis consutis huc adyenio, non dolis.  
 ME. At mentiris etiam : certo pedibus, non tunicis venis.  
 So. Ita profecto. ME. nunc profecto vapula ob mendacium.  
 So. Non edepol volo profecto. ME. at pol profecto in-  
 gratiis. 215  
 Hoc quidem profecto certu'st, non est arbitratum.  
 So. Tuam fidem obsecro ! ME. tun' te audes Sosiam esse  
 dicere,  
 Qui ego sum ? So. perii ! ME. parum etiam, præaut fu-  
 rum est, prædicas.  
 Quojus nunc es ? So. tuus ; nam pugnis usu fecisti tuum.  
 Pro fidi Thebani cives ! ME. etiam clamas, carnufex ? 220  
 Eloquere, quid venisti ? So. ut esset quem tu pugnis  
 cæderes.  
 ME. Cujus es ? So. Amphitruonis, inquam, Sosia. ME.  
 ergo istoc magis,  
 Quia vaniloquus, vapulabis : ego sum, non tu, Sosia.

*Quid dicens? Quod nomen est tibi? So. Thebani nuncupant Sosiam procreatum  
 Davo patre. MER. Certe tu venisti huc hodie tuo damno, columen audaciæ, con-  
 cinnatis mendaciis, consutis fallaciis. So. Immo sanc venio huc vestibus consutis,  
 non fallaciis. MER. Mentiris etiam : profecto venis pedibus, non vestibus. So.  
 Etiam sane. MER. Nunc sane du pœnas propter mendacium. So. Certe per ædem  
 Pollucis nolo. MER. Sed per Pollucem vapulabis sane invitus. Hoc quidem sane  
 est certum, non tibi est arbitratum. So. Obtestor tuam fidem. MER. Audesne  
 tu affirmare te esse Sosiam, quandoquidem sum ego? So. Interii. MER. Dicis  
 adhuc minus quam est futurum. Ad quem pertines jun? So. Ad te ; nam me  
 fecisti tuum usu, pugnis. Heus ! fidi cives Thebani. MER. Vociferaris adhuc,  
 scelesti? Effare cur accessisti? So. Ut esset quem tu ferires pugnis. MER. Ad  
 quem pertines? So. Ego sum Sosia servus Amphitryonis, inquam. MER. Igitur  
 dubis pœnas propterea quod es mendax: ego sum Sosia, non tu. So. Diu prætent*



*consuntis Hl. 1.—215 ingratias C. Pl. B. 1. Hl. 1. 2. Ven. 1. 3. Bon.—219  
 quid quoius num pugnus usum B. 1. e pr. m. quid quojus Hl. 1.—220 fidem malunt  
 Palmer et Meursius : quibuscum facit G. fide, i. e. fidē, uti edidit Both. mox  
 clamat Ven. 3.—221 loquere Ven. 6. probante Both. ibid. essem B. 1.—224 ut*

#### NOTÆ

**219 Usu fecisti tuum]** ‘Usu facere, capere, usucapio. Usucapio rerum  
 est nomenclaturæ juridicæ, ut usu- mobilium, præscriptio immobilium.

So. Ita dii faciant, ut tu potius sis, atque ego te ut verberem.

ME. Etiam muttis? So. jam tacebo. ME. quis tibi heru'st? So. quem tu voles. 225

ME. Quid igitur? qui nunc vocare? So. nemo; nisi quem jussesis.

ME. Amphitruonis te esse ajebas Sosiam. So. peccaveram: Nam Amphitruonis socium næ me esse volui dicere.

ME. Sciebam equidem nullum esse nobis, nisi me, servom Sosiam.

Fugit te ratio. So. o utinam istuc pugni fecissent tui! 230

ME. Ego sum Sosia ille, quem tu dudum esse ajebas mihi.

So. Obsecro per pacem licet te alloqui, ut ne vapulem.

ME. Immo induciæ parumper fiant, si quid vis loqui.

So. Non loquar nisi pace facta, quando pugnis plus vales.

ME. Dicito, si quid vis, non nocebo. So. tuæ fidei credo? 235  
ME. meæ.

So. Quid, si falles? ME. tum Mercurius Sosiæ iratus siet.

So. Animum advorte: nunc licet mihi libere quidvis loqui.

*sic, ut tu sis potius Sosia quam ego, ut te verberem. MER. Etiam obmurmuras?*  
 So. Mox silebo. MER. Quis est tuus herus? So. Is quem tu cupies. MER.  
*Quid igitur? quomodo appellaris nunc?* So. Nemo, nisi quem mandaris. MER.  
*Dicebas te esse servum Amphitryonis.* So. Erraveram; nam certe volui dicere  
*me esse socium Amphitryonis.* MER. Prefecto ego sciebam nobis esse neminem mi-  
*nistrum nomine Sosiam, nisi me; animus te fugit.* So. Utinam tui pugni me fu-  
*gissent quoque!* MER. Ego sum ille Sosia, quem tu mihi dicebas te esse modo.  
 So. Obtestor per pacem, licet te alloqui ita ut non cædar. MER. Immo induciæ  
*fiant tantillun, si cupis dicere aliiquid.* So. Non addam verbum, nisi sancta pace,  
*quoniam plus potes pugnis.* MER. Dic si vis quid, non feriam. So. Me committo  
*tue fidei.* MER. Mea? So. Quid si decipies? MER. Tum Mercurius sit in-  
*festus Sosiæ.* So. Adhibe mentem; mihi licet nunc dicere libere quidlibet. Ego



*te HI. 1.—225 multis Pl. 4. mutis B. 1.—226 quem tu B. 1.—228 socium ne  
 C. Pl. 2. 3. 4. ne abest a Pl. 1. 5. 6. socium certe B. 1. et Lips. probante  
 Herm. de Metr. p. 88. sociennum Camer. voluit; socium met vel med e vet.  
 Cod. legisse videtur Scriver.—229 scibam Pl. 2.—230 o abest a B. 1. HI. 1.  
 —231 quem te Arg. 3. Junt. Ven. 6. Par. Lamb.—232 obsecro ut per B. 1. HI.  
 1. Ven. 1. 3. Bon. ita quoque Both.—235 si omittunt Arg. 3. Junt. Both.—*

#### NOTÆ

233 *Induciæ*] Varro: ‘Sunt belli paucorum dierum.’  
*feriæ.* Agellius: ‘Pax castrensis’

Amphitruonis ego sum servos Sosia. ME. etiam denuo ?

So. Pacem feci, fœdus feci, vera dico. ME. vapula.

So. Ut lubet, quod tibi lubet fac, quoniam pugnis plus  
vales. 240

Verum, ut ut es facturus, hoc quidem hercle haud reticebo  
tamen.

ME. Tu me vivus hodie nunquam facies, quin sim Sosia.

So. Certe edepol, tu me alienabis nunquam, quin noster siem :  
Nec nobis præter met alias quisquam est servos Sosia,

Qui cum Amphitruone hinc una ieram in exercitum. 245

ME. Hic homo sanus non est. So. quod mihi prædictas  
vitium, id tibi est.

Quid, malum ! non sum ego servos Amphitruonis Sosia ?

Nonne hac noctu nostra navis huc ex portu Persico

Venit, quæ me advexit ? nonne me huc herus misit meus ?

Nonne ego nunc hic sto ante ædis nostras ? non mihi est  
laterna in manu ? 250

Non loquor ? non vigilo ? non hic homo modo me pugnis  
contudit ?

*sum Sosia servus Amphitryonis. MER. Etiam iterum. So. Feci pacem, ferii  
fœdus. Facio verba. MER. Da penas. So. Ut placet, age quod vis, quando-  
quidem prestatas viribus. Sed quicquid es acturus, tamen projecto per Herculem non  
silebo id. MER. Dum tu rives, nunquam assequeris ut nou sim hodie Sosia. So.  
Sane per ædem Pollucis tu non me facies alium, ita ut non sim noster. Neque est  
alias quisquam serrus Sosia præter me, qui projectus eram hinc ad bellum una cum  
Amphitryone. MER. Hic homo non est sanus. So. Mihi affligis illud vitium quod  
est in te. Quid ! malum ! Ego non sum Sosia servus Amphitryonis ? Nonne nostra  
navis, quæ me retulit, huc reversa est hac nocte ex portu Persico ? Meus herus nonne  
me misit huc ? Nonne sto ego nunc hic ante nostras ædes ? Mihi non est laterna in  
manu ? Non loquor ? Non vigilo ? Hic homo non me percussit modo pugnis ? Fecit*

\*\*\*\*\*

240 libet utrobique Pl. Ven. 1. Bon. quod tibi Lgg. Bon.—241 ut semel B.  
1.—242 viros C. Pl. 3. Hl. 1. e pr. m. e 2da viro ut Hl. 1. Bon. Pl. 5. uti Pl.  
6. es delet Both. ita Hl. 1. hodie vivo.—243 deest tu in Hl. 1.—244 nec noster  
Guilielm. e MSS. Lgg. ut videtur.—245 iri hero meo in exercitu Camer. voluit ;  
exercitus Pl. 4.—246 non est sanus G. H. M. B. 1.—247 sum abest a Pl. 1. 2.  
Hl. 1. nonne ego servus Pl. 3. 4. 6. nonne sum servus Pl. 5. nonne ego servus Am.  
B. 1. nonne ego s. s. Both.—248 Ita C. at nostra e p. P. navis Pl. 1. 2. 3. Hl. 1.  
nocte omissa huc Pl. 4. 6. huc abest a B. 1. Ven. 1.—249 adduxit B. 1.—250

#### NOTÆ

248 *Portu Persico*] Portus in Mari Euboico, non longe a Thebis, dictus a Poëtæ: nam Persæ longo post Am-  
Persarum classe, quæ inibi in ancho- phitryonem tempore in Græciam ir-  
ris fuit; in quo et est anachronismus ruperunt.

Fecit hercle : nam etiam misero nunc malæ dolent.

Quid igitur ego dubito ? aut cur non introœo in nostram domum ?

ME. Quid, domum vostram ? So. ita enimvero. ME. quin quæ dixisti modo,

Omnia ementitus. Evidem Sosia Amphitruonis sum. 255

Nam noctu hac soluta est navis nostra e portu Persico :

Et ubi Pterela rex regnavit, oppidum expugnavimus :

Et legiones Teleboarum vi pugnando cepimus.

Et ipsus Amphitruo obruncavit regem Pterelam in prælio.

So. Egomet mihi non credo, quum illæc autumare illum audio. 260

Hic quidem certe, quæ illic sunt res gestæ, memorat me moriter.

Sed quid ais, quid Amphitruoni a Telebois datum est ?

ME. Pterela rex qui potitare solitus est, patera aurea.

So. Elocutus est. Ubi patera nunc est ? ME. in cistula Amphitruonis obsignata signo est. So. signi dic quid est ? 265

*per Herculem : nam malæ mihi dolent infelici etiamnum. Quare ergo ego hasito, et quare non ingredior in nostras ædes ? MER. Quid ? vestras ædes ? So. Ita enimvero. MER. Quin ementitus es universa quæ locutus es modo. Profecto ego sum Sosia servus Amphitryonis. Nam nostra navis est soluta e portu hac nocte ; et cepimus urbem in qua rex Pterelas regnarit, et expugnavimus copias Teleboarum pugnando vi, et ipse Amphitryo confecit regem Pterelam in certamine. So. Non mihi credo egomet, quando illum audio dicere illa : hic quidem profecto narrat ad unguem ea quæ sunt facta ibi. Sed quid dicis, quid est datum Amphitryoni a Telebois ? MER. Crater aureus quo Pterela rex consuevit bibere. So. Dixit : ubi est jam patera ? MER. Est in cistula communia sigillo Amphitryonis. So. Dic*

*nunc isto C. ex emend.—251 nonne hic Hl. 1. mox modo abest a G. Ven. 2. Med. 2. Bas. 3. Both.—252 misere G. Inde Both. misero misere ; at delent male Arg. 3. Junt. Ven. 6. Par.—254 nostram Pl. 1. 2. 3. 6. B. 1. Ven. 1. 3. Bon. Hl. 1. at in marg. vostram : ibid. quinque dixisti C. e pr. m. quaque Pll. B. 1. Lgg. G. H. Hl. 1. quæque edixi vult Gulielm. quæcumque Ven. 1. Bon. —255 mentitus es H.—258 vi punctis circundatur in C. expugnando Pll. G. H. pro vi Pl. 1. 3. in e pr. m. in expugnando B. 1. Hl. 1.—260 hæc B. 1. illæc illum autumare Ven. 1. Bon.—262 Telebois hostibus H. a Telebois datum hostibust Both.—264 Ita C. Pl. 4. 6. eloquere ubi Pl. 1. 2. 3. 5. Her. B. 1. et Hl. in text. alterum in marg. ibid. est alterum deest in Lgg. patera aurea H.*

#### NOTÆ

252 *Hercle*] Est et alius histrionis auachronismus consultus inconsultus-  
ve : nam, Hercule nondum nato, per

*Herculem juratur.*

258 *Vi pugnando*] Non pactione.

**ME.** Cum quadrigis Sol exoriens. Quid me captas, car-nufex?

**So.** Argumentis vincit: aliud nomen querendu' est mihi. Nescio unde haec hic spectavit. Jam ego hunc decipiam probe:

Nam quod egomet solus feci, nec quisquam alias affuit  
In tabernaculo, id quidem hodie nunquam poterit dicere. 270  
Si tu Sosia es, legiones quom pugnabant maxume,  
Quid in tabernaculo fecisti? victus sum, si dixeris.

**ME.** Cadus erat vini; inde implevi hirneam. **So.** ingressu'st viam.

**ME.** Eam ego, ut matre fuerat natum, vini eduxi meri.

**So.** Mira sunt, nisi latuit intus illic in illac hirnea. 275  
Factum est illud, ut ego illic vini hirneam ebiberim meri.

**ME.** Quid nunc? vincon' argumentis te non esse Sosiam?

**So.** Tu negas med esse? **ME.** quid ego ni negem, qui egomet siem?

*quod est signum? MER. Sol oriens cum quadrigis: quare me tentas, scelesti? So. Me superut indicis, emendicandum est aliud nomen: non video unde hic speculatus est illa: ego hunc capiam bene jamjam: nam nullo modo poterit referre quod quidem egi egomet solus in tentorio, nec affuit quisquam alias. Si tu es Sosiu, quando copiae decertabant accrime, quid fecisti in tentorio? Sum victus si elocutus fueris. MER. Erat cadus vini, ex eo implevi hirneam. So. Inuit viam. MER. Ego eam depromisi vini puri, ut fuerat ortum a vite. So. Miror nisi ille sese abscondit in illa hirnea. Illud est factum ut ego siccaverim ibi hirneam vini meri. MER. Quid nunc? Superone te rationibus te non esse Sosiam? So. Tu negas me esse Sosium? MER. Quare non negem, quandoquidem sum ego? So. Juro per*



mox cistella Pl. 5. G. H. M. B. 1. Inde Both. eruit cistellula.—267 ticit C. me vincit B. 1. Hl. 1.—273 cirneam Pl. 3. et ex emend. Pl. 1. et 4. Hl. 1. Ita quoque Nonius; cyrenam H. cyrenam B. 1. et mox similiter: ibid. ingressus tu viam C. ingressus jam Pl. Hl. 1. Ven. 1. 3. Bon. est abest a B. 1.—274 Ita C. Pl. 3. 4. 6. ut in remfuerat Pl. 2. ut matri Pl. 6. can matre ego ut Pl. 1. ubi matre est e manu recensoris post rasuram. ibid. eduxeram meri Lgg. et libri Gulielmi: unde malit vini eduxi eram meri; Acidal. eduxi clam meri.—275. 6 Ita C. Hl. 1. Pl. B'. a'. versibus transpositis.—276 est abest a B. 1. Ven. 1. Bon. Junt. probante Both. mox abiberam Lgg.—277 ricero Hl. 1.—278 me de esse C. me

#### NOTÆ

273 *Hirneam*] Genus vasis vinarii: ram ferret. Sic *κάρθαπος*, quod sca-Hirnea, seu Irnea, olim Er-neum, παρὰ τὸ ὕψεον, quod avis figura-rabeo similis; *cymbium*, quod *cymbæ*. Scalig.

So. Per Jovem juro med esse, neque me falsum dicere.  
 ME. At ego per Mercurium juro, tibi Jovem non credere : 280  
 Nam injurato scio plus credet mihi, quam jurato tibi.  
 So. Quis ego sum saltem, si non sum Sosia ? te interrogo.  
 ME. Ubi ego Sosia nolim esse, tu esto sane Sosia.  
 Nunc quando ego sum, vapulabis ni hinc abis, ignobilis.  
 So. Certe edepol, quom illum contemplo, et formam cog-  
 nosco meam, 285  
 Quemadmodum ego sum (sæpe in speculum inspexi) nimis  
 simil' est mei.  
 Itidem habet petasum, ac vestitum : tam consimil' est  
 atque ego.  
 Sura, pes, statura, tonsus, oculi, nasum, vel labra,  
 Malæ, mentum, barba, collum : totus ! quid verbis opu'st ?  
 Si tergum cicatricosum, nihil hoc simili est similius. 290  
 Sed quom cogito, equidem certo idem sum qui semper fui.  
 Novi herum : novi ædis nostras : sane sapio et sentio.  
 Non ego illi obtempero quod loquitur ; pultabo foris.

*Jovem me esse Sosiam, neque me dicere mendacium. MER. At ego juro per Mercurium, Jovem non tibi fidem habere ; num scio eum mihi crediturum magis injurato, quam tibi jurato. So. Quis sum ego tandem, si ego non sum Sosia ? a te peto. MER. Quando ego nolim esse Sosia, tu esto sane Sosia : nunc quoniam ego sum Sosia, dabis pœnas, furciser, nisi absistas hinc. So. Per ædem Pollucis quando illum considero, et intueor in eo mean speciem, sicut ego vidi sæpe in speculo, est valde similis mei. Habet eundem pileum et eandem vestem ; adeo est similis mihi sura, pes, statura, tonsus, oculi, nasus, dens, labra, mala, mentum, barba, collum ; totus. Quid est opus verbis ? Si ejus dorsum est plenum vibicibus, est nihil similius hac similitudine. At quando ego reputo, profecto ego sum pro certo idem qui semper fui. Novi herum, novi nostras ædes, profecto sum sanus et prædilus sensu. Ego non illi credo, quicquid dicat, feriam fores. MER. Quo*



*esse Pll.—279 me esse Pll. Ven. 1. mox me deest in Pl. 1. 2. 3. 4.—281 credere Pl. 1. 2. 3. crederet Pl. 4.—283 esse nolim vult Taubm. probat Both.—284 ni abibis Pl. 1. 2. Hl. 1 mox ignominis, i. e. sine nomine, Both.—285 quomodo illum C. mox et abest a Pl. 5.—286 sum deest in Ven. 1. 3. Bon. mox simile est in C. similis est Pll.—287 tam simile est mihi Pl. 1. Hl. 1. tam similes est ; ita Pl. 4.—288 nasa labra Pl. 5. 6. Lgg. Palmer vult nasum bella labra ; nasum dens labra Her. nasa vel l. B. 1. Ven. 1. 3. Bon. nusa ut Hl. 1.—289 collus Nonius et B. 1. colum Bon.—290 circatricosus Pl. 2. ibid. hoc simile B. 1. Hl. 1. Ven. 1.—291 sed quomodo C. sed cum ego Pl. 6. ibid. sum idem G.—295*

## NOTÆ

294 *Quadrigas Jovis]* Velocissimas lucrem currum Jovis' appellat. Ca-  
 esse oportet. Horat 1. Od. 34. ' vo- tull. ' Non si Pegaseo ferar volatu.'

ME. Quo agis te? So. domum. ME. quadrigas si nunc  
inscendas Jovis,

Atque hinc fugias, ita vix poteris effugere infortunium. 295  
So. Nonne heræ meæ nunciare, quod herus meus jussit, licet?

ME. Tuæ si quid vis nunciare: hanc nostram adire non  
sinam.

Nam si me irritassis, hodie lumbifragium hinc auferes.

So. Abeo potius. Di immortales, obsecro vostram fidem!

Ubi ego perii? ubi immutatus sum? ubi ego formam  
perdidi? 300

An egomet me illic reliqui, si forte oblitus fui?

Nam hic quidem omnem imaginem meam, quæ antehac  
fuerat, possidet.

Vivo fit, quod nunquam quisquam mortuo faciet mihi.

Ibo ad portum, atque hæc uti sunt facta, hero dicam meo.

Nisi etiam is quoque me ignorabit; quod ille faciat Jupi-  
tter. 305

Ut ego hodie raso capite calvus capiam pileum.

*radis? So. In meas ædes. MER. Si concendas nunc currum Jovis, atque au-  
fugias hinc, ne sic quidem valueris effugere malum. So. Nonne licet referre meæ  
heræ quod meus herus imperavit? MER. Si cupis referre tuæ heræ quippiam,  
refer; sed non patiar te accedere ad hanc nostram heram; nam si mihi moveris  
bilem, abscedes hodiè hinc fractis lumbis. So. Abeo potius. Di immortales!  
obsecro vostram fidem! Ubi ego perii? ubi sunim immutatus? ubi ego perdidi for-  
mam? An egomet reliqui illic, nisi forte fui oblitus? Nam hic quidem possidet  
omnem meam imaginem. Mihi evenit, adhuc vivo, id quod nunquam quisquam mihi  
faciet mortuo, quando præfertur imago. Revertar ad portum, atque nuntiabo  
meo hero quemadmodum hæc sunt gesta; nisi is non nosset etiam quoque; quod Ju-  
piter annuat, ut ego suscipiam hodie hic pileum, cupite raso.*

\*\*\*\*\*

*poteris e pr. in. e 2da potis HI. 1.—298 lumbifrangium C. et Pll. fere omnes.  
HI. 1. Ven. 1.—301 me abest a Pl. 1. 2.—302 meam C. ex emend. olim tuam.  
—303 ut C. Pll.—304 dicam hero B. 1.*

#### NOTÆ

303 *Vivo fit quod nunquam quisquam  
faciet mortuo]* Mihi vivo præfertur  
imago mea in Mercurio, videlicet  
quod nunquam quisquam faciet mor-  
tuo, utpote ignobilis et vili mancipio:  
nam nobilibus tantum, qui effereban-  
tur, præferebantur imagines.

306 *Raso capite calvus capiam pileum]*  
Servi qui manumittebantur, capite  
raso, pileum accipiebant in Templo  
Feroniæ, quæ Libertorum, et Varro-  
ni Libertatum Dea Fidoniaque nun-  
cupata est. *Scalig.*

## ACTUS PRIMI SCENA SECUNDA.

MERCURIUS.

BENE prospereque hoc hodie operis processit mihi.  
 Amovi a foribus maxumam molestiam,  
 Patri ut liceret tuto illam amplexarier.  
 Jam ille illuc ad herum whom Amphitruonem advenerit,  
 Narrabit servom hinc sese a foribus Sosiam 5  
 Amovisse. Ille adeo illum mentiri sibi  
 Credet; neque credet huc profectum, ut jusserat.  
 Erroris ambo ego illos et dementiæ  
 Complebo, atque omnem Amphitruonis familiam.  
 Adeo usque satietatem dum capiet pater 10  
 Illius, quam amat; igitur demum omnes scient,  
 Quæ facta. Denique Alcumenam Juppiter  
 Rediget antiquam in concordiam conjugis.  
 Nam Amphitruo actatum uxori turbas conciet,  
 Atque insimulabit eam probri: tum meus pater 15  
 Eam seditionem in tranquillum conferet.  
 Nunc de Alcmena, dudum quod dixi minus,  
 Hodie illa pariet filios geminos duos;  
 Alter decumo post mense nascetur puer

MER. *Hæc res mihi vertit hodie recte feliciterque. Depuli ingentem molestiam a limine, ut liceret meo patri amplexari secure Alcmenam. Quando Sosia advenerit illuc ad herum Amphitryonem, illi referet sese repulsum a foribus ab altero Sosia servo; Amphitryo autem putabit illum sibi mentiri, neque credet Sosiam venisse hue, sicut mandaverat. Ego injiciam in mentem utriusque, et in universam domum Amphitryonis, errorem et amentiam, usque eo dum pater fruatur ad satietatem ea, quam derperit. Postea omnes intelligent quæ sint facta a Jove. Et Jupiter revocabit Alcmenam in pristinam pacem cum Amphitryone. Nam Amphitryo concitat modo seditionem adversus conjugem, atque eam accusabit stupri. Meus pater rediget eas turbas in concordiam. Nunc Alcmena, quod nondum dixi de ea, pariet hodie duos filios geminos; alter puer Iphiclus nascetur decimo mense postquam conceptus*



1 prospere hoc Acidal. operis delet Both.—4 nam ille B. 1. Bon. mox jam cum Hl. 1.—5 narravit C. superscripto b.—6 amovisse illis Lgg.—12 Alcmena B. 1.—15 insimulavit C. mox probri Pl. 5. 6. proprium C. e pr. m. e 2da propria, uti B. 1. Lgg. Pl. 2. 3. et 1. 4. e pr. m.—16 ean C. jam Pl. quinque, Hl. 1. Ven. 1. 3. Bon. ipsam Pl. 6. illi in B. 1. Bon.—17 diximus Pl. 1. 2. 3. 5. Ven. 1. B. 1. et Hl. 1. in textu, in marg. dixi minus.—23 jam Delph. et Var. Clus. Plaut. F

Quam seminatus, alter mense septumo. 20  
 Eorum Amphitruonis alter est, alter Jovis.  
 Verum minori puero major est pater,  
 Minor majori: jamne hoc scitis quid siet?  
 Sed Alcumenæ hujus honoris gratia,  
 Pater curavit uno ut fœtu fieret; 25  
 Uno ut labore absolvat arumnas duas,  
 Et ne in suspicione ponatur stupri,  
 Et clandestina ut celetur suspicio.  
 Quanquam, ut jam dudum dixi, rescisset tamen  
 Amphitruo rem omnem. Quid igitur? nemo id probro 30  
 Profecto ducet Alcumenæ. Nam Deum  
 Non par videtur facere, delictum suum  
 Suamque culpam expetere in mortalem ut sinat.  
 Orationem comprimam: crepuit foris.  
 Amphitruo subditivus, eccum, exit foras,  
 Cum Alcmena uxore usuraria. 35

*est: alter Hercules septimo mense. Ille est filius Amphitryonis, hic Jovis. Verum minori natu puero est major pater, et majori natu minor. Tenetisne jam quid sit hoc? Sed pater providit ad tuendum honorem Alcmenæ, ut ambo pueri ederentur uno partu; ut libaretur duobus doloribus uno labore, ut suspicio stupri non cadat in eam, et ut tollatur suspicio occulta concubitus furtivi. Tunetsi Amphitryo, ut dixi jupridem, cognoscet omnem rem. Quid ergo? Nullus sane vertet id dedecori Alcmenæ: nam non videtur aequum Deum committere id, ut patiatur suum peccatum et suam culpam recidere in hominem. Coercede linguam, Janua strepit. Ecce Amphitryo suppositius prodit foras cum Alcmena conjuge usuraria.*

nescitis hoc B. 1. quid sciet Bon.—24 hujuscem vult Gruter. mox oneris Hl. in marg. e 2da m.—25 creavit H.—26 absolveret Junt. Ven. 6. Both.—27 H. v. delet Both.—28 sed cland. H. susceptio Lamb. huc itio Pistor; citat Donat. ad Ter. Adelph. 4. 5. 32. Et clandestina ut celetur consuetudo; unde eruit Scioppius consuetio, allegatis Festi verbis: ‘Consuetionem Plautus pro consuetudine dixit.’—30 agitur C. mox sciant Bon.—33 suamque ut . . . mortalem sinat C. Ven. 1. Bon. Arg. 3. probante Bothio.—35 subditicius Ven. 1. 3. Bon.—46 lucet Lgg.

## NOTÆ

19 *Alter decimo*] Ad hunc versum et sequentem non videtur satis attendisse Gerardus Joannes Vossius, scriptor alioquin diligentissimus, in libro Institutionum suarum poëticarum 2. cap. 3. quando reprehendit

hunc Poëtam, quod fingat eodem die Alcmenam et concepisse et peperisse.

25 *Fieret*] Prima longa, quasi fieret.

27 *Suspicio*] Secunda longa.

36 *Usuraria*] Prolog. vs. 108.

## ACTUS PRIMI SCENA TERTIA.

JUPITER, ALCUMENA, MERCURIUS.

BENE vale, Alcumena ; cura rem communem, quod facis.  
 Atque imperce, quæso ; menses jam tibi esse actos vides,  
 Mihi necesse est ire hinc ; verum, quod erit natum, tollito.  
**AL.** Quid istud est, mi vir, negotii, quod tu tam subito  
 domo

Abeas ? **JUP.** edepol, haud quod tui me, neque domi,  
 distædeat : 5

Sed ubi summus imperator non adest ad exercitum,  
 Citius, quod non facto 'st usus, fit, quam quod facto 'st  
 opus.

**ME.** Nimis hic scitus est sycophanta, qui quidem meus  
 sit pater.

Observatote, quam blande mulieri palpabitur.

**AL.** Ecastor, re experior, quanti facias uxorem tuam. 10

**JUP.** Vale bene, *Alcmena*, cura fortunas communes, sicut facis, et tibi parce,  
 obsecro. *Animadvertis nunc menses tui partus esse cpletos*. Oportet me proficisci  
 hinc ; sed entri id quod nascetur. **ALC.** Quid rei est illud, mi marite, quod tu  
 excedas e tectis tam velociter ? **JUP.** Per aedium *Pollucis*, non excede quasi me  
 tædeat tui, neque familiae. Verum quando maximus *Dux* non est in copiis, accidit  
 saepius id quod non oportet fieri, quam id quod decet. **MER.** Profecto meus pater  
 est sycophantu nimium facetus : videte quam blande demulcent mulierem. **ALC.**  
 Per aedium *Castoris* animadverto revera quo loco habeas tuam conjugem. **JUP.**

\*\*\*\*\*

**2 at quin perge** C. Pll. B. 1. Hl. 1. Ven. 1. 3. Bon. esse exactos Pl. 5.  
**exactos esse** Hl. 1.—**3 natum quod erit** B. 1. Hl. 1.—**4 istuc** C. Pll. B. Ven. 3.  
 —**5 discedat** Pl. 2. B. 1. mox domatis, i. e. δώματος, vult Gulielm.—**7 fit** Hl.  
 1. Ven. 1. 3. Bon.—**8 hic abest a** B. 1. **sit meus** Pll. G. B. 1. Ven. 1. 3.  
 Bon. probat Both.—**9 observatote eum** Both. ob metrum; **quam blandiri usus**  
 heram Hl. 1. in marg. **palpabitur mulieri** Pl. 1.—**10 te experior** C. Pll. B.

## NOTÆ

**2 Imperce]** ‘Parce labori,’ et iis, quæ vicino partui nocere possunt.

**3 Quod erit natum, tollito]** Infantes olim simul ac erant nati, hunc deponebantur : pater vero aut mater, aut si quis alius esse vellet loco patris et matris nascenti infanti, ab humo tolerabat, et in sinum conferebat. Quo

indicio sese parentes ejus esse profitebantur et officia patris veluti pollicebantur. Statins : ‘Meus ille meus, tellure cadentem Excepi, et vincutum genitali carmine fovi.’ Qui non tollebatur, pro abdicato et projectio erat. Taubm.

JUP. Satin' habes, si foeminarum nulla 'st quam æque diligam?

ME. Edepol, næ illa si istis rebus te sciat operam dare,  
Ego faxim te Amphitruonem esse malis, quam Jovem.

AL. Experiri istuc mavellem me, quam mi memorarier.  
Prius abis quam lectus, ubi cubuisti, concaluit locus. 15  
Here venisti media nocte, nunc abis: hoccine placet?

ME. Accedam, atque hanc appellabo, et supparasitabor patri.

Nunquam edepol quemquam mortalem credo ego uxorem suam

Sic efflictim amare, proinde ut hic te efflictim deperit.

JUP. Carnufex, non ego te novi? abin' e conspectu meo? 20

Quid tibi hanc curatio est rem, verbero, aut muttitio?

Quoi ego jam hoc scipione. AL. ah! noli. JUP. muttito modo.

ME. Nequiter pene expedivit prima parasitatio.

*Estne satis, si cst nulla mulierum quam amem perinde atque te?* MER. *Per ædem Pollucis, si Juno cognoscut te navare operam istis rebus amatoriis, ego pepigerim certo, futurum ut malis esse Amphitryo quam Jupiter.* ALC. *Mallem mihi exhiberi illud, quam mihi dici. Repetis exercitum antequam locus lecti, in quo jacuisti, incaluerit: heri reversus es media nocte, jam præfisceris: idne te delectat?* MER. *Accedam, atque hanc alloquar, et agam partes parasiti paterni. Per ædem Pollucis ego puto neminem unquam fuisse mortalem qui prosequatur tam ardenter suam uxorem, quam hic te prosequitur.* JUP. *Furcifer, an ego non te nosco? Abisne a meo conspectu? Quid tu curas hanc rem, flagrio, aut hiscis?* Per Pollucem ego tibi hoc baculo jam... communiam caput. ALC. Ah! noli. JUP. *Fac jam vel verbum.* MER. *Prima parasitatio ferme mule successit.* JUP. *Sed quod tu loque-*

1. Ven. 1. 3. Bon. te abest a G. re debetur Douzæ.—12 Ita C. at Pl. 1. 2. ed. *ni in istu furtis rebus;* Pl. 3. ed. *nulla furtis r. e pr. m. uti B. 1. at e 2da illa,* uti Pl. 4. 5. 6. H. M. *furtiris* G. Ven. 1. 3. Bon. *si fictis Lamb. ne si illa furtiris rebus Mensius;* *frutis rebus* Scriver.—13 *paxim* Meurs. *mox malis esse* Hl.—15 *lecti ubi concubuisti* Pl. 1. 2. *lectus ubi concub.* Pl. 6. *lectus ubi accub.* Pl. 5. *concaluerit* B. 1.—16 *heri* C. Pl. eri B. 1.—17 *super-*asitabor B. 1.—18 Versus deest in Bon.—19 *ecflictim* C. e 2da m. e pr. *afflictim*, uti Pl. 1. Hl. 1. *eflictim* Pl. 2.—21 *muttito* Pl. muttito B. 1. Hl. 1. Ven. 1. 3. Bon.—22 *quo lego* B. 1. Pl. quinqne, H. M. Ven. 1. C. e 2da m. *erasa literula inter o et l; colligam hoc* Pl. 6. *quo legam pro var. lect.* Pl. 1. *quem pol ego volnit Camer. aut ledo* Hl. 1. *in textu, in marg. quo lego.* Ven. 3. Bon. *quoi ego.*—23 *expeditiv* Lamb. *mox prima hæc par.* H. M. et Hl. I. ex

#### NOTÆ

13 *Ego faxim*] Alii *Paxim* pro ‘pepigerim,’ *je guge, je mets en fait.*

JUP. Verum quod tu dicis, mea uxor, non te mihi irasci decet.

Clanculum abii a legione: operam hanc surripui tibi: 25  
 Ex me primo prima scires, rem ut gessissem publicam.  
 Ea tibi omnia enarravi. Nisi te amarem plurimum,  
 Non facerem. ME. facitne ut dixi? timidam palpo percutit.

JUP. Nunc, ne legio persentiscat, clam illuc redeundum est mihi;

Ne me uxorem prævortisse dicant præ republica. 30

AL. Lacrumantem ex abitu concinnas tu tuam uxorem.  
 JUP. tace.

Ne corrumpe oculos; redibo actutum. AL. id actutum diu 'st.

JUP. Non ego te hic lubens relinquo, neque abeo abs te.  
 AL. sentio,

Nam qua nocte ad me venisti, eadem abis. JUP. cur me tenes?

Tempu'st: exire ex urbe, priusquam luciscat, volo. 35  
 Nunc tibi hanc pateram, quæ dono mi illic ob virtutem data 'st,

Pterela rex qui potitavit, quem ego mea occidi manu,  
 Alcumena, tibi condono. AL. facis ut alias res soles.

*ris, mea conjux, non debet te reddere iratam mihi. Veni huc ab exercitu occulte; surripui hanc noctem in tuam gratiam, ut acciperes prima ex me primo, quomodo administrasssem rem communem; tibi ea retuli universa: nisi te diligere multum, non facerem. MER. Agitne sicut monui? Adulator demulcet agram animi. JUP. Nunc, ne copiæ rescant, mili revertendum illuc occulite, ne dicant me anteponuisse conjugem patriæ. ALC. Tu concitas lacrymas tuæ conjugi ex discessu. JUP. Sile, ne fæda oculos lacrymis: revertar modo. ALC. Id modo est diu. JUP. Ego non te deserbo hic, neque abeo abs te ultra. ALC. Intelligo. Nam proficisceris eadem nocte qua reversus es ad me. JUP. Quare me retines? Est tempus. Volo excedere de civitate antequam illucescat. Tibi do, Alcmena, hunc cruterem, quo bibit rex Pterela, quem ego interfeci mea manu; hic mili oblatus est in præmium ob fortitudinem. ALC. Facis hoc, ut soles facere alias res. Per ædem Castoris,*



emend.—24 *tu abest a Junt. Arg. 3. Ven. 6. Par. mox mecum Hl. in textu, in marg. mihi;* Voss. 2. *mecum, probante Gron.*—25 *subripui C.*—28 *palmo Pl.* B. 1. *Hl. 1. in textu, in marg. palpo.*—29 *præsentiscat B. 1.*—30 *mi Douzæ Fil. pro re B. 1.*—31 *Mercurio tribuit, non Alemenæ, Both.*—32 *id actum B. 1.*—33 *tempus exire C. Ven. 1. 3. Bon. mox lusciscat C. e pr. m. e 2da lucescat uti Pl. Bon.*—36 *nunc ibi Both.*—38 *do Hl. 1. in textu, in marg. condono.*—

Ecastor condignum donum, quali'st qui donum dedit.

ME. Immo sic condignum donum, quali' est cui dono  
datu'st. 40

JUP. Pergin' autem? nonne ego possum, furcifer, te per-  
dere?

AL. Noli amabo, Amphitruo, irasci Sosiæ caussa mea.

JUP. Faciam ita ut vis. ME. ex amore hic admodum  
quam sævus est!

JUP. Nunquid vis? AL. ut quom absim, me ames, me  
tuam absentem tamen.

ME. Eamus, Amphitruo: luciscit hoc jam. JUP. abi præ,  
Sosia: 45

Jam ego sequar. nunquid vis? AL. etiam: ut actutum ad-  
venias. JUP. licet.

Prius tua opinione hic adero: bonum animum habe.

Nunc te, nox, quæ me mansisti, mitto, ut cedas die.

Ut mortalis inluciscas luce clara et candida.

Atque quanto nox fuisti longior hac proxuma, 50

*est munus dignum eo, qui id dat. MER. Imo est munus dignum ea, cui datur. JUP. Pergisne vero? Nonne possum ego, furcifer, te perdere? ALC. Noli, obser-  
cro, Amphitryo, irasci Sosiæ causa mea. JUP. Faciam ita ut vis. MER. Quam  
amor reddit hunc iracundum! JUP. Visne mandare aliquid? ALC. Ut tametsi  
absim, nihilominus me diligas absentem. MER. Proficiscamur, Amphitryo, dies  
illucescit jam. JUP. Prai, Sosia; ego jam sequor. Visne mandare aliquid? ALC.  
Ita ut revertaris celeriter. JUP. Faciam ita ut optas; era hic prius tua expecta-  
tione: esto bono animo. Jam te dimitto, nox, quæ me expectasti, ut facias locum  
luci, ut illustres homines lumine splendido et limpido; et quanto extitisti productior,*

\*\*\*\*\*

39 quale est C. qualis est Pl. quinque, Ven. 1. 3. Bon. *qualis sine est Pl. 3. cul' est Nonius.*—44 *me tuam te absente* Hl. 1. Ven. 1. 3.—45 *luciscit* Lgg. et C. e pr. m. e 2da *lucescit* uti Pl. G. H. M. *hoc abest a Pl. 1. 2. hic Pl. 6.*—  
46 *actum* B. 1.—47 Lgg. *omittunt tua, mox supplent habe nunc.*—48 *me abest* a B. 1. Hl. 1. Ven. 1. 3. Bon. *mox uti* Taubm. probante Both. *dein concedas* Hl. 1.—49 *mortalibus* Pl. Lgg. B. 1. G. Hl. 1. Ven. 1. 3. Bon. *mox illucescat*

#### NOTÆ

44 *Nunquid vis?*] Discedentium et valedicentium formula, quasi sit ellipsis horum verborum, Num quid vis mandare? Num quid vis amplius? Ellipses etiam in salutationibus nostris et discessu urbano crebræ occur-  
runt. *Bon jour,* an lieu de dire, Je vous donne le bon jour. Adieu, au lieu de dire, Je vous recommande à Dieu; Allez à Dieu.

50 *Atque quanto nox?*] Ut planns fiat locus hic, comparandum herculeum trinoctium cum nocte quæ id antecessit, et die quæ inter noctem illam

Tanto brevior dies ut fiat faciam, ut æque disparet,  
Et dies e nocte accedat. Ibo, et Mercurium subsequar.

*o nox, nocte quæ præcessit, offician ut dies quæ præcessit hanc diem, sit tanto  
contractior hac die quæ jam illucescit, ut pares sitis, et lux accrescat aequaliter e  
tenebris: ibo, et subsequar Mercurium.*

Acidal. uti Hl. 1. superscripto tamen *t.*—51 H. v. abest a Pl. 3. *dispar*  
Pl. 6. H. M. Ven. 1. 3. et Hl. 1. post rasuram. *fucce jam, ut æque disparet*  
Gruter; *dispare* Menrs. *ut æque dispares* Et dies et nox accendant Pistor.  
—52 *Et dies et nox* Ven. 1. 3. Bon. sequar Acidal.

## NOTÆ

et hoc trinoctium intercessit. Mandat antem Jupiter diei, quæ illucescit post trinoctium, ut tantum distet longitude a die quæ antecessit trinoctium, quantum absuit trinoctium a nocte suprema quæ antecessit tri-

noctium, ut æque sint disparia et trinoctium quod præcessit, et trihemerum quod illucescit. Uno verbo, ut fiat unus dies ex duobus diebus et una nocte media, sicut fuerat una nox ex duabus noctibus et uno die medio.

## ACTUS SECUNDI SCENA PRIMA.

AMPHITRUO, SOSIA.

AGE i tu secundum. So. sequor, subsequor te.  
AM. Scelestissimum te arbitror. So. nam quamobrem?  
AM. Quia id quod neque est, neque fuit, neque futurum est,  
Mihi praedicas. So. eccere, jam tuatim  
Facis, ut tuis nulla apud te sit fides. 5

AMP. Age tu, veni post me. So. Sequor, te subsequor. AMP. Existimo te esse nequissimum omnium mortalium. So. Quare? AMP. Quoniam mihi narras id quod nec est, nec fuit, nec est futurum. So. Per Cererem, agis nunc tuo more,

1 secundus B. 1. Pl. 1. 5. 6. Hl. 1. ex emend. Ven. 1. Bon. *i tu Sosia sequor* Pl. 2. e pr. m. e 2da secundus, secundus subsequor Pl. 4. secundo Lgg. secundus vult Palmer. mox Bon. non sed subsequor te.—2 *ah quamobrem* Arg. 3. Ven. 6.—4 *ecce rei am C. ecce rem jam B. 1. Hl. 1. Ven. 1. 3. Pl. quinque; ecce autem Pl. 5. tuatim Nonius; tu autem C. Pl. B. 1. Ven. 1. 3. Bon. —5 *facis tuis uti fides sit Both.*—7 *abscidam C. Pl. 2. 3. 5. absidam Pl. 1.**

## NOTÆ

2 *Nam quamobrem*] Ob quannam rem?  
4 *Tuatim*] *Tuo more ipsius.* Adverbium a ‘tu;’ ‘Ipsatim’ ab ‘ipse.’

AM. Quid est? quo modo? jam quidem hercle ego tibi istam

Scelestam, scelus, linguam abscindam. So. tuus sum:

Proinde ut commodum est et lubet, quidque facias:

Tamen, quin loquar haec uti facta sunt hic,

Nunquam ullo modo me potes deterrere.

10

AM. Scelestissime, audes mihi prædicare id,

Domi te esse nunc, qui hic ades? So. vera dico.

AM. Malum! quod tibi Dii dabunt, atque ego hodie dabo.

So. Istuc tibi est in manu: nam tuus sum.

AM. Tun' me, verbero, audes herum ludificari?

15

Tun' id dicere audes, quod nemo unquam homo antehac

Vidit, nec potest fieri, tempore uno,

Homo idem duobus locis ut simul sit?

So. Profecto, ut loquor, ita res est, AM. Juppiter te perdat.

So. Quid mali sum, here, tua ex re promeritus?

20

AM. Rogasne, improbe, etiam, qui ludos facis me?

*ut nullam habeas fidem tuis servis. AMP. Quid? quo pacto? Per Herculem, o nequam! ego tibi amputabo modo istam nefariam linguam. So. Sum tuus: idcirco age quid vis, sicut est opportunum, et placet. Nihilominus nunquam potes me impeditre quomodo referam haec, quemadmodum sunt gesta illic. AMP. Impurissime, audes mihi affirmare id, nempe te esse nunc domi, te, qui ades hic? So. Loquere. AMP. Malum! quod Dii tibi infligent, et ego infligam hodie. So. Istud est in tua potestate: etenim sum tuus. AMP. Audesne tu, flagrio, illudere mihi, qui sum tuus herus? Audesne tu affirmare id quod nullus unquam homo conspergit hactenus, neque potest esse, ut idem existat uno tempore una in duobus locis. So. Profecto res se habet sicut dico. AMP. Juppiter te perdat. So. Quam paenam promerui, o here, quam adhibeas jam in me. AMP. A mene postulas adhuc id, sceles-*

\*\*\*\*\*

*8 commodum siet lubet C. Exc. Pl. B. 1. Lgg. Ven. 1. 3. quidquid Pl. H. M. B. 1. quicquam Ven. 1. 3. Bon.—12 prædico B. 1.—13 di tibi B. 1.—14 nam ego tuus H. M.—15 ludificarer Hl. 1. Pl. 1. 2. Ven. 1. 3. Bon. ludificare Brueck.—16 tum id Pl. 2. mox audes dicere B. 1.—18 simitu Lipsius e Ms.—19 res ita est C. Pl. B. 1. Lgg. G. H. M. Ven. 1. 3. Bon.—21 ludificas*

#### NOTÆ

*20 Tua ex re] Hoc loco loquitur mat quod quisque servorum promer-  
Sosia, quasi sit penes Amphitryonem erit: et hoc est quod appellat Sosia  
thesaurus pœnarum, de quo depro- ‘e tua re,’ id est, ‘e thesauro tuo.’*

- So. Merito maledicas mihi, si id ita factum est.  
 Verum haud mentior, resque uti facta, dico.  
 AM. Homo hic ebrius est, ut opinor. So. utinam ita  
 essem!  
 AM. Optas quæ facta. So. egone? AM. tu istic, ubi  
 bibisti? 25  
 So. Nusquam equidem bibi. AM. quid hoc sit hominis!  
 So. Evidem decies dixi:  
 Domi ego sum, inquam;  
 Ecquid audis? et apud te assum Sosia idem.  
 Satin' hoc plane, 30  
 Satin' diserte, here, nunc videor tibi locutus  
 Esse? AM. vah! apage te a me. So. quid est negotii?  
 AM. Pestis te tenet. So. nam cur istuc dicis?  
 Evidem valeo, et salvos sum recte, Amphitruo.  
 AM. At te ego faciam hodie, proinde ac meritus es, 35  
 Ut minus valeas, et miser sis,  
 Salvos domum si rediero. jam  
 Sequere sis, herum qui ludificas dictis delirantibus:

*te, qui illudis mihi? So. Compreceris male mihi, si id est gestum sic: sed minime mentior, et aperio quemadmodum res, o here, est acta. AMP. Hic homo est temulentus sicut arbitror. SO. Utinam essem ejusmodi. AMP. Optas ea que sunt acta. So. Egone? AMP. Tu ipse. Ubi potasti? So. Profecto ego nullibi potavi. AMP. Qualis homo est hic? So. Profecto ego tibi repetivi decies. Ego sum in tuis ædibus, inquam: audisne? et assum apud te idem Sosia ego ipse. Tibine videor nunc, here, dixisse id satis aperte, satis manifeste? AMP. Vah! abi a me. So. Quare? AMP. Intemperiæ te agitant. So. Quamobrem dicis id? Profecto ego valeo, et sum salvus bene, Amphitryo. AMP. At ego dabo operam hodie, ut tu valeas minus, et ut sis infelix, si repetivero domum in columis. Sequere me nunc, si vis, tu qui illudis hero tuis deliramentis, qui venis*



B. 1. Hl. 1. Ven. 1. 3. Bon.—22 dicas male merito Hl. 1. C. ita inter lin. e m. 2da; si res non ita facta est Hl. 1. Pl. 1. 2. H. M. si non id factum est ita Pl. 3. si non ita f. Pl. 5. si non ita id f. G. B. 1. si non id ita f. Lgg. nisi id ita f. Acidal. si ita id Ven. 1. 3. Bon.—25 optas C. et Pl. 3. e 2da m. opta Pl. quinque, B. 1.—29 et quid C. Pl. 1. 2. ecquid Pl. 3. 5. et quicquid Pl. 4. supr. lin. equidem Pl. 6.—31 nunc bis Ven. 1. 3.—33 quid istuc est Pl. 5. quid est istud quod dicis G. quid istuc dicis Ven. 1. 3. Bon.—35 ego abest a Pl. 1.—37 si domum B. 1.—38 sequere sic B. 1. Hl. 1. Ven. 1.—42 in tergum vult

## NOTÆ

27 Decies] Numerus certus pro incerties: quod nos reddimus vernacerto, id est, ‘sæpius;’ alias ‘sex- cule, mille fois.

Qui quoniam herus quod imperavit, neglexisti persequi,  
Nunc venis etiam ultro irrisum dominum: quæ neque  
fieri

40

Possunt, neque fando unquam accepit quisquam, profers  
carnufex.

**Quo**jus ego hodie in tergo faxo ista expertant mendacia.

**So.** Amphitruo, miserrima istæc miseria est servo bono,  
Apud herum qui vera loquitur, si id vi verum vincitur.

**AM.** Quo id, malum, pacto potest, nam mecum argumentis  
puta,

45

Fieri? nunc uti tu hic sis et domi: id dici volo.

**So.** Sum profecto et hic et illic. Hoc cuivis mirari licet.  
Neque tibi istuc mirum magis videtur, quam mihi.

**AM.** Quo modo? **So.** nihilo, inquam, mirum magis tibi  
istuc quam mihi.

Neque, ita me Dii ament, credebam primo mihimet **So-**  
**siae**,

50

Donec Sosia, ille egomet, fecit sibi uti crederem.

nunc etiam ultro ludificatum herum; quia neglexisti implere id quod dominus man-  
davit. Dicis, furcifer, ea quæ neque possunt fieri, neque ullus unquam audivit fan-  
do. Ego curabo hodie ut hæc mendacia recidant in tergum tuum. **So.** Amphitryo,  
est hæc calamitas summa boni servi, qui vera loquitur apud dominum, quando veri-  
tas opprimitur vi auctoritatis herilis. **AMP.** Quo pacto id potest fieri? malum!  
nam disputa mecum rationibus. Volo a te mihi aperiri id, quemadmodum tu sis  
hic in via et in meis cedibus. **So.** Sane sum et hic et illic. Licit cuivis mirari  
id; et illud non tibi appetat magis stupendum, quam mihi, Amphitryo. **AMP.**  
Quo pacto? **So.** Istud, inquam, nihilo tibi videtur magis admirabile quam mihi.  
Et initio non habebam fidem mihimet Sosiae, ita me Dii ament, usque eodum egomet



Lamb. et sic G. *espectant* Pl. 4. 6. *ista spectant* Pll. qnatnor. *ista expectent*  
Pl. 1. supr. lin. *exspectant* B. 1. *spectent* in text., in marg. *expertant* Hl. 1.—  
44 verba C. Pll. Hl. 1. Ven. 1. 3. Bon. *vi* C. at B. 1. Pl. 4. 6. et e pr. m.  
1. 2. 3. *si is in verum; si is in vero* Pl. 5. *is vi verus* Lgg. *si is in superscripto*  
*id vi* Hl. 1.—45 *potes* Pll. Hl. 1. Ven. 1. 3. Bon. et C. ubi ex eadem m. *putes;*  
mox *putas* B. 1. Pl. 1. 5. Ven. 3. at *puta* C. Ven. 1. Bon. uti Nonius.—48

## NOTÆ

41 *Fando*] Passive accipitur, id est, *quod incantetur*: ‘uritque videndo  
quod nonquam audivi quemquam fa- Fœmina,’ non *quod videat*, sed *quod  
ri:* Virgilus, ‘Cantando rumpitur videatur: active apud eundem: ‘Quis  
anguis?’ non *quod cantet anguis*, sed talia fando temperet a lacrymis?’

Ordine omne uti quidque actum est, dum apud hostes sedimus,

Edissertavit: tum formam una abstulit cum nomine;  
Neque lac lacti magis est simile; quam ille ego similis est mei.

Nam ut dudum ante lucem a portu me præmisisti domum. 55

AM. Quid igitur? So. prius multo ante ædis stabam quam illo adveneram.

AM. Quas, malum, nugas! satin' tu sanus es? So. sic sum, ut vides.

AM. Huic homini nescio quid est mali mala objectum manu,

Postquam a me abiit. So. fateor: nam sum obtusus pugnis pessume.

AM. Quis te verberavit? So. egomet memet, qui nunc sum domi. 60

AM. Cave quicquam, nisi quod rogabo te, mihi responderis.

Omnium primum iste qui sit Sosia, hoc dici volo.

*Sosia me coëgit ut sibi fidem haberem. Exposuit sigillatim universa quæ sunt gesta interea dum commorati sumus apud hostes: tum abstulit speciem simul cum nomine, et lac non est similus lucti, quam ego, qui est ille, est similis mihi. Nam statim atque me dimisisti a portu ad tuas ædes multum ante tucem. AMP. Quid igitur? So. Stabam ante tuas ædes diu antequam adveneram illuc. AMP. Malum! quæ nuga! esne tu satis sapiens? So. Sum ita ut vides. AMP. Nescio quid veneni est injectum huic homini mala manu, ex quo discessit a me. So. Fator; nam sum pessime exceptus pugnis. AMP. Quis te pulsavit? So. Egomet memet qui sum nunc in tuis ædibus. AMP. Vide ne mihi respondeas quicquam, nisi id quod a te petam. Primum omnium volo dici id, quis sit iste Sosius? So.*



*magis mirum Legg.—52 quidquid Pl. B. 1. H. et Bentl. ad Ter. Eun. v. 4.48. quicque C. ut quidque Legg. quicquam Ven. 1. 3. Bon. Utrumque Hl. 1.—53 attulit Legg.—54 tactis Pl. Pirkheim. M. lacte lacte Legg. lacte tactis B. 1. simile est C.—56 stabat Her. uti Hl. 1. ex emend.—57 utut Ven. 1.—61 rogo*

#### NOTÆ

55 *Præmisisti domum]* Interea dum Sosia loquitur, et hæc verba connec-tit continuo spiritu cum his, ‘prins multo,’ et Amphitryo iratus loquitur dicitque: ‘Quid igitur?’

58 *Mala objectum manu]* Venena

sagæ objiciunt sæpius manu quam cantu et verbis, licet plerumque in spargendis venenis verba adhibeant ad decipiendos incantos. Virgilius utrumque notat: ‘Spargere qui somnos cantuque manuque solebat.’

So. Tuus est servus. Am. mihi quidem uno te plus etiam est quam volo :  
 Neque postquam sum natus, habui nisi te servum Sosiam.  
 So. At ego nunc, Amphitruo, dico, Sosiam servum tuum 65  
 Præter me alterum, inquam, adveniens faciam ut offendas domi,  
 Davo prognatum ; patre eodem, quo ego sum : forma, ætate item,  
 Qua ego sum : quid opu'st verbis ? geminus Sosia hic factu'st tibi.  
 Am. Nimia memoras mira. Sed vidistin' uxorem meam ?  
 So. Quin introire in aedis nunquam licitum est. Am. quis te prohibuit ? 70  
 So. Sosia ille, quem jamdudum dico, is qui me contudit.  
 Am. Quis istic Sosia est ? So. ego, inquam. Quoties dicendum est tibi ?  
 Am. Sed quid ais ? num obdormivisti dudum ? So. nusquam gentium.  
 Am. Ibi forte istum si vidisses quandam in somnis Sosiam.  
 So. Non soleo ego somniculose heri imperia persequi. 75  
 Vigilans vidi, vigilans nunc te video, vigilans fabulor.

*Est tuus servus. Amp. Projecto mihi est plus servorum quam relim, quamvis te haberem unum ; et ex quo sum natus, non habui servum Sosiam nisi te. So. Sed ego dico nunc, Amphitryo, quando venies, dabo operam ut reperias Sosiam tuum servum alium a me, inquam, procreatum Davo patre, eodem patre quo ego sum natus, specie, ætate qua ego sum. Quid opus est verbis ? Tuus Sosia hic evasit geminus. Amp. Narras nimis admirabilia. Sed vidistine meam uxorem ? So. Quin nunquam fuit concessum ingredi domum. Amp. Quis te impedivit ? So. Ille Sosia quem dico jampridem, ille qui me contudit pugnis. Amp. Quis est ille Sosia ? So. Ego, inquam ; quoties tibi dicendum est ? Amp. Sed quid ais ? Nonne mox obdormivisti ? So. Nullo modo. Amp. Hoc a te peto, ut videam utrum forsitan vidisses in somniis illum nescio- quem Sosiam. So. Ego non assuevi obire somniando mandata domini ; conspexi vigilans, sicut te conspicio*

\*\*\*\*\*

Lgg.—62 hoc deest in Lgg.—67 dabo prægnatum Lgg.—72 tibi deest in Hl. 1.—73 dic dum vult Dissaldaeus, gentium Sosia Ven. 1. 3. Bon.—74 si istum vides B. 1. Pl. quinque ; si istum vidisti Pl. 6.—76 fabulabor Ven. 1.

#### NOTÆ

75 Somniculose heri imperia persequi] David. ‘ Neque dormitet qui custodit te.’

Vigilantem ille me jamdudum vigilans pugnis contudit.

AM. Quis homo? So. Sosia, inquam, ego ille. Quæso, nonne intelligis?

AM. Qui, malum, intelligere quisquam potis est? ita nugas blatis.

So. Verum actutum noscet. AM. quem? So. illum noscet servum Sosiam. 80

AM. Sequere hac igitur me: nam mi istuc primum exquisito est opus.

Sed vide ex navi efferantur quæ jam imperavi omnia.

So. Et memor sum, et diligens, ut quæ imperes compareant.

Non ego cum vino simitu ebibi imperium tuum.

AM. Utinam Di faxint, infecta dicta re eveniant tua! 85

*nunc vigilans, fabulor vigilans, ille me pulsavit jampridem pugnis vigilantem.*  
 AMP. Quis homo? So. Ego, inquam, ille Sosia. Obsecro, nonne capis? AMP. Estne aliquid, malum! qui possit capere? Adeo effutis nugas. So. Verum capies modo. AMP. Quem! So. Nosces illum servum Sosiam. AMP. Sequere me igitur hac; nam primum mihi est opus ut instituam questionem de hac re. Sed cura ut exportentur e navi universa que mandavi modo. So. Et sum menor et sollicitus ne pereant quæ mandas. Ego minime hausi cun vino tuum maudatum. AMP. Utinam Di faciant ut tua verba sint infecta in tuum commodum.

*fabulabar Ven. 3. Bon.—78 rum me H. non me Hl. 1. Ms. Scriverrii, Ven. 6. Par. Bas. 3. Both.—79 quisq. intell. Lgg. blactis Pll. quinque, B. 1. Hl. 1. Ven. 1. 3. Bou.—80 noscet inquam illum B. 1. Hl. 1. Pll. H. M. Ven. 1. 3. Bon.—84 simul Pl. 1. 2. 4. 5. 6.—85 rete veniant C. recte veniant B. 1. Lgg. Pll. quinque, Ven. 3. Bon. recta veniant Pl. 2. et Hl. 1. e pr. m. recte eveniant Ven. 1.*

## ACTUS SECUNDI SCENA SECUNDA.

ALCUMENA, AMPHITRUO, SOSIA, THESSALA.

SATIN' parva res est voluptatum in vita,  
Atque in ætate agunda,

ALC. Nonne voluptates sunt res admodum exiguae in vita, si comparentur cum

1—21 Hos versus Bacchiacos aliter disposuit Bothius, aliter Hermannus de Metr. p. 297. Mutationes propter metrum factas longum esset enarrare.

Præquam quod molestum est: ita cuique comparatum  
 Est in ætate hominum;  
 Ita Dis placitum, voluptatem ut mœror comes conse-  
 quatur: 5  
 Quin incommodi plus malique illico assit, boni si obtigit  
 quid.  
 Nam ego id nunc experior domo, atque ipsa de me scio,  
 cui voluptas  
 Parumper data 'st: num viri mei mihi potestas videndi fuit  
 Noctem unam modo: atque is repente abiit a me hinc  
 ante lucem.  
 Sola hic mihi nunc videor, quia ille hinc abest, quem ego  
 amo præter omnes. 10  
 Plus ægri ex abitu viri, quam ex adventu voluptatis cepi.  
 Sed hoc me beat saltem, quod perduelles vicit, et domum  
 Laudis compos revenit: id solatio est. Absit; dummodo  
 Laude parta domum recipiat se: feram et perferam usque

iis quæ sunt acerba? In ea nimirum Dii sic statuerunt, ut dolor comitetur voluptatem. Quod si contigit nonnihil jucunditati, statim succedit plus molestiae et acerbitas. Facio periculum hujus rei doni, et ipsa intelligo ex meis. Nam quam brevis est voluptas quæ mihi contigit! Mihī licuit modo videre meum maritum per unam noctem, et is discessit hinc repente a me ante lucem. Mihī videor nunc esse sola hic; quia ille, quem ego amo supra omnes mortales, abest hinc. Hausi animo plus doloris ex ejus discessu, quam senseram voluptatis ex ejus adventu. Sed saltem id me reddit felicem, quod debellavit hostes, et repetivit domum cumulatus gloria, id me consolatur. Absit; dummodo se recipiat domum quæsita gloria, patiar et



De Plantinis numeris est ampliandum.—5 diis est placitum B. 1. Lgg. Hl. 1. voluptati Gruter ex edd. vett.—6 Hl. 1. doni—quod; uti Bl. 1. e pr. m. ex emend. boni—quid: Lgg. quod.—7 nunc abest a B. 1. mox de me.—9 repen-  
 tino Both. advocato Charis. p. 193.—10 quam C. qm Pl. quinque, Hl. 1. quoniā Pl. 6.—12 sed deest in Ven. 3. hoc modo beat 4gg.—13 in solatio Pl. 6. Ven. 1. 3. Bon. revenit solatii est Lgg.—14 belli clœut C. ad oram, intus belli redeat, uti Pl. 5. 6. Bon. belli reducat Pl. quatuor, et Hl. 1. et B. 1. su-

#### NOTÆ

1 Res voluptatum] Id est, voluptates; Phrasis Græca, χρῆμα τῶν ἡδονῶν. Aristophanes, τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν, ‘noctes.’ David, ‘verba fraudum,’ i. e. fraudes.

5 Voluptatem] Lucret. ‘Medio de fonte leporum Surgit amari aliquid.’

Manilius: ‘Et subtexta malis bona sunt; lacrymæque sequuntur Vota, nec in cunctis servat fortuna tenorem.’

7 Experior domo] Id est, domi, hujus rei exemplum; ‘domo,’ οἴκοθεν, ut dicitur οἴκοθεν δ μάρτυς, ‘domesticus testis,’ id est, vocatus domi.

Abitum ejus animo forti atque obfirmato : id modo si mercedis  
 Datur mihi, ut meus victor vir belli clueat, satis 15  
 Mihi esse ducam. Virtus præmium est optimum :  
 Virtus omnibus rebus anteit profecto.  
 Libertas, salus, vita, res, parentes,  
 Patria et prognati tutantur, servantur : 20  
 Virtus omnia in se habet : omnia assunt bona, quem penes  
 est virtus.  
 AM. Edepol me uxori exoptatum credo adventurum do-  
 mum,  
 (Quæ me amat, quam contra amo,) præsertim re gesta bene,  
 Victis hostibus, quos nemo posse superari ratu'st :  
 Eos auspicio meo atque ductu primo cœtu vicimus : 25  
 Certe enim me illi expectatum optato venturum scio.

*perpetiar semper mente constanti atque infracta ejus discessum. Dunmodo mihi contingat id præmii, ut meus conjux prædictetur superior in bello, arbitrabor esse satis mihi. Virtus est optimus merces, virtus antecellit omnibus rebus. Libertas, salus, vita, divitiae, parentes, civitas, filii defenduntur, propugnantur. Virtus constituit universa in se. Universa bona adsunt ei in quo est virtus. AMP. Per eadem Pollucis, confido me adventurum domum expectatum conjugi ; (nam et illa me amat, et ego illam anno vicissim;) potissimum præclare gesta re, triumphatis hostibus, quos nullus existinavat posse profligari: eos superarimus primo congressu meis auspiciis atque imperiis. Evidem habeo pro certo, me venturum expectatum cupide ab illa.*



perscripto redeat, Ven. 1. 3. *belli se reducat* Lgg.—15 modo si mercedis desunt in Bl. 1. si merces Hl. 1. in textu, in marg. sat mercedis.—16 detur B. 1.—17 dicam B. 1. Hl. 1. Ven. 1. opimum vult Lamb.; delet Both. *virtus optimum*.—19 res et parentes C. Pll. H. M. B. 1. Lgg. Hl. 1.—20 et patria H. M. et Hl. 1.—21 sese Lgg. Lips. et Hl. 1. ex emend. Ven. 1.—25 inductu C. Pl. 1. 2. Hl. 1. *ductu* Pll. quatuor, B. 1. *inducto* Lgg.—26 *optatum* Ven. 1. 3. Bon.

## NOTÆ

16 *Clueat*] Cluo a κλύω, audio, ha-beor.

18 *Virtus omnibus rebus anteit*] Cicero: ‘Ea enim hominem jungit Deo, et ejus tanta vis est, ut omnia si ex altera parte ponantur, ne apparent quidem.’

20 *Tutantur*] Passive.

21 *Virtus omnia in se habet*] Sallustius: ‘Quæ homines arant, navigant,

ædificant, virtuti omnia parent.’

25 *Auspicio meo*] Ethnici olim nihil nisi ansipicato suscipiebant, ac præsertim in bellis. Idcirco in eorum castris erat semper ‘augurale,’ seu locus in quo sumebantur auguria.

Primo cœtu] Id est, primo coitu, prima coitione, primo congressu nutriusus exercitus; ‘cœtus’ et ‘coitus’ ab eadem origine.

So. Quid me non rere expectatum amicæ venturum meæ?  
 AL. Meus vir hic quidem est. AM. sequere hac tu me.  
 AL. nam quid ille revertitur,  
 Qui dudum properare sese ajebat ! an ille me tentat sciens ?  
 Atque si id volt experiri, suum abitum ut desiderem, 30  
 Ecastor med haud invita se domum recipit suam.  
 So. Amphitruo, redire ad navem meliu'st nos. AM. qua  
 gratia ?  
 So. Quia domi datus nemo est prandium advenientibus.  
 AM. Qui tibi istuc in mentem venit ? So. quia enim sero  
 advenimus.  
 AM. Qui ? So. quia Alcumenam ante ædis stare saturam  
 intellego. 35  
 AM. Gravidam ego illanc hic reliqui quom abeo. So. hei  
 perii miser !  
 AM. Quid tibi est ? So. ad aquam præbendam commodum  
 adveni domum,  
 Decumo post mense, ut rationem te dictare intellego.

So. Quid ! non arbitraris me venturum exoptatum meæ amicæ ? ALC. Projecto  
 hic est meus vir. AMP. Tu sequere me hac. ALC. Quare revenit ille ? Ille di-  
 cebat modo sese accelerare. Mene tentat ille ultro ; aut vult experiri quemadmo-  
 dum exoptem ejus discessum ? Per Castorem sese recipit in suas ædes, me minime  
 repugnante. So. Est satius nos repetere naues. AMP. Quu de causa ? So. Quia  
 nemo appositurus est cibum in ædibus, nobis advenientibus. AMP. Quare id tibi  
 venit in animum ? So. Quoniam advenimus sero. AMP. Quare ? So. Quoniam  
 video Alcmenam pransam stare ante ædes. AMP. Ego illam reliqui hic gravidan,  
 quando projectus sum. So. Hei ! interii infelix ! AMP. Quid est tibi ? So.  
 Adveni tempestive domum ad ministrandam aquam decimo mense exacto, sicut au-

-----  
 —27 qui me non expectatum rere Ven. 1. 3. Bon.—30 si id absunt a B. 1. id si  
 Ven. 1. 3. Bon.—32 redire Amph. Hl. 1.—33 est nemo B. 1.—34 nunc istuc C.  
 Pl. B. 1. Hl. 1. Lgg. Ven. 1. 3. Bon.—36 quam habeo Pl. 1. 3. 5. 6. Lgg.—  
 37 commodum abest a B. 1. Hl. 1. Ven. 1. 3. Bon.—38 ductare vult Lamb.

## NOTÆ

37 *Ad aquam præbendam*] Suæ par-  
 tes erant servis singulis. Sosia mi-  
 nistrabat aquam familie Amphitryo-  
 nis.

38 *Decumo post mense*] Lunaris men-  
 sis est octo et viginti dierum : partus

est decimo mense quidem, non per-  
 fecto, sed incepto. Tertullianus :  
 ‘ Legitima nativitas ferme decimi  
 mensis ingressus est.’

*Ut rationem te dictare intellego*] A  
 vostre compte.

AM. Bono animo es. So. scin' quam bono animo sim? si situlam cepero,

Nunquam edepol tu mihi divini quicquam creduis post hunc diem, 40

Ni ego illi puteo, si occipso, animam omnem intertraxero.

AM. Sequere hac me modo, alium ego isti rei allegabo, ne time.

AL. Magis nunc meum officium facere, si huic eam adorsum, arbitror.

AM. Amphitruo uxorem salutat lætus speratam suam,  
Quam omnium Thebis vir unam esse optimam dijudicat, 45  
Quamque adeo cives Thebani vero rumificant probam.

Valuistin' usque? expectatusne advenio? So. haud vidi magis

Exspectatum: cum salutat magis haud quisquam, quam canem.

*dio ex te. AMP. Esto aequo animo. So. Scisne quam sim aequo animo? Si sumsero situlam, per aedem Pollucis, nunquam mihi tu committas quicquam sacri ex hac die, nisi ego eduxero omnem aquam ex illo puto, si incepero semel. AMP. Sequere hac modo, ego demandabo istam provinciam alii servo, ne formida. ALC. Existimo me facturam esse nunc melius menum officium, si eam obriam haic. AMP. Amphitryo lacus salutat suam conjugem exoptatam, quam maritus arbitratur esse unam optimam omnium mulierum quæ sunt Thebis, et quam cires Thebani predictant esse vere bonam. Semperne valuisti? Revertor ne exoptatus? So. Non animadverti expectationem; nemo enim salutat magis quam canem. AMP. Gaudeo quando*

probante Both.—39 *jam cepero* C. Pl. Lgg. B. 1. Ven. 1. 3. Bon. illam G.—40 *divino* B. 1.—41 *occipso* Nonius et Pl. quatuor et 2da m. *occepso* C. Pl. animo animam B. 1.—42 *alligabo* C. Pl. 1. 2. 4. 6. Ven. 1. 3. Bon. et Hl. 1. e pr. m.—43 *magis nunquam* Lgg. nunq. *jam M. mox faceres* C. facerem Pl. quinque, B. 1. Hl. 1. Ven. 1. 3. Bon. *facere* Pl. 2. dein si abest a C.—45 *Thebes viri unam...dijudicant* G. *dij. opt.* Lgg.—46 *rumifierant* Nonius et Pl. 1. e 2da m. *rumificant* Pl. 4. B. 1. Lamb. 1. 2. *rerorum misificant* C. Pl. 3. modo *miro* Pl. 1. e pr. m. *vero miro* Pl. 2. *vero mirorun* Pl. 6. *vero rum mirificant* Lgg. *vero miro rumifierant probum* Hl. 1.—47 *expectatum* C. B. 1. Pl. 1 et e 2da m. Pl. 3. 4. e pr. *expectatum*, ut Ven. 1. at Ven. 3. Bon. *expectatus adrenio*.—48 *mugis deest* in Ven. 1. 3. Bon.—49 *te pulcre* Lgg. Ven. 1. 3. Bon. *ascipio*

#### NOTÆ

40 *Divini*] Alibi: ‘Neque divini, neque mihi humani posthac accreduas.’ Alibi: ‘Neque Bellona mihi unquam neque Mars creduat.’ Alibi: ‘Nunquam edepol quidquam homo mortal is posthac duarum rerum cre-

duit.’ Duarum rerum est idem quod divini et humani, ut supra.

41 *Credideris*] phrasis Plautina: quasi dicat, ‘ne in divinis quidem mihi fidem habueris.’

41 *Occipso*] *Occepere*.

**AM.** Et cum te gravidam, et cum pulchre plenam aspicio,  
gaudeo.

**AL.** Obsecro ecastor, quid tu me deriduli gratia      50  
Sic salutas? atque appellas quasi dudum non videris,  
Quasique nunc primum recipias te domum huc ex hostibus,  
Atque me nunc proinde appellas, quasi multo post videris?  
**AM.** Immo equidem te, nisi nunc hodie, nusquam vidi  
gentium.

**AL.** Cur negas? **AM.** quia vera didici dicere. **AL.** haud  
æquum facit,      55

Qui quod didicit, id dediscit. **An** periclitamini  
Quid animi habeam? sed quid huc vos revortimini tam  
cito?

**AM.** An te auspiciū commoratum est? an tempestas continet?  
Qui non abiisti ad legiones, ita uti dudum dixeras?

**AM.** Dudum! quam dudum istuc factum est? **AL.** tentas;  
jam dudum, pridem, modo.      60

**AM.** Qui istuc potis est fieri, quæso, ut dicis, jamdudum,  
modo?

**AL.** Quid enim censes? te ut deludam contra lusorem  
meum,

Qui nunc primum te advenisse dicas, modo qui hinc abieris?

*te conspicio et gravidam et fætam pulchre. ALC. Quæso per ædem Castoris,  
quare me salutas tu ita ad ludificandum me; et me compellas, quasi non conspex-  
eris a longo tempore, et quasi advenias huc domum nunc primum ab hostibus?  
AMP. Immo profecto ego non te conspexi usquam terrarum, nisi nunc hodie.  
ALC. Quare negas? AMP. Quoniam scio loqui vera. ALC. Qui obliviousatur  
eorum quæ novit, non facit recte. Facit isne periculum meæ mentis? Quare vos  
repetitis huc tam celeriter? Nonne auspicio te retardarunt, aut tempestas retinet?  
Quare non profectus es ad legiones, sicut dixeras pridem? AMP. Dicis me dixisse  
pridem! ex quo tempore dixeram illud? Dicis, Illud est gestum! ALC. Me ten-  
tas; jampridem. AMP. Quomodo id potest fieri, obsecro, sicut affirmas quod te vi-  
derim jamdudum et mox? ALC. Quidnam existinas? Putasne te a me ludifi-  
cari vicissim, qui me ludificas, quando affirmas te advenisse nunc primum, qui pro-  
fectus es hinc mox? AMP. Haec profecto narrat deliramenta. So. Qui esce*



C.—52 quasi qui B. 1. Lgg. HI. 1. Ven. 1. 3. Bon. *huc* abest a G.—53  
Hoc distichon rejicit Muretus (V. L. x. 13.) neque reperiri ait in suo vet.  
cod.—57 res omittit Ven. 1.—58 anne 'ausp. Lgg. mox *Commonitum* B. 1.  
ante te Ven. 1.—59 ita vi Ven. 1.—60 *tentas* quasi dudum modo H.—63  
nunc hinc (sic) B. 1. *somniat* C. et Pl. 5. e 2da m. *somniat* Pll. *quinque*, B. 1.  
....

AM. Hæc quidem deliramenta loquitur. So. paulisper  
mane,

Dum edormiscat unum somnum. AM. quæ ne vigilans  
somniat. 65

AL. Evidem ecastor vigilo, et vigilans id quod factum est  
fabulor.

Nam dudum ante lucem et istunc et te vidi. AM. quo in  
loco?

AL. Hic, in ædibus, ubi tu habitas. AM. nunquam factum  
est. So. non taces?

Quid si e portu navis huc nos dormientis detulit?

AM. Etiam tu quoque assentaris huic. So. quid vis fieri?

Non tu scis, Bacchæ bacchanti si velis advorsarier, 71

Ex insana insaniorem facies, feriet sæpius?

Si obsequare, una resolvias plaga. AM. at pol quin certa  
res

Hanc est objurgare, quæ me hodie advenientem domum  
Noluerit salutare. So. irritabis crabrones. AM. tace. 75

*parumper usque eodum edormiscat unum somnum. AMP. Nonne ea somniat vigilans? ALC. Per ædem Castoris vigilo, et loquor vigilans id quod est actum, nam te vidi et istum mulio ante lucem. AMP. In quo loco? ALC. Hic in ædibus in quibus tu manes. AMP. Nunquam est actum. So. Non siles? quid si navis nos detulit huc a portu dormientes? AMP. Tu quoque huic assentiris? So. Quid vis fieri? Ignorasne tu id adagii; Quod si contendas oblectari Bacchæ Bacchanti, ex amente facies amentiorem, nos pulsabit acrius; si cedas, eam vinces, uno ictu accepto? AMP. Verum per Pollucem est constitutum hanc increpure quæ noluit me salutare advenientem domum. So. Exasperabis crabrones.*

*nusquam Pll. B. 1. Lgg. Hl. 1. probat Palmer.—64 paulisper mane Amphitryoni continuat B. 1.—65 quæ utique ne B. 1.—66 est abest a B. 1.—68 tu abest a B. 1.—69 e deest in Lgg.—71 sis Ven. 3.—72 feriet abest a B. 1. feriet Hl. 1.—73 obsequar funare C. Unde conjicit Parenus codicem illum esse descriptum ex archetypo majusculis literis picto; obsequaris Pll. B. 1. Hl. 1. Ven. 1. 3. Bon. Mox una te absolvas pl. Muretus; una rem solvas pl. Pistor. Dein qui C. Leg. quin Pll. B. 1.—74 adjurgare B. 1. Ven. 1. 3. odjurgare Bon.—75 scabrones B. 1. crabrones Hl. 1.—76 rogare abest a Ven. 6. Par.*

#### NOTÆ

65 *Quæ ne vigilans somniat?*] Relativum pro demonstrativo pronomine, ‘quæne vigilans somniat,’ pro ‘haecne vigilans somniat?’ Lucret. ‘Et vigilans stertis.’

75 *Irritabis crabrones]* Alomenam ex

amente redde amentiorem, ex irata furirosam. Nimurum crabrones irritati sævinint magis. Plinius: ‘Crabrones sylvestres in arboreum cavernis degunt, hyeme conduntur; vita bimatum non transit. Ictus eorum haud

Alcumena, unum rogare te volo. AL. quid vis rogare?  
roga.

AM. Num tibi aut stultitia accessit, aut superat superbia?

AL. Qui istuc in mente est tibi, mi vir, percontarier?

AM. Quia salutare advenientem me solebas antidhac.

Appellare itidem ut pudicæ suos viros, quæ sunt, solent. 80  
Eo more expertem te factam adveniens offendì domi.

AL. Ecastor equidem te certo heri advenientem illico

Et salutavi, et valuisse usque, exquisivi simul,

Mi vir: et manum prehendi et osculum fetuli tibi.

SO. Tun' heri hunc salutavisti? AL. et te quoque etiam,  
Sosia. 85

SO. Amphitruo, speravi ego istam tibi parituram filium:  
Verum non est puer gravida. AM. quid igitur? SO. insania.

AL. Equidem sana sum, et deos quæso, ut salva pariam  
filium.

AMP. Sile. Alcmena, rolo a te percontari unum. ALC. Quid vis percontari? per-  
contare. AMP. Nonne aut amentia te invasis, aut superbia effert? ALC. Quid  
tibi versatur in animo, ut roges illud, mi marite? AMP. Quia consueveras antea  
me salutare advenientem, meque compellare compagno, ut consueverunt compellare suos  
maritos uxores quæ sunt pudicæ. In meo adventu te reperi alienam ab isto more.  
ALC. Per cedem Castoris ego et te salutavi heri hic illico statim atque advenisti, et  
una percontata sum utrum semper recte valuisse, mi marite, et comprehendendi manum,  
et tibi tuli osculum. SO. Tunc salutavisti hunc heri? ALC. Et te quoque etiam,  
Sosia. SO. Amphitryo, ego speravi istam tibi parituram filium, verum non est  
pragnans puer. AMP. Quare est gravida? SO. Amentia. ALC. Sine dubio ego  
sum sana, et rogo deos ut pariam filium salva; sed tu dabis magnas pœnas, si hic

\*\*\*\*\*

Bas. 3. *roga, reroga* vult Meursius.—77 *nunc tibi* Lgg. HI. 1.—78 *mentem* Pl.  
5. Lgg. HI. 1. *mente* C. B. 1. Pll. quinque; mox *mi rir ex me* H.—79 *quin sal.*  
C. *quin si sal.* Pll. *quia si sal.* 3 HI. 1. Ven. 1. mox *ante d hac* C. e 2da m.  
*ante hac e pr.* uti Pll.—82 *equidem* C. e 2da m. e pr. *quidem* uti Pll.—84 *ad-*  
*prehendi* H. probante Both. mox *retuli* Pl. 4. *detuli* Pll. *quiunque*, B. 1. Lgg.  
Ven. 1. *detuli* (sic) HI. 1.—85 *et abest* a B. 1.—89 *malum magnum* Pl. 1. C.

#### NOTÆ

temere sine febri est. Auctores sunt  
ter novem punctis interfici hominem.'

76 *Quid vis rogare? roga]* Alii,  
*quid vis roga reroga:* id est, 'quid vis  
interroga, et redinterroga.' Meursius  
Sabinismum esse dicit, et Sa-

binorum fuisse attentionem in inter-  
rogando sic exprimere, ut est in Pro-  
pheta, 'manda, remanda, expecta,  
reexpecta.'

84 *Tetuli]* A 'tulo' antiquo 'te-  
tuli' et 'tuli,' quod 'fero' quasi mu-  
tuum accipit in præterito.

Verum tu magnum malum habebis, si hic suum officium facit :

**O**b istuc omen, ominator, capies quod te condecet. 90

**S**o. Enimvero prægnanti oportet et malum et malum dari,  
Ut quod obrodat, sit, animo si male esse occœperit.

**A**m. Tu me heri hic vidisti ? Al. ego, inquam, si vis de-  
cies dicere.

**A**m. In somnis fortasse. Al. immo vigilans vigilantem.

**A**m. Væ misero mihi !

**S**o. Quid tibi est ? Am. delirat uxor. So. atra bili per-  
cita est. 95

Nulla res tam delirantis homines concinnat cito.

**A**m. Ubi primum tibi sensisti, mulier, impliciscier ?

**A**l. Evidem ecastor sana et salva sum. Am. cur igitur  
prædictas

Te heri me vidisse, qui hac noctu in portum advecti sumus ?

Ibi coenavi, atque ibi quievi in navi noctem perpetem. 100

*fungatur suo officio ; acicies quod tu commereris, ob istud omen, o ominator ! So. Proculdubio oportet dari prægnanti et dolorem et malum, ut ei sit quod obrodat, si inceperit defecre animo. AMP. Tu me vidisti heri ? ALC. Ego, inquam, si vis me repetere decies. AMP. In somnis forsitan. ALC. Immo ego vigilans vidi vigilantem. AMP. Væ mihi infelici ! So. Quid est tibi ? AMP. Uxor desipit. So. Incitata est atra bile, nulla res efficit tam celeriter homines delirios. AMP. Quando animadvertisisti primum bilem atram te implicare, mulier ? ALC. Per Castorem ego sum sana et salva. AMP. Quare igitur dieis te me ridisse heri, qui sumus advecti hac nocte in portum ? Cœnari ibi, et quievi ibi in navi tota nocte,*



*malum annum Pl. 2. et Hl. 1. e pr. m. mox officium suum B. 1.—90 ob istuc a  
me nominator C. B. 1. Ven. 1. Pll. at amens Pl. 1. Hl. 1. e pr. m. nominabor.  
Hl. in text. in marg. omen ominator, uti Ven. 3. Bon.—91 prægnati C.  
Pll. Lgg. prægnanti B. 1. Pl. 2. e 2da m. Hl. 1. Ven. 1. 3. mox oportuit  
B. 1. alterum et abest a Pll. semel et malum B. 1. Hl. 1. op. mal. da Ven.  
1. 3. Bon.—93 tun B. 1.—97 tibi omittit Ven. 1. 3. mox implicarier H.—*

#### NOTÆ

90 *Ominator*] Qui dicens me esse fœ-  
tam insaniam.

91 *Prægnanti*] Alii *prægnati*. O-  
lím *prægnas*, *infas*, *animas*, *dannas*,  
*pro prægnans*, *infans*, *animans*, *dain-  
nans*.

*Malum et malum*] Unum malum

de doloribus partus, alterum de  
malo punico accipiendum. Malum  
enim punicum abigendis prægnan-  
tium fastidiis bonum.

96 *Homines delirantes conciunat amo-  
rem.*] Lu-  
cret. ‘Consuetudo conciunat amo-  
rem.’

Neque meum pedem huc intuli etiam in ædis, ut cum exercitu

Hinc profectus sum ad Teleboas hostis, eosque ut vicimus.

AL. Immo mecum cœnavisti, et mecum cubuisti. AM. quid id est?

AL. Vera dico. AM. non quidem hercle de hac re, de aliis nescio.

AL. Primulo diluculo abivisti ad legiones. AM. quomodo?

So. Recte dicit: ut commeminit, somnium narrat tibi. 106

Sed, mulier, postquam experrecta es, prodigali Jovi

Aut mola salsa hodie, aut thure comprecatam oportuit.

AL. Væ capiti tuo! So. tua istuc refert, si curaveris.

AL. Iterum jam hic in me inclementer dicit, atque id sine malo? 110

AM. Tace tu. Tu dic, egone abs te abii hinc hodie cum diluculo?

*neque intuli adhuc huc pedem in ædes, ex quo discessi hinc cum exercitu ad Teleboas hostes, et ex quo eos debellavimus. ALC. Immo cœnavisti mecum et cubuisti mecum. AMP. Quid est id? ALC. Dico vera. AMP. Per Herculem non dicas vera de hac re; nescio de aliis. ALC. Profectus es ad exercitum primo diluculo. AMP. Quo modo? So. Dicit recte; sicut commeminit. Sed, mulier, quia excitata es, oportebat a te placatum hodie Jovem prodigialem aut mola salsa aut thure. ALC. Væ tuo capiti. So. Tua interest curare istud. ALC. Hic mihi obloquitur iterum, atque id impune. AMP. Sile tu. Tu dic. Nonne excessi hinc a te hodie cum*

\*\*\*\*\*

102 prosecutus Lgg. mox eosque ut volumus, vicimus B. 1. HI. 1.—103. 4 Inter hos duo inseritur apud Nonium, V. Ingredi, alter versus Nihil te pudet, scelesti, populi in conspectum ingredi.—104 non de hac quidem hercle re B. 1. HI. 1. Ven. 1. 3. Bon. hercle re aliis Lgg.—106 commeninit C. e 2da m. e pr. communit, uti Pl. 1. 3. 4. Ven. 1. coninit Lgg. Communit Pl. 2. communit HI. in text. commeninit in marg. connivet, vult Palmer, et Pontanus.—108 tuo

#### NOTÆ

107 *Prodigiæ Jovi*] Prodigiorum depulsori: Græci ἀποτρόπιαν, τεράστιον appellant.

108 *Mola salsa*] Id est, molitura salsa. Nomen molæ, qua franguntur fruges, pro molitis frugibus. Mola autem salsa dicitur quod frugibus molitis sal admiseretur: frugibus molitis, sale admixtis, aspergebantur victimæ. Græci frugibus integris et mi-

nime molitis sale admixtis, ut memoriā tuerentur rudinum illorum temporum quibus homines vescebantur frugibus integris, arte nondum excoxitata et frangendarum earum, et in panem campingendarum. Græci fruges illas integras οὐλᾶς et οὐλοχύτας appellabant. Porro a mola est immolare, i. sacrificare.

AL. Quis igitur nisi vos narravit mihi, illi ut fuerit prælium?

AM. An etiam id tu scis? AL. quippe quæ ex te audivi: ut urbem maxumam

Expugnavisses; regemque Pterelam tute occideris.

AM. Egone istuc dixi? AL. tute istic, etiam astante hoc Sosia. 115

AM. Audivistin' tu me narrare hoc hodie? So. ubi ego audiverim?

AM. Hanc roga. So. me quidem præsente nunquam factum est, quod sciam.

AL. Mirum quin te advorsus dicat. AM. Sosia, age; me hoc aspice.

So. Specto. AM. vera volo loqui te: nolo assentari mihi. Audivistin' tu hodie me illi dicere ea, quæ illa autumat?

So. Quæso, edepol, num tu quoque etiam insanis, cum id me interrogas, 121

Qui ipsis equidem nunc primum istanc tecum conspicio simul?

AM. Quin nunc, mulier, audin' illum? AL. ego vero; ac falsum dicere.

AM. Neque tu illi, neque mi viro ipsi credis? AL. eo fit, quia mihi

diluculo? ALC. Quis igitur mihi retulit nisi vos, ut certamen fuerit illuc? AMP. Scisne tu quoque id? ALC. Utpote quæ accepi a te sicut expugnavisti maximam urbem, et tu interfeceras regem Pterelum. AMP. An ego dixi istud? ALC. Tu dixisti, hic astante quoque hoc Sosia. AMP. An tu audivisti hodie me illi dixisse ea quæ illa affirmat? So. Ubi ego audiverim? AMP. Pete ab Alcmena. So. Ego non recordor a te unquam narratum esse bellum Teleboicum, me præsente. ALC. Non miror si Sosia nihil dicat contra te suum herum. AMP. Age, Sosia! aspice me hoc. So. Specto. AMP. Volo te loqui vera: nolo te mihi adulari. Tunc audivisti hodie me illi dicere quæ illa arbitratur? So. Obsecro, per ædem Pollucis, num tu insanis etiam quando me interrogas de hac re, qui quidem ipse conspicio istum nunc primum una tecum? AMP. Illumne audis tu, mulier? ALC. Ego vero audio, et loqui fulsum. AMP. Tu non illi fidem habes, neque ipsi mihi

\*\*\*\*\*

istuc Acidal. mox nisi curav. Lamb. aliis tribuit.—112 ibi ut Lgg. illud ut Pl. quinque, HI. 1. illud absque ut fuerit Pl. 2.—113 etiam abest a B. 1. HI. 1. G. an et id Arg. 3. Ven. 6. Par. Bas. 3. probante Both. mox quippe qui C. probante Palmero.—115 tute istuc Meursius vult; istæc B. 1.—116 hac Lgg.—118 hac me Lgg.—120 illi deest in Ven. 1. at ille in Lgg.—121 quando id Pl. 1. 2. quoniam Pl. quatuor, B. 1. quoniam me id rogus Lgg.—122 ipsos primum tecum Lgg.—123 quid nunc Pl. 3. G. H. qui nunc C. Lgg. Voces ego .....

Plurimum credo, et scio ista hæc facta proinde ut proloquor. 125

**A.M.** Tun' me heri advenisse dicis? **A.L.** tun' te abisse  
hodie hinc negas?

**A.M.** Nego enimvero, et me advenire nunc primum aio ad te doinum.

**A.L.** Obsecro, etiamne hoc negabis? te auream pateram mihi

Dedissem dono hodie, qua te illic donatum esse dixeras?

**A.M.** Neque edepol dedi, neque dixi: verum ita animatus fui, 130

Itaque nunc sum, ut ea te patera donem: sed quis istuc tibi  
Dixit? **A.L.** ego quidem ex te audivi, et ex tua accepi manu

Pateram. **A.M.** mane, mane obsecro te: nimis demiror,  
Sosia.

Qui illæc illic me donatum esse aurea patera sciat,  
Nisi tu dudum hanc convenisti, et narravisti hæc omnia.

**S.O.** Neque edepol ego dixi, neque istam vidi, nisi tecum simul. 136

**A.M.** Quid hoc sit hominis! **A.L.** vin' proferri pateram?  
**A.M.** proferri volo.

*marito?* **A.L.C.** Non illi credo, neque tibi, *quia mihi fidem habeo plurimum, et scio ista esse gesta perinde atque ego resero.* **A.M.P.** *An tu dicis me reversum esse heri?* **A.L.C.** *An tu negas te excessisse hodie hinc?* **A.M.P.** *Nego enimvero, et dico me accedere domum ad te nunc primum.* **A.L.C.** *Quaeso, negabisne quoque hoc, te mihi dono dedisse hodie pateram auream, qua dixisti te donatum esse illic?* **A.M.P.** *Per ædem Pollucis, neque dedi neque dixi, sed fui sic parvus, et sum ita nunc, ut te donem eu patera. Sed quis tibi dixit id?* **A.L.C.** *Evidenter audiri ex te, et accepi pateram ex tua manu.* **A.M.P.** *Mane, mane, te rogo, Sosiu. Valde demiror quomodo hæc sciat me esse donatum patera aurea, nisi tu non adivist hanc, et retulisti universa hæc.* **S.O.** *Per ædem Pollucis, neque dixi, neque hanc vidi, nisi una tecum.* **A.M.P.** *Quæ mulier est hæc* **A.L.C.** *Visne proferri pateram?*

credis sunt in marg. C. absunt a Pll. Lgg. B. 1. Hl. 1. Ven. 1. 3. Bon.  
—125 hæc deest in Lgg. Ven. 1.—126 hodie deest in Hl. 1. Ven. 1. 3.  
—127 ego enimvero Ven. 1. Bon. mox ut me Hl. 1. dein a te B. 1.—133  
demiror C. admiror Pll. Hl. 1.—134 illi me M.—138 tute Pareus, pro-

#### NOTÆ

137 *Quid hoc sit hominis?* ‘Homo’ pro ‘muliere.’

AL. Fiat. Tu, Thessala, intus pateram proferto foras,  
 Qua hodie meus vir donavit me. AM. secede huc tu, Sosia.  
 Enimvero illud præter alia mira miror maxume, 140  
 Si haec habet pateram illam. So. an etiam id credis, quæ  
 in hac cistellula

Tuo signo obsignata fertur? AM. salvum signum est?  
 So. inspice.

AM. Recte, ita est ut obsignavi. So. quæso, quin tu istanc  
 jubes

Pro cerrita circumferri? AM. edepol quin facto est opus.  
 Nam hæc quidem edepol larvarum plena est. AL. quid  
 verbis opu' est? 145

THESS. Hem tibi pateram: eccam. AM. cedo mihi. AL.  
 age, aspice huc sis nunc jam,

AMP. Volo proferri. ALC. Fiat; tu, Thessala, ingredere, affer huc pateram qua  
 meus maritus me affectit hodie. AMP. Secede huc tu, Sosia; enimvero miror valde  
 illud inter cetera admirabilia, si haec habet illam pateram. So. An credis adhuc  
 hoc? Hanc porto in hac cistella obsignata tuo sigillo. AMP. Sigillum estne integrum?  
 So. Aspice. AMP. Est recte sicut obsignavi. So. Obscro, quare tu  
 non mandas istam lustrari, utpote jactatum Cerere irata? AMP. Per ædem Pollu-  
 cis est faciendum illud. Nam per ædem Pollucis est plena intemperiarium. ALC.  
 Quid est opus verbis? Hem tibi pateram: ecce. AMP. Da mihi. ALC. Age, in-

\*\*\*\*\*  
 bante Both. *credis id* Hl. 1. Ven. 1. 3. Bon.—141 *illam credis id quæ in*  
*hac cistula* Lgg. abest *id a C.* Pl. et *in ab H.* *quam in hac* Ven. 3. Bon.  
 —142 *ferunt* Ven. 1. 3. Bon.—144 *cerritam* B. 1. mox *quid* B. 1. et Hl. 1. e  
*pr. m.* *quin e 2da*, *qui* Ven. 1. 3. *qui* *facto* C. Lgg. qm Pl. 1. 2. mox *ferto*  
*J. B.* Pins.—145 *plena sunt* Lgg. Hl. 1. Ven. 1. 3. Bon.—146 *Thess.* personam  
 delet Gruter. mox *credo* Pl. 1. 2. 6. et Hl. 1. e *pr. m.* Ven. 1. 3. Bon. re-

## NOTÆ

138 *Intus pateram*] Quæ intns est, tem fiebat, circumlatiſ et tæda et  
 τὸ ἐντὸς ποτῆρων.

144 *Pro cerrita*] *Cerrita* pro *Cer-*  
*rīta*, extrito e medio: Δημητριακὸν  
 appellantur a Græcis. Nonius: ‘Cer-  
 riti et Larvati, male sani, aut Cere-  
 ris ira et larvarum incursione animo  
 vexati;’ Cicero sumit pro ‘insano’  
 ad Atticū: ‘Nunquam autem cer-  
 ritior fuit quam in hoc negotio,’ id  
 est, insanior.

*Circumferri*] Est verbum pontifi-  
 cale pro, lustrare. Lustratio au-

tem fiebat, circumlatiſ et tæda et sulphure.

*Quin facto est opus*] Baptista Pius  
 habet *farto*. ‘Fartum’ autem erat  
 genus sacrificii in lustrationibus ad-  
 hiberi soliti: unde ‘Strufartarii’  
 dicti, qui illud ferebant.

145 *Larvarum plena*] A Laribus lar-  
 vae dicuntur: sed duo ferme genera  
 putabant esse Larium; aliud benignum ac beneficium; alind noxiū et  
 pestiferum: quod alio nomine Lemu-  
 res appellabant. Lemures autem e-

Tu, qui, quæ facta, inficiare : quem ego jam hic convincam  
palam.

Estne hæc patera qua donatus illi ? AM. summe Juppiter  
Quid ego video ! hæc ea est profecto patera : perii ! Sosia.  
So. Aut pol hæc præstigiatrix mulier multo maxuma est,  
Aut pateram hic inesse oportet. AM. agedum, eam solve  
cistulam. 151

So. Quid ego istam exsolvam ? obsignata 'st recte : res gesta  
est bene.

Tu peperisti Amphitruonem, ego alium peperi Sosiam :  
Nunc si pateram patera peperit, omnes congerminavimus.

AM. Certum est aperire, atque inspicere. So. vide sis signi  
quid siet : 155

Ne posterius in me culpam conferas. AM. aperi modo :  
Nam haec quidem nos delirantes facere dictis postulat.

AL. Unde hæc igitur est, nisi abs te, quæ mihi dono data  
est ?

AM. Opus mi est istuc exquisito. So. Juppiter, pro Jup-  
piter !

AM. Quid tibi est ? So. hic patera nulla in cistula 'st.

AM. quid ego audio ? 160

*tuere tu qui negas a te gesta ; ego te convincam jam hic aperte : estne hæc patera  
qua fuisti affectus in bello ? AMP. Summe Jupiter ! quid ego aspicio ? Sine dubio  
est eadem patra. Occidi, Sosia ! So. Aut certe hæc fæmina est multo maxima  
venefica, aut oportet hanc pateram inesse hic. AMP. Agedum aperi istam cistel-  
lam. So. Quid istam resignabo ego ? Est recte obsignata ; bene est. Tu peperisti  
Amphitryonem, ego peperi alium Sosiam : nunc si patera peperit pateram, sumus  
cuncti congerinati. AMP. Stal aperire et inspicere. So. Vide si vis, quale est  
sigillum, ne postea refundas crimen in me. AMP. Resigna modo ; nam hæc cona-  
tur nos reddere deliros suis verbis ? ALC. Unde est igitur hæc patra quæ mihi  
data est, nisi a te ? AMP. Est mihi opus exquisito hoc. So. Jupiter ! proh Jupi-  
tter ! AMP. Quid est tibi ? So. Nulla est patera in cistella. AMP. Quid ego*

\*\*\*\*\*

liqui crede, uti Lgg. mox inspice Hl. 1. dein scis Hl. 1. e pr. m.—147 hic abest  
a B. 1. Hl. 1.—148 illic B. 1. Hl. 1. Ven. 1.—150 multo mulier C.—156 trans-  
feras Ven. 1. 3. Bon.—158 quo, i. e. a quo, Meursius vult.—159 mihi est id  
Lgg. pro abest a B. 1. Hl. 1.—160 tibi deest in B. 1. Hl. 1.—161 actum nisi

#### NOTÆ

rant Manes et Umbræ eorum qui ex- tem genus hominum vexarent, noctu-  
cessissent e vita, quodam crimine se esse ferrent, et ex sana mente ob-  
contaminatæ, quæ etiam post mor- vios dejicerent.

So. Id quod verum est. Am. ac cum cruciatu jam, ni apparet, tuo.

Al. Hæc quidem apparet. Am. quis igitur tibi dedit? Al. qui me rogat.

So. Me captas, quia tute ab navi clanculum huc alia via Præcurristi, atque hinc pateram tute exemisti, atque eam Huic dedisti, posthac rursus obsignasti clanculum. 165

Am. Hei mihi! jam tu quoque hujus adjuvas insaniam: Ain' heri nos advenisse huc? Al. aio, adveniensque illico Me salutavisti, et ego te, et osculum tetuli tibi.

Am. Jam illud non placet principium de osculo: pergam exequi.

Al. Lavisti. Am. quid postquam lavi? Al. accubuisti.

So. euge! optime. 170

Nunc exquire. Am. ne interPELLA; perge porro dicere.

Al. Cœna apposita est: cœnavisti mecum: ego accubui simul.

Am. In eodem lecto? Al. in eodem. So. hei! non placet convivium.

Am. Sine modo argumenta dicat: quid, postquam cœnavimus?

audio? So. Id quod est verum. Amp. Sed cum tuo cruciatu, nisi adsit jam, ALC. Sane hæc patera apparet. Amp. Quis igitur tibi dedit? ALC. Ille qui me rogat. So. Tentas me capre verbo, quia tu præcurristi huc occulte ab navi alia via, et depromisisti pateram ex ista cistula, et eam dedisti huic, postea obsignasti rursus occulte. Amp. Hei mihi! tu opitularis nunc quoque hujus amentiae. Dicisne vero nos advenisse heri huc? ALC. Dico, et me salutasti adveniens statim, et ego te, et tibi tuli osculum. Amp. Illud principium de osculo non placet jam. Pergam te prosequi narrantem. ALC. Lavisti. Amp. Quid feci postquam lavi? ALC. Accubuisti. So. Euge, optime: exquire jam plura. Amp. Ne inturbatur; prosequere præterea narrare. ALC. Apposita est cœna: cœnavisti mecum: ego accubui simul. Amp. In eodem lecto? ALC. In eodem. So. Hei! hoc convivium non placet. Amp. Patere jam ut afferat signa eorum quæ affirmat. Quid



B. 1. Ven. 1. 3. Bon. nisi C. Pl. B. 1.—163 interrogat B. 1.—164 præcurristi Hl. 1. Ven. 1. 3. Bon. Lamb., mox tute abest a Lgg.—167 veniss Ven. 1. 3. Bon.—168 detuli B. 1. tulit ibi Pl. 3. me salutasti et osculum dedisti mihi et et ego te tuli Hl. 1.—169 Sosiae tribuit Both. dein Amphitruoni, perge exsequi: ubi perge debetur Mureto V. L. x. 13.—172 concenasti G. cocenavisti Hl. 1. M. concenasti Both.—173 ei Ven. 1. 3.—174 dicat C. e 2da m. e pr.

**AL.** Te dormitare aiebas : mensa ablata est, cubitum hinc abiimus. 175

**AM.** Ubi tu cubuisti ? **AL.** in eodem lecto tecum una in cubiculo.

**AM.** Perdidisti ! So. quid tibi est ? **AM.** haec me modo ad mortem dedit.

**AL.** Quid jam auiabo ? **AM.** ne me appella. So. quid tibi est ? **AM.** perii miser !

Quia pudicitiae hujus vitium me hic absente est additum.

**AL.** Obsecro, ecastor, cur istuc, mi vir, ex te audio ? 180

**AM.** Vir ego tuus sim ? ne me appella falso falso nomine.

**SO.** Haeret haec res : siquidem haec jam mulier facta 'st ex viro.

**AL.** Quid ego feci, qua istaec propter dicta dicantur mihi ?

**AM.** Tute edictas facta tua, ex me queris quid deliqueris ?

**AL.** Quid ego tibi deliqui, si, cui nupta sum, tecum fui ? 185

**AM.** Tun' mecum fueris ? quid illac impudente audacius ?

Saltem tute, si pudoris egeas, sumas mutuum.

*postquam cœnavimus? ALC. Dicebas te dormitare. Remota est mensa, abivimus hinc cubitum. AMP. Ubi cubuisti ? ALC. In eodem lecto tecum una in cubiculo. AMP. Perdidisti. So. Quid tibi est ? AMP. Haec me tradidit jam morti. ALC. Quid jam, quæso ? AMP. Ne me alloquare. So. Quid est tibi ? AMP. Interii infelix ! quoniam est illatum vitium ejus castitati, me absente. ALC. Quæso per Castorem, marite, quare audio illud ex te ? AMP. Ego sum tuus maritus ? Ne me appella falso falso nomine. So. Haec res non sibi constat, siquidem fæmina evnus fæmina ex viro. ALC. Quid ego commisi quo circu haec mihī dicantur ? AMP. Tu ipsa aperis tua facta. Quæris a me quid peccaveris ? ALC. Quid ego peccavi in te ? Fui tecum, cui sum nupta. AMP. Tunc fuisti mecum ? Quid audacius illa impudente ? Si coreas pudore, saltem sume mutuum ab aliquo. ALC. Illud scelus*



*dicit.—175 cubatum Pl. 3. 4. B. 1.—176 tu abest a G. mox lecto deest in Ven. 1. 3.—178 miser deest in Lgg.—179 hinc G. H.—181 sum e pr. m. Hl. 1. mox falso bis C. semel Pl. B. 1. Hl. 1. Ven. 1. 3. Bon. falsa falso Jnt. Ven. 6. Par. Bas. 3. probantibus Meursio et Douza.—185 H. vs. deesse videtur in Lgg.—186 tu mecum Pl. 5. mox fueras G. H. et Hl. 1. e pr. m.—189 capere*

#### NOTÆ

182 *Haec jam mulier*] Quia Amphitryo negat esse virum Alcmenæ, capit inde jocum Sosia, et concludit Amphitryonem esse mulierem, si non est vir.

AL. Istuc facinus, quod tu insimulas, nostro generi non decet.

Tu si me impudicitiae captas, non potes capere.

AM. Proh Di immortales! cognoscin' tu me saltem, Sosia?

So. Propemodum. AM. cœnavin' ego heri in navi in portu Persico? 191

AL. Mihi quoque assunt testes, qui illud, quod ego dicam, assentiant.

AM. Qui? testes? AL. testes. AM. quid testiculare? AL. enim uno sat est,

Nec nobis præsente aliquis nisi servos Sosia affuit.

So. Nescio quid istuc negotii dicam, nisi quispiam est 195

Amphitruo alias, qui forte te hic absente tamen

Tuam rem curet, teque absente, hic munus fungatur tuum.

Namque de illo subditivo Sosia mirum nimis est.

Certe de istoc Amphitruone jam alterum mirum est magis.

*quo tu arguis nostrum genus, non convenit nostro sexui; si tu mihi insidiaris ut deprehendas ream impudicitiae, non poteris me invenire ream. AMP. Proh! Dii immortales! cognoscisne tu me saltem, o Sosia! So. Propemodum. AMP. Cœnavine ego heri in portu Persico? ALC. Adsunt quoque mihi testes qui confirmant illud quod ego dicam. AMP. Qui sunt illi testes? ALC. Adsunt, inquam, testes. AMP. Quid testes prædictus? ALC. Revera unus sufficit. Neque ullus adfuit, nisi Sosia, nobis præsentibus. So. Nescio quid rei istud dicam, nisi est aliquis alias Amphitryo, qui forsitan curet tuas res te absente, et obeat tuum munus; nam est nimis suspiciendum quod pertinet ad illum Sosiam subdititium; nunc sane est alterum magis suspiciendum id quod pertinet ad istum Amphitryonem. Nescio*

*non potes vult Muretus.—190 cognostin B. 1. mox tu me Sosia saltem B. 1. Hl. 1. Ven. 1. 3. Bon.—193. 4 Hoc distichon abest a MSS. omnibus, servatur a Nonio v. Absente.—195 nisi si C. Pl. 3. 5. 6. Lgg. G. H. B. 1.—195. 6 est e fine vs. prioris ad initium posterioris movit Both.—196 alter G. mox hinc M. hic deest in Lgg. et Hl. 1. a pr. m.—198 qui nimis mirum est Pl. 1. 2. 5. mirum est minus vult Muret. V. L. 10. 3. mirum nimist Acidal. uti C. Pl. tres: nimis est mirum B. 1. nimis mirum est Hl. 1. in text. at in marg. minus.—199 H. vs. omittunt Lgg. de hoc Ven. 1. 3. Bon.—200 Distichon*

#### NOTÆ

194 *Nobis præsente]* Præsente et ab-sente sunt præpositiones duas, ad mentem Douati, et significant idem ac corum et sine; vel adverbia, ad mentem aliorum. Fint autem duo illa adverbia a sexto casu, sicut haec,

‘raro’ a ‘rarus,’ ‘modo’ a ‘modus,’ ‘assiduo’ ab ‘assiduus:’ sic ‘præsente’ a ‘præsens,’ ‘absente’ ab ‘absens;’ et in Catullo, ‘inspiranti nobis,’ pro ‘inspirantibus nobis.’

Nescio quis præstigiator hanc frustratur mulierem. 200

AL. Per supremi regis regnum juro, et matrem familias,  
Junonem, quam me vereri et metuere est par maxume,  
Ut mi, extra unum te, mortalis nemo corpus corpore  
Contigit, quo me impudicam faceret. AM. vera isthæc  
velim.

AL. Vera dico, sed nequicquam, quoniam non vis cre-  
dere. 205

AM. Mulier es, audacter juras. AL. quæ non deliquit, decet  
Audacem esse, confidenter pro se et proterve loqui.

AM. Satis audacter. AL. ut pudicam decet. AM. tu verbis  
probas.

AL. Non ego illam mihi dotem duco esse, quæ dos dicitur:  
Sed pudicitiam, et pudorem, et sedatum cupidinem, 210  
Deum metum, parentum amorem, et cognatum concordiam:  
Tibi morigera, atque ut munifica sim bonis, prosim probis.  
So. Næ ista edepol, si hæc vera loquitur, ex amussim est  
optuma.

*quis beneficus ludificatur hanc mulierem. ALC. Juro per regnum regis supremi et Junonem matrem familias, quam est æquum me vereri et timere, ut nemo mortalis extra te solum contigit corpus corpore, quo me redderet impudicam. AMP. Optarem isthæc vera. ALC. Dico vera, sed incassum, quia non vis credere. AMP. Es mulier, juras audacter. ALC. Decet eam, quæ non peccavit, esse audacem, et loqui pro se confidenter et constanter. AMP. Satis audacter. ALC. Ut decet castam. AMP. Tu probas te esse casiam verbis. ALC. Ego non existimo illam esse mihi dotem quæ dicitur dos; sed pudicitium, et pudorem, et moderationem cupiditatis, metum Deorum, amorem parentum, et concordiam cygnatorum, ut tibi sim obsequens, et larga in probos, prosim probis. So. Profecto ista per ædem Pollucis est recta*

hoc tribuitur Amphitryoni in B. 1.—200 H. vs. Amphitryoni tribuitur in Junt. Ven. 6.—202 pars maxima Lgg.—205 nequicquam C. Lgg.—206 quæ nec Lgg.—207 esse, et Junt. Ven. 6. Par. Bas. 3.—208 concedet Both. mox tu abest a B. 1. G. H. in verbis proba's C. Pl. 1. 2. 3. in verbis probas B. 1. Hl. 1. Ven. 1. 3. Bon. Pll. tres; Grnter vult ain; verbis proba es; Acidal. ut te verbis probas.—209 dico Hl. 1. e pr. m.—210 et sedatum et H. Both. sedatum et.—211 et concordiam H.—212 ut abest a Pl. 1. 5. 6. ut munificas in C.—213 vera hæc

#### NOTÆ

206 *Mulier es*] Tibullus: ‘ Ne ju- cedit animus quem proposuit ter- rare time: Veneris perjuria venti minum; Sed difficulter continetur Irrita per terras et freta summa fe- spiritus, Integritatis qui sincere runt.’ conscientius, A noxiiorum premitur insolentii.

*Quæ non deliquit*] Phædrus: ‘ Ex-

AM. Delenitus sum profecto ita, ut me qui sim nesciam.

So. Amphitruo es profecto: cave sis ne tu te usu perdiuis: 215

Ita nunc homines immutantur, postquam peregre advenimus.

AM. Mulier, istam rem inquisitam certum est non amittere.

AL. Edepol me libente facies. AM. quid ais? responde mihi.

Quid si adduco tuum cognatum huc a navi Naucratem,  
Qui tecum una vectus est una navi: atque is si denegat  
Facta, quæ tu facta dicis, quid tibi æquum est fieri? 221  
Nunquid causam dicis, quin te hoc multem matrimonio?  
AL. Si deliqui, nulla causa est. AM. convenit. Tu, Sosia,  
Duc hos intro: ego huc ab navi tecum adducam Naucratem.

So. Nunc quidem præter nos nemo est; dic mihi verum serio, 225

*ad unguem, si haec loquitur vera.* AMP. Profecto ita sum mente abalienatus, ut ignorem qui sim. So. Profecto es Amphitryo. Vide si vis, ne tu te amiseris usu; sic homines immutantur jam ex quo advenimus peregre. AMP. Mulier, constitutum est animo non prætermittere hanc rem inquisitam. ALC. Per ædem Pollucis facies me libente. AMP. Quid dicis? Responde mihi. Quid, si adducam huc e navi Naucratem tuum cognatum, qui vectus est una navi simul tecum, atque si ille negat ea accidisse quæ tu loqueris accidisse, quid est par tibi fieri? Numquid habebis causam quæ impedit quominus te repudiem? ALC. Si deliqui, nulla est causa. AMP. Convenit inter nos: tu, Sosia, duc hos intro, ego adducam tecum Naucratem e navi. So. Nunc profecto est hic nemo præter nos, dic mihi verum serio. Ec-



Arg. 3.—214 *delinitus* C. ex emend. olim *deliratus*; Pl. 1. et e pr. m. Pl. 2. et e 2da m. Pl. 4. et PII. reliqui *delinitus*, uti B. I.—216 *omnes immutamus* Schiopp. probante Both.—217 *istanc* C. ex emend. olim *istam*, uti PII. B. I. mox *amittier* Lgg. *admittere* Hl. I.—220 *est navi* Hl. I. e pr. m.—224 *du-*

#### NOTÆ

214 *Delinitus sum*] Deceptus sum carminibus magicis. Videlicet veneficorum est offerre exitium in pectulo melle condito, et cantu aures tenere dum vita petitur.

215 *Cave sis*] Donatus: 'Quia imperativa verba sunt contumeliosa, addebant Veteres 'sis,' quod signifi-

ficat, 'si vis:' et id urbanitatis gratia.'

Usu perdiuis [Usuperduis] Usuperdas: 'usuperdere' autem respondet 'usuecapere' et 'usufacere sumus.'

224 *Duc hos*] Forte captivos quos de Telebois ceperat Amphitryo.

Ecquis alius Sosia intu'st, qui mei similis siet ?

**A.L.** Abin' hinc a me dignus domino servus. So. abeo, si jubes.

**A.L.** Nimis ecastor facinus mirum est, qui illi collibitum siet

Meo viro, sic me insimulare falsum facinus tam malum.

Quicquid est, jam ex Naucrate cognato id cognoscam meo.

230

*quis est alius Sosia in ædibus, qui est similis mihi? ALC. Abisne hinc a me servus dignus domino. So. Abeo, si mundas. ALC. Per ædem Castoris est res valde mira, quomodo reniret in mentem meo viro sic me accusare falso crimine tam malo; quicquid est jam, accipiam a Naucrate meo cognato.*

---

*cam Hl. 1.—226 alter G. mox me is similis C.—228 conlitum C. Pl. 1. 2. et Hl. 1. e pr. m. collatum Lgg.—230 quicquid id est Hl. 1. Ven. 1. 3. Bon.*

---

## ACTUS TERTII SCENA PRIMA.

### JUPITER.

Ego sum ille Amphitruo, cui est servus Sosia,

Idem Mercurius qui sit, quando commodum 'st.

In superiore qui habito cœnaculo :

Quin interdum fio Juppiter, quando lubet.

*JUP. Ego sum ille Amphitryo, cujus servus est Sosia, qui est ipse Mercurius, quando mihi conductit: habito in cœnaculo supremo, et evado nonnunquam Jupiter*

---

*1 cuius est Pl. G.M. B.1. et e pr. m. Hl. 1. Ven. 1. 3. Bon.—2 quum Hl. 1.—3 scœnaculo vult Meursius; centunculo Lipsius ad Senec. Epist. 80.—*

### NOTÆ

3 In superiore qui habito cœnaculo] 'Cœnaculum' erat locus tegulis proximus, in quo tenuiores personæ habitate solent, quæ appellabantur olim 'cœnacularii,' a cœnaculo. Fetsus dicit in cœnacula non gradibus, ut in inferiores contignationes, sed sca-

lis esse ascensum. Græcis ὑπερφῶν, et Evangelistæ Marco cap. ult. ἀνώγεον. Porro Iesus est in hoc vocabulo: nam si Plantus intelligit de vero Jove, significat cælum, quod est, ut ita dicam, 'cœnaculum Dei'; si de histrione, est suprema domus pars.

- Huc autem quom extemplo adventum apporto, illico 5  
 Amphitruo fio, et vestitum immuto meum.  
 Nunc huc honoris vestri venio gratia,  
 Ne hanc inchoatam transigam **Comoediam** ;  
 Simul Alcumenæ, quam vir insontem probri  
 Amphitruo accusat, veni, ut auxilium feram : 10  
 Nam mea sit culpa, quod egomet contraxerim,  
 Si id Alcumenæ innocentia expetat.  
 Nunc Amphitruonem memet, ut occœpi semel,  
 Esse assimulabo, atque in horum familiam  
 Frustrationem hodie injiciam maxumam. 15  
 Post igitur demum faciam res fiat palam,  
 Atque Alcumenæ in tempore auxilium feram,  
 Faciamque ut uno foetu, et quod gravida est viro,  
 Et me quod gravida 'st, pariat sine doloribus.  
 Mercurium jussi me continuo consequi, 20  
 Si quid vellem imperare ; nunc hanc alloquar.

*quando placet ; ubi primum me confero huc, evado statim Amphitryo, et commuto meam vestem. Nunc prodeo huc ad vos honore prosecundos, ne relinquam hanc Comœdiām imperfectam. Uno tempore veni ut feram opem Alcumenæ, quam Amphitryo ejus accusat stupri innocentem. Nam si crimen quod ego commisi recidat in Alcmenam innocentiam, id mihi vertutis virtus : nunc capiam similitudinem Amphitryonis, ut feci una vice, et immittam huius hodie maximos errores in horum familiam ; sed deinceps curabo ut res pateat, et opitulabor Alcmenæ tempestive, et providebo ut pariat sine dolore, uno partu, et Iphiclium quo est gravida ex Amphitryone, et Herculem quo est gravida ex me. Mandavi Mercurio ut me consequatur e vestigio, ut ei præcipiam si quid velim. Nunc hanc alloquar.*

5 nunc autem Lgg. Ven. 3. Bon. mox quo C. Pl. 4. 5. 6. B. 1. Bon. quo exemplo Pl. 1. 2. 3. et Hl. 1. e pr. m. Ven. 1. 3. advento, e porta vult Acidal. adventum apparo Both.—7 nostri Hl. 1. e pr. m.—10 venio Both. mox darem H. —11 fit Hl. 1. —12 si ad C. Pl. —14 familia Lgg. —15 hodie abest a B. 1. totus versus deesse videtur in Lgg. initium C. initiam Pl. 1. iniciam Pl. reliqui ; iniciam B. 1. —20 sequi Lgg. continuo me sequi Hl. 1.

## NOTÆ

8 Ne hanc inchoatam transigam] Id est, relinquam imperfectam.

## ACTUS TERTII SCENA SECUNDA.

ALCUMENA, JUPITER.

DURARE nequeo in ædibus; ita, me probri,  
Stupri, dedecoris a viro argutam meo!  
Ea quæ sunt facta, infecta refert, ac clamitat:  
Quæ neque sunt facta, neque ego in me admisi, arguit:

Atque id me susque deque esse habituram putat. 5  
Non edepol faciam: neque me perpetiar probri  
Falso insimulatam: quin ego illum aut deseram,  
Aut satisfaciat mihi ille, atque adjuret insuper,  
Nolle esse dicta, quæ in me insontem protulit.

JUP. Faciendum est mihi illud, fieri quod illæc postulat,  
Si me illam amantem ad sese studeam recipere: 11  
Quando ego quod feci, factum id Amphitruoni obfuit,  
Atque ille dudum meus amor negotium

ALC. Non possum manere in ædibus: oportetne me sic insimulari a meo viro,  
flagitiæ, impudicitiae, infamiae? Narrat ea non esse acta quæ sunt acta, et vociferatur;  
reprehendit in me quæ neque sunt perpetrata, neque commissa a me; et arbitratur me esse laturam id non ita graviter. Per ædem Pollucis non committam  
neque feram me accusari falso stupri. Sane aut ego eum relinquaui, aut se purgabit  
apud me; et adjurabit præterea se nolle dixisse in quo protulit in me innocentem.  
JUP. Oportet me implere id quod illa optat fieri, si ego velim recipi ab illa amans,  
quoniam id, quod ego commisi, nocuit Amphitryoni; et ille meus amor movit jam-

3 Ita e conject. Camer. *facta infecta re est* cl. C. f. *infectave acclamitat* Pl. 1. 2. 5. H. et Hl. 1. e 2da m. f. *infectave accl.* Pl. 3. f. *infecta re accl.* Pl. 4. G. B. 1. Ven. 1. Bon. f. *infectane accl.* Pl. 6. f. *infecta restat*, cl. Lgg. prob. Gulielm. f. *infecta esse accl.* Ven. 3. f. *infecta esse occlumitat* vult Gronov. collat. Curcul. II. 3. *facta infectat esse occl.* Both. *infacta* M. 5. adque *susque C. me si isque* Hl. 1. mox *habiturum* G.—6 neque edepol H. M.—8 *satisfaciat* Hl. 1. ex emend. *ille abest a Junt.*—10 *illæ B. 1.*—13 *illi Arg. 3. Junt. Ven.*

## NOTÆ

1 *Probri]* Id est, adulterii. Genius pro specie. Neque enim gravius in mulierem probrum cadere potest, quam adulterium.

2 *A viro argutam meo]* Supple, patiar, feram. Omissa vox ad exprimentum affectum animi graviorem.

5 *Susque deque]* Idem quod Græcis ἀδιαφορεῖν, ne faire pas grand estat de

quelque chose.

8 *Satisfaciat mihi]* Duplex erat purgandi modus, aut jusjurandum, aut palinodia. Jurisjurandi exemplum est paucis post versibus. Palinodia erat, quando coram testibus qui læserat injuria, dictitabat se nolle dictum aut factum.

Insonti exhibuit; nunc autem insonti mihi

Illiis ira in hanc et maledicta expertent.

15

AL. Et, ecum, video, qui me miseram arguit

Stupri, dedecoris. JUP. te volo, uxor, colloqui.

Quo te avortisti? AL. ita ingenium meum est:

Inimicos semper osa sum obtuerier.

JUP. Heia autem inimicos! AL. sic est, vera prædico: 20

Nisi etiam hoc falso dici insimulaturus es.

JUP. Nimis verecunda es. AL. potin' es ut abstineas manum?

Nam certo si sis sanus, aut sapias satis,

Quam tu impudicam esse arbitrare et prædices,

Cum ea tu sermonem nec joco, nec serio

25

Tibi habeas, nisi sis stultior stultissimo.

JUP. Si dixi, nihil magis es, neque esse arbitror;

Et id huc revorti, uti me purgarem tibi.

Nam nunquam quicquam meo animo fuit ægrius,

Quam postquam audivi, te esse iratam mihi.

30

*pridem lites huic innocentia. Nunc vero ejus iracundia et convitia conjecta in illam, resident in me minime reum illorum. ALC. Sed ecce conspicor illum qui me accusat infelicem probri et dedecoris. JUP. Volo te alloqui, o conjux! quare te avertisti a me? ALC. Mens animus est perinde aversus: odi semper contueri meos inimicos. JUP. Eia vero dicas inimicos! ALC. Est sic; pronuntio quod res est, nisi es dicturus etiam hoc esse falsum. JUP. Es nimium pudica. ALC. Abstinenbisne marum? etenim procudubio si sis sanus, et satis sapias, tu non institues sermonem, neque serio, neque joco, cum ea quam tu putas et clamias esse corruptam, nisi sis amentior amentissimo. JUP. Si dixi, nihil es magis, neque puto esse, et idcirco reversus sum huc, ut me excusarem apud te. Nam nihil unquam tuli animo iniquiori quam postquam intellexi te esse iratam mihi. Quare dixisti? inquies: ego*

\*\*\*\*\*

6. probant Dissald. Gronov. Both.—15 expectent Hl. 1.—18 quo ted C. Pl. quonam te Cam. mox avertisti nunc Arg. 3. Junt. Ven. 6. advertisti Lgg.—19 semper meos osa Hl. 1. osa sum semper Ven. 1. 3. Bon.—21 hæc M. mox diti C.—22 iracunda, quod volunt Lamb. exhibet G.—24 arbitreris C. Pl. quatuor, Hl. 1. arbitrare Pl. 1. 2. mox perdisca Hl. 1.—25 cum fatu C. B. 1. Pl. 4. confatu Pl. 1. 2. cum fatus Pl. 3. Ven. 1. 3. Bon. confutus Hl. 1. conficto Pl. 5. cum fatua Pl. 6. nec loco C. Pl.—26 nisi si sis C. absque si Pl.—27 neque ego esse C. Lgg.—29 fugit Bon.—30 audivit te C.—31 didix-

#### NOTÆ

20 *Heia autem inimicos*] Viros, a quibus divortio discessissent uxores, inimicos appellabant.

22 *Nimis verecunda es*] Seneca:

Ferat jacentes in terram oculos; adversus officiosum salutatorem humana potius quam invercunda sit.'

Cur dixisti ? inquies ; ego expediam tibi.  
 Non edepol quo te esse impudicam crederem :  
 Verum periclitatus animum sum tuum,  
 Quid faceres, et quo pacto id ferre induceres.  
 Equidem joco illa dixeram dudum tibi, 35  
 Ridiculi causa : vel hunc rogato Sosiam.  
**A.L.** Quin huc adducis meum cognatum Naucratem,  
 Testem quem dudum te adducturum dixeras  
 Te huc non venisse ? **JUP.** Si quid dictum est per jocum,  
 Non æquum est id te serio prævortier. 40  
**A.L.** Ego illud scio quam doluerit cordi meo.  
**JUP.** Per dexteram tuam te, Alcumena, oro, obsecro,  
 Da mihi hanc veniam : ignosce ; irata ne sies.  
**A.L.** Ego istæc feci verba virtute irrita :  
 Nunc quando factis me impudicis abstines, 45  
 Ab impudicis dictis avorti volo.  
 Valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas.  
 Juben' mi ire comites ? **JUP.** sanan' es ? **A.L.** si non jubes,

*tibi aperiam. Per adem Pollucis non dixi id quo crederem te esse impudicam, sed feci periculum tui animi ; quid ageres et qua ratione induceres in animum id perpetri ; porro ego tibi dixeram dudum joco ad ridendum, vel roga id ab hoc Sosia.*  
**A.L.** *Quare tu non adducis huc meum cognatum Naucratem, quem dixeras dudum te adducturum testem, te non venisse huc ?* **JUP.** *Si dictum est aliquid per jocum, non est par te accipere serio.* **A.L.** *Ego sensi quantum mihi fuerit grave.* **JUP.** *Te obtestor per tuam dexteram, Alcmenu, da mihi hanc veniam ; purce, ne sis irata.* **A.L.** *Ego feci hæc, confutavi hæc verba virtute ; nunc quoniam confiteris me non esse ream factorum impudicorum, volo me præstare immunem a verbis impudicis. Vale, habe tibi tuas res, redde meas.* *Visne mihi adjungere comites ?* **JUP.** *Esne*

*isti C. unde Parens ernere vult id dixisti ; at di lineola subduxit 2da manus.*  
*—33 sum animum Hl. 1. Ven. 1. 3. Bon. —35 etquidem B. 1. Hl. 1. —39 si quidem B. 1. —41 illum C. et Pl. 3. 4. e pr. m., e 2da illud, uti Pl. reliqui. —45 abstineo vult Acidal. abstinentis H. —48 ire abest a Lgg. mox in iisdem sin ibo. —*

## NOTE

47 *Valeas, tibi habeas res tuas]* Formula solvendi matrimonii ex XII. Tabb. ‘ Si vir ab uxore divertit, uxori suas res sibi habere jubeto, eique claves admitto.’ Cie. Philip. II. ‘ Miam illam snam suas res sibi habere jussit : ex XII. Tabb. ‘ claves admitt,’ ‘ exegit.’

48 *Juben' ire comites]* Moris semper fuit, ut summo genere Matronæ nunquam incomitatae processerint in publicum, non solum quia id facit ad earum amplitudinem, verum etiam quia non desunt testes vitæ et morum.

Ibo egomet, comitem Pudicitiam duxero.

JUP. Mane, arbitratu tuo jusjurandum dabo, 59

Me meam pudicam esse uxorem arbitrariet.

Id ego si fallo, tum te, summe Juppiter,

Quæso, Amphitruoni ut semper iratus sies.

AL. Ah! propitius sit potius. JUP. confide fore.

Nam jusjurandum verum te advorsum dedi. 55

Jam nunc irata non es? AL. non sum. JUP. bene facis.

Nam in hominum ætate multa eveniunt hujusmodi:

Capiunt voluptates; capiunt rursum miserias;

Iræ interveniunt; redeunt rursum in gratiam.

Verum iræ si quæ forte eveniunt hujusmodi, 60

Inter eos rursum si reventum in gratiam est,

Bis tanto amici sunt inter se, quam prius.

AL. Primum cavisse oportuit ne dices,

Verum eadem si isdem purgas, mihi patiunda sunt.

JUP. Jube vero vasa pura adornari mihi, 65

Ut, quæ apud legionem vota vovi, si domum

Redissem salvus, ea ego exsolvam omnia.

AL. Ego istuc curabo. JUP. evocate hoc Sosiam:

sana? ALC. Si non adjungis, profiscar, ibo egomet sola, ducam Pudicitiam comitem. JUP. Ne abi, interponam jusjurandum tuo arbitratu, me censere meam conjugem esse castam. Nisi id dicam vere, tum te obsecro, summe Jupiter, ut sis semper iratus Amphitryoni. ALC. Ah! sit potius propitius. JUP. Crede fore; nam nisi verum jusjurandum pro te; non es jam irata? ALC. Non sum. JUP. Agis recte; nam complura accidunt ejusmodi in vita hominum; capiunt voluptates, capiunt rursus dolorem; iræ ingruunt, redeunt rursus in gratiam: sed si aliquæ iræ ejusmodi contingunt fortasse inter eos, si redeunt in gratiam, sunt iterum amici inter se altero tanto quanto antea. ALC. Primum oportuit videre ne dices; sed si idem eadem excuses, mihi ferenda sunt. JUP. Manda vero mihi comparari vasa pura, ut ego persolvam omnia illa vota quæ nuncupavi in bello, si repeterem domum incolumnis. ALC. Ego curabo illud. JUP. Evocate hoc Sosiam, accersat Blepha-

\*\*\*\*\*

49 comitem mihi Pud. Lgg. G. H. M. Hl. 1. Ven. 1. 3. Bon. duxero P. mihi Both.—52 falso Lgg.—54 confido G. B. 1.—64 isdem C. Pl. 1. 6. Pll. reliqui isdem; in Lgg. deest isdem.—65 odoruari B. 1.—69 mea manu Hl. 1. in text.

### NOTÆ

62 Bis tanto] Idem quod 'altero tanto.' Hinc Terent. in Andr. 'A-  
mantium iræ, amoris redintegratio est.'

65 Vasa pura] Quæ in alios quam

sacrificiorum usus non adhibentur.  
Purum interdum 'simplex' accipitur,  
ut argentum 'purum' est oppositum  
'cælato.'

Gubernatorem qui in mea navi fuit  
 Blepharonem arcessat, qui nobiscum prandeat.      70  
 Is adeo impransus ludificabitur :  
 Quom ego Amphitruonem collo hinc obstricto traham.  
**A.L.** Mirum quid solus secum secreto ille agat !  
 Atque aperiuntur ædes : exit Sosia.

*ronem gubernatorem qui fuit in mea navi, qui prandeat nobiscum. Huic adeo illudetur incænato, quando ego abducam hinc Amphitryonem obtorto collo. ALC. Mirum quid ille dicat solus seorsum. Sed aperiuntur ædes: Sosia prodit.*

—70 accersat Hl. 1. in text.—71 dolis addit J. Gulielm.

## ACTUS TERTII SCENA TERTIA.

SOSIA, JUPITER, ALCUMENA.

AMPHITRUO, assum : si quid opus est, impera : imperium exequar.

JUP. Optume advenis. So. jam pax est inter vos duos ?  
 Nam quia vos tranquillos video, gaudeo et volupe est mihi,  
 Atque ita servom par videtur frugi sese instituere :  
 Proinde heri ut sint, ipse item sit : voltum e voltu comparet :

Tristis sit, si heri sint tristes : hilarus sit, si gaudеant.  
 Sed age, responde : jam vos redistis in concordiam ?

So. Præsto sum, Amphitryo : si tibi est opus quopiam, manda, implebo mandatum. JUP. Adrenis opportune. So. Pax interceditne inter vos duos, obscro ? Nam vos cerno quietos ; idcirco lator, et id mihi est jucundissimum ; et videtur æquum ut bonus servus sese sic componat, ut sit ipse perinde atque est herus ; componat suum vultum ex ejus vultu ; sit mastus, si heri sint mæsti ; si sint lati, lateatur. Sed age, responde, vosne rediūstis in concordiam ? JUP. Derides me, qui scis

2 opportunè Both. quo teste in Terent. Heant. (127.) MSS. Berol. et Helmstad. legunt optime vice opportune. Optimo optime vult Taubm. at quæso duos Camer. Cum Botheo facit Hl. 1. oportune in text. at optime in marg.—5 item ipse C.—6 Ita C. tristes si fuerint Pl. 1. Hl. 1. fuerint si tristes Pl. 4. 5. 6. in omnibus heri omisso ; testis sit fuerint si B. 1. mox hilaris B. 1. heri

JUP. Derides, qui scis hæc jam dudum me dixisse per jocum.

So. An id joco dixisti? equidem serio ac vero ratus.

JUP. Habui expurgationem; facta pax est. So. optume est. 10

JUP. Ego rem divinam intus faciam, vota quæ sunt. So. censeo.

JUP. Tu gubernatorem a navi huc evoca verbis meis Blepharonem, ut re divina facta tecum prandeat.

So. Jam hic ero, quum illic censem esse me. JUP. actu-  
tum hue redi.

AL. Nunquid vis quin abeam jam intro, ut apparentur quibus opus? 15

JUP. I sane, et quantum potest parata fac sint omnia.

AL. Quin venis, quando vis, intro: faxo haud quicquam sit moræ.

JUP. Recte loquere, et proinde diligentem ut uxorem decet.

Jam hi ambo et servos et hera frustra sunt duo,

*me dixisse hoc per jocum. So. An dixisti hæc joco? Equidem arbitrabar te dicere serio ac vere. JUP. Me excusari, pax integrata est. So. Bene est. JUP. Ego faciam intro rem divinan, sicut vovi. So. Ita sentio. JUP. Tu voca huc meis verbis Blepharonem gubernatorem navis, ut epuletur tecum, peracta re divina. So. Jam ero hic quando putabis me esse illuc. JUP. Revertere huc statim. ALC. Estne aliquid quod impedit quominus ingrediar, ut instruantur quæ sunt necessaria. JUP. I certe, et quantum in te erit, fac univera sint comparata. ALC. Quin venis intro quando voles, dabo operam ut nihil sit moræ. JUP. Dicis recte, et perinde decet uxorem diligentem quæ diligit virum. Jam hi ambo et servus et hera*

si Ven. 1. 3. Bon.—8 deridesne, qui scis jamdudum hæc me dire Both. me a Pl. 1. dudum a Pl. 2. et hæc a Lgg. absunt.—10 Alcmenæ tribuunt Lgg. hab. exp.—12 Lgg. e navi huc avocabis meum; G. ex navi.—14 jam abest a B. 1.—15 jubeam H. apparetur Ven. 1. 3. Bon. opus est Pl.—16 potes Hl. 1. Pl. B. 1. et, post rasuram, C. mox fac ut sint B. 1. Hl. 1. potes parata facta Ven. 1. potis fac parata Ven. 3. Bon.—17 teni Pl. G. M. B. 1. Hl. 1. Post h. v. alter e Nonio in voce *Exjurare* inseritur, ‘Quando isthæc omnia exjurasti te mihi dixe per jocum.’ Deest in MSS. et edd. princ. Extat primum in Brix.

#### NOTÆ

11 *Vota quæ sunt*] Votus, vota, immolassent, partes quasdam secum votum, adjecit. ‘res quæ sunt votæ.’

13 *Ut re divina facta tecum prandeat*] Moris erat religiosi apud Veteres, ut ex ipsis victimis quas Diis

immolassent, partes quasdam secum dominum asportarent, vocatisque propinquis et amicis, quasi in signum communionis et amicitiae ex iis convescerentur.

Qui me Amphitruonem rentur esse : errant probe. 20  
 Nunc tu divine fac huc assis Sosia.  
 Audis quæ dico, tametsi præsens non ades :  
 Fac Amphitruonem advenientem ab ædibus  
 Ut abigas quovis pacto, fac commentus sies.  
 Volo deludi illum, dum cum hac usuraria 25  
 Uxore nunc mihi morigerō, hæc curata sint,  
 Fac sis : proinde adeo, ut me velle intellegis :  
 Atque ut ministres mihi, cum mihi sacrificem.

sunt delusi, qui arbitrantur me esse Amphitryonem: errant insigniter. Nunc tu, caelstis Sosia, assis huc, audis quæ dico, quamvis non ades præsens: fac quarvis arte ut arceas ab ædibus Amphitryonem jamjam adventantem: fac ut comminiscaris fallaciam. Volo te illum ludificari. Da operam ut hæc fiant interea dum mihi morem gero cum hac uxore usuraria; præsta id sicut intelligis me velle, et ut mihi ministres, quando mihi sacrificabo.

—19 *amabo* Hl. 1.—22 *huc fac* C. Pl. B. 1. *præses* C.—23 *huc adv.* Arg. 3. Junt. Ald. Both.—24 *pacto facto fac* Hl. 1. *fac* omittit G. *cum mentus* C.—25 Lgg. *diludi illum hædum*; at vice *dum cum* C. edum.—26 *nunc* C. et Pl. 3. e pr. m., a 2da *nunc* deest, ut in Pl. reliquis, et B. 1. *uxorem* Pl. 3. mox sient Lgg.

## NOTÆ

21 *Divine Sosia]* Id est, Mer- 26 *Morem gero mihi]* Genio meo curi: ad differentiam terrestris So- obsequor.  
 siæ, id est veri.

## ACTUS TERTII SCENA QUARTA.

MERCURIUS.

CONCEDITE atque abscedite, omnes de via decedite;  
 Nec quisquam tam audax fuat homo, qui obviam obsistat  
 mihi.

MER. Secedite universi una, et absistite; desistite de via, neque ullus homo sit  
 jam adeo temerarius, ut obstet obviam mihi. Etenim per Herculem quare non

1 *discedite* Hl. 1.—2 *non quisquam* Lgg. *suit* Pl. 4. e pr. m., e 2da *fuat*, sn-  
 perscripto *sit*; fuerat Pl. 6. Palmer e cod. Nec quisquam tanto ausu *fuat*: Gruter

## NOTÆ

2 *Fuat*] Fuam, fuas, fuat, sit quæ ab eo enascuntur tempora,  
 vel fiat; unde 'fui,' præterit. et

Nam mihi quidem, hercle, qui minus liccat Deo minitarier  
Populo, ni decedat mihi, quam servulo in **Comœdiis**?  
Ille navem salvam nunciat, aut irati adventum senis : 5  
Ego sum **Jovi** dicto audiens, ejus jussu nunc huc me assero.  
Quamobrem mi magis par est via decedere, et concedere.  
Pater vocat me, eum sequor, ejus dicto imperio sum au-  
diens :

Ut filium bonum patri esse oportet, itidem ego sum patri.  
Amanti supparasitor, hortor, asto, admoneo, gaudeo. 10  
Si quid patri volupe'st, voluptas ea mihi multo maxuma'st.  
Amat? sapit: recte facit, animo quando obsequitur suo:  
Quod omnes homines facere oportet, dum id modo fiat  
bono.

Nunc Amphitruonem volt deludi meus pater; faxo probe,  
Jam deludetur, spectatores, vobis spectantibus. 15

*mihi perinde concedatur numini minari plebi, nisi mihi faciat viam, quam manci-  
piolo in Comœdiis? Hic refert aut ratem incolunam, aut adventum senis irati.  
Ego obtempero Jovi; me confero nunc huc illius imperio; quapropter est æquius  
assistere de via, et una cedere. Pater me accersit, cum comitor, obtempero illius  
mandato, sicut decet natum esse obsequentem patri; ego sum ejusmodi erga patrem.  
Ob eo vices parasiti pro patre amante, impello, assum, commonefacio, lætor: si quid  
affert voluptatem patri, ea voluptas mihi est jucundissima, dat operam amori, sapit.  
Facit bene, quando morem gerit suæ libidini: necesse est eum facere id quod uni-  
versi mortales faciunt, dummodo id sicut recta ratione. Nunc meus pater optat ludifi-  
cari Amphitryonem: præstabo id naviter; ille ludificabitur mox, spectatores, vobis*

---

Suspic. III. 11. voluit n. q. tanti ausus.—4 ut decedat Ven. I. 3. Bon. decebat  
B. I.—5 aut abest a C. Pl. mox ingrati vult Acidal.—6 Joris B. I.—7 mihi  
C. Pl. H.—9 ego ago C.—10 subparasitor C.—13 flat C.—15 deludetur

#### NOTÆ

3 *Hercle]* Risum captat Comicus usurpato jurejurando in eum qui non-dum natus est. Neque enim est histrio tantam adlibere diligentiam in ratione temporum et judicio.

4 *Servulo in Comœdiis]* Patet ex hoc versu et sequenti, Amphitryonem, Comœdiam non esse primam exhibitam a Plauto, sed ad minimum quartam. Nam et Mercatorem, et Stichum, et Mostellarium hoc loco notat esse exhibitas. Nam Acanthio

currit in Mercatore ad herum Charinum, ut nuntiet Pasicompsam Chargini amicam a patre Demiphone esse visam in navi. Dinacum servus nuntiat Panegyri heræ suæ in Sticho Epignomum Panegyris maritum ex Asia reversum, in anchoris esse in portu. Et Tranio in Mostellaria nuntiat Theeuropidis senis adventum inexpectatum.

13 *Dum id modo fiat bono]* Dum in eo nihil committatur contra leges.

Capiam coronam mihi in caput, assimulabo me esse ebrium,

Atque illuc sursum ascendero : inde optume cispellam virum.

De supero, quum huc accesserit, faciam ut sit madidus sobrius.

Deinde illi actutum sufferet suus servos poenas Sosia.

Eum fecisse ille hodie arguet, quae ego fecero hic : quid id mea ? 20

Meo me æquum est morigerum patri, ejus studio servire addecet.


Sed eccum Amphitruonem ; advenit : jam ille hic deludetur probe,

Siquidem vos voltis auscultando operam dare.

Ibo intro, ornatum capiam, qui potis decet. 24

Dein sursum ascendam in tectum, ut illum hinc prohibeam.

*cernentibus. Miki imponam coronam in caput, simulabo me esse temulentum, et ascendam in illa tecta sursum. Ita dispellam illine egregie hominem. Quando advenerit huc, efficiam ut siccus sit madidus ab alto. Postea ille Sosia ejus mancipium dabit modo poenas. Ille eum reprehendet hodie eum perpetrasse quæ ego perpetravero hic. Est par me esse obsequenter meo patri, oportet me obtemperare ejus voluntati. Sed adest Amphitryo, advenit, illum ludificabor mox egregie, si desideratis navare operam audiendo. Ingrediar, induam vestem quæ est convenientior, deinde ascendam sursum, ut illum arceam hinc.*



*spectatoribus* Hl. 1. e pr. m. *adspectantibus* G. *inspectantibus* Hermann. de Metr. p. 161.—16 *capud* B. 1.—17 *escendero* C. *scis pellam* C. Pl. 4. et 5. e pr. m., e 2da *cispellam*; *cxpellam* Pl. reliqui, et Hl. e pr. m. G. *aspellam* H. M. uti voluit Bentl. ad Terent. Heaut. II. 3. 20.—18 *huc abest a* B. 1. Post h. vs. inserere alterum apud Nonium in *Matella* vult Pistor, *Ne tu postules urnam tibi aquæ infundi in Caput.*—19 *Ille* B. 1.—20 *quom eum* B. 1. *mox id abest a* MSS. et edd. vet. *quid est mea* Pl. 1. 2. et, pro gl., Pl. 4.—24 *potis* Steph. et Lips. *potes* Lgg. *potius* MSS. ceteri et edd. vet.—25 *deinde* C. Lgg. Hl. 1. Ven. 1. 3. Bon. *susum* C.

#### NOTÆ

16 *Capiam coronam*] Coronam floræm gestabant potantes et Græci et Romani; rati videlicet odoribus retundi ebrietatem. Athenæus pluribus in locis de illis coronis.

17 *Cispellam*] Dispellam; quasi citra pellam, et dispellam.

18 *Madidus sobrius*] Lusus in verbo ‘madidus.’ ‘Madidus’ enim aqua extus aspersum, et vino intus plenum significat. Hie extus tantum futurus est Amphitryo, aspersa ab alto per Mercurium aqua, intus siccus et jejunus futurus.

## ACTUS QUARTI SCENA PRIMA.

AMPHITRUO.

NAUCRATEM quem convenire volui, in navi non erat:  
 Neque domi, neque in urbe invenio quemquam, qui illum  
 viderit.  
 Nam omnis plateas perreptavi, gymnasia et myropolia : 5  
 Apud emporium, atque in macello, in palæstra atque in  
 foro,  
 In medicinis, in tonstrinis, apud omnis ædis sacras :  
 Sum defessus quæritando ; nusquam invenio Naucratem.  
 Nunc domum ibo, atque ex uxore hanc rem pergam ex-  
 quirere,  
 Quis fuerit, quem propter corpus suum stupri compleverit.  
 Nam me, quam illam quæstionem inquisitam hodie amit-  
 tere,  
 Mortuum satius est. Sed ædis occluserunt. Eugepæ ! 10

AMP. *Naucrates, quem volebam adire, non erat in navi ; invenio neminem neque in ædibus neque in civitate, qui eum conspiceret. Etenim vagatus sum per cuncta compita, gymnasia, tabernas unguentarias ; apud mercatum, et in macello, in pakestra atque in foro, in medicinis, in tonstrinis, apud omnes ædes sacras. Sum defatigatus pervestigando, mihi occurrit nullibi Naucrates. Nunc pergo ad ædes, et persequar percontari a conjuge hanc rem, quis extiterit juxta quem sese contaminaverit stupro. Etenim præstat mortem oppetere, quam prætermittere hodie illam questionem sine examine. Verum occluserunt domum. Eugepæ ! hoc fit perinde atque*

\*\*\*\*\*

4 atque in pal. vult Acidal.—8 fuit Arg. 3. Ald.—10 euge Hl. 1.—12 alte-

## NOTÆ

1 *Naucratem*] Pro *Naucrates*. Hel-  
 lenismus. Virgilius: ‘Urbem quam  
 statuo, vestra est,’ pro, urbs quam  
 statuo, ant quam urbem statuo.

3 *Gymnasia*] Palæstræ in quibus  
 nudi exercebantur.

*Myropolia*] A μυρόν ‘unguentum,’  
 et πωλέω ‘vendo ;’ id est, tabernæ  
 unguentariæ, *Parfumeurs et Apoticiæ*.

4 *Macello*] Sic dictus Romæ lo-

cus in quem edulia omnis generis  
 conferebantur, et venalia propone-  
 bantur.

*Palæstra*] Lōens, in quo cursu,  
 lucta, et aliis ludis adolescentes ex-  
 ercebantur.

*Foro*] Hic de Curia et locis in qui-  
 bus judicia ferebantur.

10 *Eugepæ*] Id est, optime, in-  
 terjectio adhortantis, hic ironice  
 dicta.

Pariter hoc fit, atque ut alia facta sunt: feriam foris.  
Aperite hoc: heus, ecquis hic est? ecquis hoc aperit os-  
tium?

*cetera jam facta sunt. Pulsabo januam. Patefacite hoc, heus! ecquis est hic?  
ecquis patefacit hanc januam?*

rum hoc abest a B. 1. et Hl. 1. e pr. m.

### ACTUS QUARTI SCENA SECUNDA.

MERCURIUS, AMPHITRUO.

QUIS ad foris est? AM. ego sum. ME. quid ego sum?  
AM. ita loquor. ME. tibi Juppiter

Dique omnes irati certo sunt, qui sic frangas forces.

AM. Quo modo? ME. eo modo, ut profecto vivas ætatem  
miser.

AM. Sosia. ME. ita sum Sosia, nisi me esse oblitum ex-  
istimas.

Quid nunc vis? AM. sceleste, at etiam quid velim, id tu  
me rogas? 5

ME. Ita rogo. Pene effregisti, fatue, foribus cardines.

An foris censebas nobis publicitus præberier?

Quid me aspectas, stolide? quid nunc vis tibi? aut quis  
tu es, homo?

MER. *Quis stat ad ostium?* AMP. *Ego sum.* MER. *Quid? ego sum.* AMP.  
*Ita dico.* MER. *Jupiter et cuncti Dii sunt sine dubio infensi tibi, qui frangis sic*  
*januam.* AMP. *Quo modo?* MER. *Eo modo, ut proculdubio degas vitam infeli-  
cem.* AMP. *Sosia.* MER. *Ita sum Sosia, nisi arbitraris me mei esse oblitum.*  
*Quid vis jam?* AMP. *Improbè, tu a me postulas quoque quid petam?* MER.  
*Etiam peto.* Propemodum comminuisti cardines ostii, amens. Nonne existimabas  
nobis esse suppeditandas de publico? Quid me aspicis, stulte? Quid tibi vis nunc?

1 quis ego B. 1. G. H. Both. mox ita deest in Lgg.—2 frangis B. 1.—4 ob-  
litum censeus Lgg.—5 quod velim B. 1.—6 effregisti C.—8 aut tu qui B. 1.—

AM. Verbero, etiam quis ego sim me rogitas ? ulmorum  
acheruns,

Quem pol ego hodie ob isthæc dicta faciam ferventem fla-  
gris. 10

ME. Prodigum te fuisse oportet olim in adolescentia.

AM. Quidum ? ME. quia senecta ætate a me mendicas  
malum.

AM. Cum cruciatu tuo isthæc hodie, verna, verba funditas.

ME. Sacrifico ego tibi. AM. qui ? ME. quia enim te  
macto infortunio.

*aut quis es tu homo ? AMP. Flagrio, a me sciscitaris etiam quis ego sim ? Mors virgarum, quem per Pollucem ego reddam hodie excandescentem verberibus, propter istu verba. MER. Est necesse te extilisse quondam profusum in juventute. AMP. Quare ? MER. Quia a me rogas infortunium in senili ætate. AMP. Verna, profers hodie ista dicta. MER. Ego tibi lito. AMP. Quo pacto ? MER. Quia te macto infortunio.*

\*\*\*\*\*

9 sum M.—11 pro diguum Lgg. mox adulescentiam C.—12 quidam C. mox se-  
nectæ Lgg.—14 infortunio abest ab Hl. I.

#### NOTÆ

9 *Ulmorum acheruns*] Id est, vo-  
rago ulmearum virgarum, servus qui  
adeo nequam est, ut in eo cædendo  
condendæ sint ulmi integræ in ejus  
tergo. ‘Acheruns’ et ‘Achero’ est  
mortis mortuorumque domicilium, ab  
α privativo, et χαίρω ‘gandeo,’ quia  
infernus est ubi ‘habitat luctus,’ ut  
ait Virgil.

13 *Verna*] Servus domi, a domes-  
ticis servis natus.

14 *Sacrifico ego tibi*] Offensus Am-

phitryo quod innurbanus loquatur ser-  
vus ejus Sosia, sicut existimabat, hic  
quasi inurbanitatis deprecatus invi-  
diā, se sacrificare ait Amphitryoni :  
qui honos ceteros omnes antecellit ;  
sed verbum interpretatus, ad risum  
concitandum se sacrificare ait infor-  
tunium pro victima.

*Macto*] ‘Macto Deos,’ pro macto  
Diis, dicebant Antiqui. Unde Plan-  
tinus jocus, ‘te macto infortunio,’  
pro, tibi macto.

## SUPPOSITA.

AM. Tun' me mactes, carnufex? nisi formam Dii hodie meam perdunt,  
 Faxo ut bubulis coriis onustus sis, Saturni hostia.  
 Ita ego te certo cruce et cruciatu mactabo: exi foras,  
 Mastigia. ME. larva umbratilis, tu me minis territas?  
 Nisi hinc actutum fugias, si denuo pultaveris, 5  
 Si minusculo digito increpuerint fores, hac tegula

AMP. Mihine sacrificas sic, furcifer? nisi Dii mihi adimant hanc formam quam præfero, curabo ut obruaris scuticis bubulis, o hostia Saturni. Sic sine dubio ego te conficiam cruce et cruciatu. Egressere foras, verbero. MER. Larra nocturna, tu mihi vis timorem injicere tuis minis? Nisi absistas hinc velociter: si pulsaveris fores iterum: si impuleris fores vel extremo digito; tibi com-

Hæc Supposita desunt in MSS. et edd. vet. Ea Bon. nescio unde, exhibet longe aliter, quam in aliis editionibus recentioris ævi disposita. Linea transversa indicat finem versiculorum in Bon. quoties hæc ab aliis discrepat. Ea omnia Bothius in metra redigit aliter in textu, in notis aliter. Quoniam vero nondum liquet, utrum ea sint revera, necne, Plautina, de metris curiose anquirere est supervacaneum.

1 In margine B. l. rubrica scriptum exhibet, 'Hic fortassis deficiunt septem versus, qui in exemplari antiquo videbantur deficere.' Ex iis septem manus recentior hos quinque adlevit margini Hl. 2. AM. Tu me mactes carnifex, nisi formam di hodie meam | Perduint faxo ut bubulis coriis onusis | Saturni hostia. ME. Larva umbratilis me minis tentas | Ni hinc fugias. AM. Si denuo pultaveris | Si minusculo digito fores increpuerint | omissis verbis At ego certe cruce et cruciatu mactabo | Exi foras mastigia | quæ sic scripta exhibet Bon. quinque iis præfixa, quibus subjicit Hac tegula . . . expuas | . perdiunt Bon.—2 coris

## NOTÆ

1 *Formam Dii perduint*] Alludit ad fabulas, in quibus homines in ipso æstu aut iracundiæ aut doloris aut amoris formam exuunt humanam, alienam induunt. Innuitque Amphitryo daturum sibi pœnas Sosiam, nisi repente Deorum potentia mutetur.

2 *Saturni hostia*] Carthaginenses iratum sibi Saturnum placabant humanis hostiis et suis liberis; sed tandem victi vi naturæ furtivos pueros educabant suorum loco, et gladiis impiaæ religionis pro suis subjiciebant.

Interminatur exitium Amphitryo Sosiae; quasi domi ad id educato; id que in convitium Carthaginensium dicitur, utpote cum quibus bellum erat Romanis, quando exhibita est Amphitryo.

4 *Larva umbratilis*] Apuleius: 'Larvalis forma,' id est, larva et umbra, vel umbra larvæ, quæ per se 'umbra est,' quasi dicas 'umbram umbræ,' aut 'larvam larvæ.' Ad contemnum Amphitryonis jam senis, et noctu occursantis, ut vulgo occursant et 'umbrae' et 'larvae.'

Tuum deminuam caput, ut cum dentibus linguam excreas.

AM. Tun', furcifer, meis me procul prohibessis aedibus?

Tun' meas pulsare foreis? hasce illico toto demoliar cardine.

ME. Pergin? AM. pergo. ME. accipe. AM. sceleste, in herum?  
si te hodie apprehendero,

10

Ad id redigam misericordiarum, ut semper sis miser.

ME. Bacchanal te exercuisse oportuit, senex. AM. qui dum?

ME. Quando tu me tuum servom censes. AM. quid? censeo?

ME. Malum tibi: praeter Amphitruonem, herum novi neminem.

AM. Num formam perdidi? mirum quin me norit Sosia.

15

Scrubabor: echo dic mihi, quis videor? num satis Amphitruo?

ME. Amphitruo! sanusne es? Nonne tibi praedictum, senex,  
Bacchanal te exercuisse, quom qui sis, alium rogites?

Abscede, moneo: molestus ne sies, dum Amphitruo

Cum uxore, modo ex hostibus adveniens, voluptatem capit.

20

AM. Qua uxore? ME. Alcumena. AM. quis homo? ME. quo-  
tiens vis dictum? Amphitruo,

*minuam caput hac tegula quam teneo, ut expuas linguam cum dentibus. AM. Furcifer! tu me summores a meis tectis? Tu me vetas pulsare fores? Ego statim eorum convellam omnes cardines. ME. Pergine pulsare fores? AM. Pergo. ME. Accipe aquam qua te aspergo. AM. Nequam, conjicis aquam in herum; si te tenuero hodie, te redigan eo misericordiarum, ut sis futurus perpetuo miser. ME. Oportet Bucchum te agitasse hodie, o senex! AM. Quare? ME. Quia tu putas me esse tuum servum. AM. Quid? censeo te esse meum servum? ME. Infortunium tibi accidat: ego non novi alium herum quam Amphitryonem. AM. An amisi formam? Mirum est Sosiam non me noscere. Me scrubabor. Heus tu, Sosia. Dic mihi si non sum Amphitryo? Quis tibi videor esse? Nonne sum satis Amphitryo? ME. Es Amphitryo? Esne sanus? Nonne tibi dixi, o senex, te esse iactatum a Baccho, quando petis ab alio qui sis? Abscede, credo mihi: ne sis molestus, interca dum Amphitryo reversus a Telebois capit voluptatem cum uxore. AM. Cum qua uxore? ME. Cum Alcmena. AM. Quis? ME. Amphitryo. Quo-*

\*\*\*\*\*

Bon.—6 *inrepueris* vult Acidal.—8 *prohibes* Bon.—9 *pultare* Bon. mox AM.  
hasce Bon.—10 *in hac* | Si Bon.—11 *ad id te Arg. 3.* mox miser | Bon.—12 *exe-  
ruisse* Bon. mox *quidam* | Bon.—14 *nam mihi herum praeter Amphitryonem n.n.* |  
Bon.—15 *perdidi?* *quem me minus* Bon.—18 *Bacchus bacchanal excravisti* Bon.  
—19 *abscede* Bon.—21 *quis illuc homo* | Bon. mox *dictum vis* Bon.—22 *sies* |

#### NOTÆ

10 *Accipe*] Vs. 17. A. III. Sc. 4. non  
tegula appetitum, sed aqua aspersum  
conjecere est, ubi sic ait Mercurius:  
'faciam ut sit madidus sobrius:' 'Ac-  
cipe,' id est, accipe aquam qua te  
aspergo.

12 *Bacchanal*] 'Bacchanal' erat  
locus in quo vulgo commorabantur

Bacchantes, id est, furoribus a  
Baccho immissis incitatae fœminæ.  
Nam Veteres existimabant immitti  
furem in homines a 'Baccho, Ce-  
rere, et Luna: a Baccho incitati,  
Bacchi; a Cerere, Cereriti, Cer-  
riti, Ceriti: a Luna, Lunatici dice-  
bantur.'

Herus meus ; molestus ne sies. AM. quicum cubat ?

ME. Vide ne infortunium quæras, qui me sic ludifices.

AM. Dic quæso, mi Sosia. ME. blandius ; cum Alcumenæ. AM. in eodemne

Cubiculo ? ME. imo, ut arbitror, corpore corpus incubat. AM. vœ misero mihi ! 25

ME. Lucri 'st, quod miseriam deputat. Nam uxorem usurariam Perinde est præbere, ac si agrum sterilem fodiendum loces.

AM. Sosia. ME. quid, malum, Sosia ? AM. non me novisti, verbero ?

ME. Novi te hominem molestum, qui ne emas litigium. AM. adhuc Amplius : Noune ego herus sum tuus Amphitruo ? ME. tu Bacchus es, 30

Haud Amphitruo : quoties tibi dictum vis ? num denuo ?

Meus Amphitruo uno cubiculo Alcmenam complexu tenet.

Si pergas, eum hic sistam, neque sine tuo magno malo.

AM. Cupio accersi. Utinam ne pro benefactis hodie patriam, Ædeis, uxorem, familiam cum forma una perduam ! 35

ME. Accersam equidem : sed de foribus tu interea sis vide.

*ties vis dici? Amphitryo, meus herus; ne sis molestus. AM. Cum qua cubat? ME. Vide ne tibi accersas infortunium, tu qui illudis mihi sic. AM. Dic amabo, mi Sosia. ME. Tu loqueris jam blandius? Cubat cum Alcmena. AM. Cubatne in eodem cubiculo? ME. Immo, ut existimo, contingit corpus corpore. AM. Vœ mihi infortunio! ME. Est res fructuosa, quam arbitratur esse damnosam. Nam commodare uxorem usurariam est perinde ac si loces fodiendum agrum sterilem. AM. Sosia. ME. Quid vis, malum, interpellato tam sepe Sosia? AM. Tu non me nosti, carnifex? ME. Te novi hominem molestum qui moves item ultro. AM. Pergis porro maledicere: noune sum Amphitryo tuus herus? ME. Tu es Bacchus, non Amphitryo. Quoties vis tibi id repeti? Num vis iterum idem repeti? Meus Amphitryo tenet Alcmenam in suo cubiculo. Si pergas esse molestus, sistam eum hic, neque faciam citra tuum magnum damnum. AM. Velim vocari illum Amphitryonem. Utinam perdam hodie patriam, penates, uxorem, familiam, et formam, in præmium recte factorum. ME. Accersam equidem Amphitryonem. Sed vide ut discedas quamprimum a foribus, interea dum accerso*

Bon.—23 sic abest a Bon.—24 blandiris Bon. uti vult Gruter; mox eodem cubiculo | Bon.—26 lucrum est Bon. miserie Bon.—27 præberier Bon.—28 malum abest a Bon. nosti Bon.—29 quive...litigium | Bon.—30 non ego ... Amphitryo | Bon.—31 vis abest a Bon.—32 Amphitryo intus uno complexu Alc. te | sine meus Bon. complexus vult Douza fil. —33 hoc eum Bon.—34 ut veniat pro bene factis hodie dii faciant | Bon.—36 ridebis | Bon.—37 jamque volabat Bon. mox id con-

#### NOTÆ

30 Tu Bacchus es] Id est, non so- chus. Et ipse furor Bacchicus. lum Bacchans es, verum etiam Bac-

\* Credo jam quæ volebat sacrificia ad epulum conduxit.\*  
Si molestus sis, evades nunquam, quin te sacrificem.

Amphitryonem. *Credo Jovem jam perduxisse usque ad epulum sacrificia, quæ dixerat velle sibi fieri. Si pergis esse molestus, nunquam evades quin te mactem.*

---

*ducier* | Bon. Totum versum rejicit Acidal.—38 fueris Bon.

## NOTÆ

51 *Credo jam*] Sosia secum hunc versum profert, cuius sensus pendet a vs. 13. A. III. Sc. 3. ‘Ut re divina facta’ (Blepharo) ‘mecum prandeat.’ quasi dicat: Jam puto patrem Jovem sibi sacrificasse, et jam epulatum esse cum Blepharone. Quod dicit jocando Mercurius, quia Act. III. Scen. 3. Jupiter, sumta forma Amphitryonis, mandaverat Sosiae ut accerteret Blepharonem, sacrificia et epulas pararet; interim cum Aleme-

na in ædes ingreditur, ut indulget amoribus, quos sibi unos proponebat Jupiter, quibus quando satis Mercurio indulsisse videtur, dicit ipse Mercurius: ‘Credo jam Jovem sacrificia obtulisse quæ babebat offerenda, et esse epulatum, sicut epulari sibi proposuerat, potitus videlicet amoribus Alenenæ, quæ sacrificia sola, quas unas epulas sibi in hac fraude propositæ.’

## AMPHITRUO, BLEPHARO, SOSIA.

Di vostram fidem! quæ intemperiæ nostram agunt familiam!  
quæ mira  
Video, postquam advenio peregre! nam veru' est, quod olim est  
auditum  
Fabularier, mutatos Atticos in Arcadia homines,

AM. *O Dii, testor restram fidem! quæ furia vexant nostram familiam? Quæ portenta conspicio, reversus peregre? Projecto id quod quondam dictum est in Fable, est verum, homines Atticos fuisse mutatos in Arcadia, et exinde fuisse bel-*

---

1 pitomperie Bon. familiam | Bon.—2 peregre | Bon. Num verum quod Bon. jam verum vult Acidal.—3 fabularier | Bon. anticos vult nescio quis in marg.

## NOTÆ

3 *Mutatos Atticos in Arcadia*] Græcia et Græcæ regio non ignobilis Arcadia, fuit veluti theatrum quoddam amplissimum a Poëtis constitutum metamorphoseon, seu mutationum fabulosarum: tamen Auctor Plau-

tini Supplementi non de mutationibus fabulosis, sed de veris loquitur; quas frequentes in Arcadia contigisse Auctor est Evanthes apud Plinium lib. VIII. cap. 22. de Lycanthropis, qui induunt lupinam pellem, deposita for-

Et sœvas belluas mansitasse, nec unquam denuo parentibus 4  
Cognitos. BL. quid illuc Sosia? magna sunt, quæ mira prædicas.  
Ain' tu alterum te reperisse domi consimilem Sosiam.

So. Aio. Sed heus tu, quom ego Sosiam, Amphitruonem Amphi-  
truo, quid scis an

Tu forte alium Blepharonem parias? o Di faciant, ut tu quoque  
Concitus pugnis, et illisis dentibus, id impransus creduas. 9

Nam ego, ille alter Sosia, qui illic sum, me malis mulcavit modis.

BL. Mira profecto: sed gradus condecet grandire: nam ut video,  
Expectat Amphitruo, et vacuus mihi venter crepitat. AM. et quid  
aliena

Fabulor? in nostro olim Thebano genere plusquam mira memo-  
rant,

Martigenam ille aggressus belluam magnus Europæ quæstor, an-  
guineo

*luas crudeles, neque postea unquam fuisse cognitos suis parentibus. BL. Quid est id, o Sosia! prodigia quæ tu prædicas sunt stupenda. Dicisne te invenisse ante ja-  
nuam Amphitryonis alterum Sosiam tibi similem. So. Aio: sed heus tu quando-  
quidem ego Sosia peperi alterum Sosiam, et Amphitryo peperit alterum Amphitryo-  
num: quis scit an tu Blepharo non parias alium Blepharonem? O Di faciant ut credas  
id incænatus perinde ac ego, contusus pugnis alterius Blepharonis, et illisis dentibus:  
nam alter Sosia, ille qui est idem ac ego, me afflitit pessime. BL. Prædicas admiru-  
bilia sine dubio. Sed oportet accelerare gradum: nam Amphitryo expectat, sicut video,  
præterea venter vacuus mihi crepat. AMP. Sed quid commemoro externa? Re-  
ferunt contigisse plusquam stupenda in nostris Thebis. Cadmus ille magnus  
investigator suæ sororis Europæ abortus serpentem genitorem hominum Martio-*

ed. Ald. in Mus. Brit.—4 *belluas* | *Mansisse Bon.*—5 *cognitos* | *Bon. præ-  
dicas* | *Bon. magna mira sunt quæ pr. Acidal. vult.*—6 *alium reperisse Bon.*—7  
*Ain' ais immo et ego et Amphitryonem Amphitrio* | *Puto peperimus forte tu  
alium Blepharonem paries, o dii faciant* | *Ut Concitus Bon.*—9 *elisis vel elisis vult*  
*Acidal.*—11 *grandire eo condecet, ut video Bon.*—12 *crepitat* | *Bon.*—13 *ge-  
nere* | *Bon.*—14 *beluam* | *Bon. exquisitor Bon.*—15 *perit* | *Et illac pugnata*

#### NOTÆ

ma humana, ad certum tempus. In-  
nuit hoc loco illis Lycanthropis se  
esse similem Amphitryo, utpote igno-  
tum suis familiaribus ab ædibus ex-  
torrem.

12 *Quid aliena Fabulor?*] Hic Auctor  
Supplementi non satis attendisse vi-  
detur Amphitryonem non esse The-  
banum, sed Arcadem et Arcadici ge-  
neris.

14 *Martigenam*] Serpens Thebanus,  
cujus e deutibus a Cadmo seminatis

nati sunt milites, dicitur Martigena,  
non quod procreatus sit a Marte, sed  
quod ab eo procreati sint milites;  
quasi dicas, Martiorum hominum ge-  
nitorem. Porro quo pertineat hæc  
Fabula hoc loco ab Auctore Supple-  
menti allata, non video. Nimirum  
conqueritur Amphitryo quod ignotus  
sit suis. Non male igitur Sosiam cum  
dentibus serpentinis, qui evadunt ho-  
mines.

Repente hosteis peperit seminio : et pugnata illac pugna 15  
 Frater trudebat fratrem hasta et galea : et nostræ auctorem gentis  
 Cum Veneris filia angueis repisse tellus Epirotica  
 Vedit : de summo summus Juppiter sic statuit, sic fatum habet.  
 Optumi omnes nostrates, pro claris factis, diris aguntur malis.  
 Fata istæc me premunt, pertolerarem vim tantam, cladesque 20  
 Exanclarem impatibiles. So. Blepharo. Bl. quid est? So. nescio  
 quid mali suspicor.  
 Bl. Quid? So. videsis, herus salutator oppessulatas ante foreis  
 graditur.

*rum semine illius dentium procreavit hostes, et frater incurrebat in fratrem hastatus et galeatus in certamine repente commiso. Et Epirus vidit eundem Cadnum conditorem gentis nostræ Thebanæ serpere humi cum Hermione sua conjugé, filia Veneris mutatum in serpentem cum uxore. Summus Jupiter sic decerit in cœlo; sic fata voluerunt. Omnes Thebani etiam optimi afficiuntur crudelibus suppliciis pro recte factis. Illa fata communia me urgent. Perferrem tantam vim malorum, et exanclarem clades intolerandas, si pudor conjugis esset salvus. So. Hens tu, Blepharo. Bl. Quid ris? So. Auguror nescio quid incommodi. Bl. Quid anguratis? So. Vide si placet: ecce herus Amphitryo obambulat ante suas fores oclusas, sicut salutator potentiorum. Bl. Nihil est, obambulat*



pugna Bon.—16 galea | Bon.—17 cum pulera Veneris filia | Repisse anguum tellus vidit epyrothica. | Sic de summo summus Juppiter statuit. sic factum habet Bon.—19 Homines martis optimis...duris anguntur Bon.—20. 21 De Fata usque ad impatibiles omnia absunt a Bon.—22 ut salutator ob persulatas fores

## NOTÆ

16 *Nostræ auctorem gentis*] Cadinus, missus ab Agenore ut Europam sororem quereret, condidit Thebas ; tandem mutatus est cum Hermione conjugé in serpentem.

18 *Juppiter sic statuit*] Agnoscit Amphitryo nutum voluntatis divinæ, a quo pendent universa, et enī debet hominem et hominum principem, qualis erat Amphitryo, ultiro subjici, etiam enī adversa et gravia immittit imberentibus.

*Sic fatum habet*] Veteres vim Fatorum esse tantam existimabant, ut Deos etiam, Deorumque principem Jovem, eorum esse legibus astrictos crederent.

19 *Optumi omnes*] Revera apud

Thebanos finguntur a Poëtis una et calamitosi Héroës extitisse et innocentes: quia virtus attrita malis magis magisque splendescit.

21 *Exanclare*] Pro ' exanclare.' Nonius in verbo *Exanclare* seu *Exantlare* landat hunc versum ut Plautinum: sed enī aut Nonius a quodam Grammatico accepit ut Plautinum, aut Auctor Supplementi ante tempora Nonii illum supposuit.

22 *Herus salutator*] Salutatores erant, qui fores potentiorum obserabant, et ut diligentiam significarent, multo ante lucem ad limina veniebant, expectabantque usque eodem patenter, et interea obambulabant.

BL. Nihil est, famem expectat obambulans. So. curiose quidem : foreis enim

Clausit, ne prævorteretur foras. BL. oggannis. So. nec gannio, nec latro.

Si me audias, observes ; nescio quid secum solus, puto, 25

Rationes colligit : quid memoret, hinc excipiam, ne propera.

AM. Ut metuo, ne victis hostibus Di partam expungant gloriam.

Totam miris modis nostram video turbatam familiam.

Tum vero uxor vitio, stupro, dedecore me plena enicat.

Sed de patera miru'st : erat tamen signum obsignatum probe. 30

Quid enim ? pugnas pugnatias prolocuta, et Pterelam oppugnatum, Nostris occisum manibus fortiter : atat ! novi jam ludum :

Id Sosiæ factu'st opera, qui me hodie quoque præsentem ausit Indigne prævortier. So. de me locutus, et quæ velim minus.

Hominem ne congregiamur, quæso, priusquam stomachum detexerit. 35

BL. Ut lubet. AM. si illum datur hodie mastigiam apprehendere ; ostendam quid sit

*expectando famem. So. Diligenter quidem facit : nam fores junxit, ne famem anteverteret egressa foras. BL. Oggannis. So. Nec ogganio, nec oblatro. Observa Amphitryonem, si mihi credis : meditatur secum nescio quid solus : puto cum subducere aliquas rationes : auscultabo hinc quid dicat, mane. AMP. Quam metuo, ne Dii præcipiant gloriam quam mihi peperi, debellatis hostibus. Video universam nostram familiam turbatam mirum in modum, tum vel maxime uxorem quæ me enecat, plena vitio, stupro, dedecore. Sed satis mirari non possum quomodo patera in ejus manus venerit. Nam erat optime obsignata : quid enim adeo stupendum est, quam quando recensuit pugnas a nobis commissas, et Pterelam oppugnatum et interfectum nostris manibus fortiter ? Sed novi jam fraudem. Id gestum est fraude Sosiæ, qui ausus est hodie me antevertere, et ingressus domum, juncto ostio, me arcere ab ædibus indignissime. So. Verba facit de me : sed dicit quæ nolim dici ab eo. Obsecro ne congregiamur cum homine illo antequam detexerit quid habeat in animo. BL. Faciam ut lubet. AMP. Si hodie invenero illum furcise-*

Bon.—23. 24 Nihil mea et famem spectat obambulare, dum obambulabat | So. Curiose quidem fores nostras clausit ne pr. fo. | Bon.—25 audias | Bon.—26 colligit | Bon. quid dicat de loco excipiamus Bon.—27 expugnant Bon.—29 tum vero absunt a Bon.—30 mirum signum tamen erat designatum probe | Bon.—31 Quis etenim pugnas pugnatias et Pterulam | Nostris expugnatum occisum fortiter manibus | At at novi jam id Sosiæ factum opera | Qui ...prævortier | Bon.—34 So. De me loquitur et quæ minus velim | Quæsone congregiamur priusquam...Bon.—35 decoxerit Douza, dejecerit Acidal. conjiciunt.—36 Vice Ut lubet Bon. Consistam. mox apprehendere | Bon.—

#### NOTÆ

23 *Famem expectat*] Cicero : ‘So-  
cratem ferunt, cum usque ad ves-  
peram contentius ambularet, quæsi-  
tumque esset ex eo, quare id face-  
ret, respondisse, se, quo melius cœ-  
naret, opsonare ambulando famem.’

Herum fallere, minis et dolis incessero. So. audin' tu illum?

BL. audio.

So. Illæc machina meas onerat scapulas: compellemus sis hominem.

Scin' quid vulgo dici solet? BL. quid dicturus sis, nescio:  
Quid tibi patiendum, fere hariolor. So. vetu'st adagium, Fames  
et mora

40

Bilem in nasum conciunt. BL. verum quidem e loco compellemus  
Alacre. Amphitruo. AM. Blepharonem audio: mirum quid ad  
me veniat.

Opportune tamen se offert, ut uxoris facta convincam turpia.

Quid hue ad me Blepharo? BL. oblitus tam cito, quam diluculo  
Misisti ad navim Sosiam, ut hodie tecum conviverem?

45

AM. Nusquam factum gentium: sed ubi illic scelestus? BL. quis?  
AM. Sosia.

BL. Eccum illum. AM. ubi? BL. ante oculos: non vides? AM.  
vix video præ ira, adeo me istic

*rum, ostendam illi quid sit decipere herum, dolis et minis prosequi.* So. Audisne tu Amphitryonem? BL. Audio. So. Illa tempestas impendet meis cervicibus: conueniamus, si placet, hominem. Scisne quod vulgo solet dici? BL. Nescio quid dicturus sis: auguror ferme quid tibi ferendam est. So. Fames et mora bilem in naso concitanti. BL. Compellamus eum alacriter ac lati ex hoc loco. Heus tu, Amphitryo. AMP. Audio Blepharonem. Quare venit ad me? Profecto advenit opportune, ut deprehendam turpitudinem uxoris Alementæ. Quare venis hic ad me, Blepharo? BL. Oblitus es tam cito te mississe Sosiam ad navem primo diluculo, ut tecum hodie epularer? AMP. Non nisi Sosiam usquam gentium. Sed ubi est ille nefarius? BL. Quis? AMP. Sosia. BL. Ecce hominem. AMP. Ubi est? BL. Non eum vides ante oculos? AMP. Non video præ iracundia;

\*\*\*\*\*

—37 incessere | Bon. vult Douza fallere dolis et minis.—38 machina | Bon.  
sed eum compellemus. | Sic inde quod vulgo...solet | Bon.—39 sis abest a Bon.  
40 Faciendum ariolor | Bon.—41 conciunt | Verum: ideo hominem compellabo:  
amphytrio | Bon.—43 Facta uxoris Bon.—44 ad abest a Bon. mox cito | Qui  
Bon.—45 ad navim absunt a Bon. mox conuenirem | Bon.—46 Nusquam id  
factum sed illic scelestus ubi Bon.—47 vix præ ira video | Adeo Bon.—48 sacri-

#### NOTÆ

40 *Fames et mora Bilem in nasum conciunt]* Bilis motus est iracundia: unde ‘bilem movere.’ Iracundia autem ideo in naribus deprehenditur, quia quando ‘difficili bile tumet jecur,’ ut optimus Poëta loquitur, calore intimo fervet pectus, ad quem ventilandum et refrigerandum ducitur spiri-

tus copiosior, diductis naribus et ore. Igitur hoc adagio Auctor Supplementi dicit famem et moram allatam cœnæ, bilem Amphitryoni movere. Seneca: ‘Vetus dictum est, ‘A lasso rixam quæri’: æque autem et ab esuriente et a sitiente, et ab omni homine quem aliqua res urit.’

Hodie delirum fecit: ne te sacrificem, nunquam evades.  
 Sine me, Blepharo. Bl. ausculta, precor. Am. dic, ausculo:  
 tu vapula.

So. Qua de re? num satis temporis? non ociosus quivi, si me 50  
 Dædaleis tulisse remigis. Bl. abstine, quæso; non potuimus  
 Nostros grandius grandire gradus. Am. sive grallatorius, sive  
 Testudineus fuerit, certum 'st mihi hunc scelestum perdere:  
 En tectum! en tegulas! en obductas fores! en ludificatum herum!  
 En verborum scelus! Bl. quid mali fecit tibi? Am. rogas? ex  
 illo 55

Tecto exclusum foribus, me deturbavit ædibus. So. egone?  
 Am. Tu. Quid minitabas te facturum, si istas pepulisse fores?  
 Negas, sceleste? So. quin negem? en testis ampliter, quicum  
 venio:

*deo ille me dejecit a sana mente. Nunquam effugies quin te mactem infortunio. Sine me jugnare hominem, Blepharo. Bl. Ausculta, obsecro. AMP. Dic, ausculo. Tu da pœnas. So. De quo peccato? Nonne sum reversus satis velociter. Non potuissem iter confidere celerius, si habuisset alas Dædali. Bl. Abs-tine manum a Sosia, Amphityro, obtestor: nequissimus accelerare magis gradum. AMP. Sive ejus gradus fuerint tam grandes quam grallatorum, sive testudinei, decrevi perdere hunc nefarium. En tectum! en tegulas! en fores octubras! en herum irrisum! en verba scelestas! Bl. Quid mali tibi fecit? AMP. Rogas? Sam-movit ab illis ædibus, ab illo tecto. So. Egone? AMP. Tu ipse quid minitatus es te facturum, si attigissem illas fores? Negas, sceleste, te mihi esse minitatum? So. Quare non negarem? En testis locuples eorum quæ dico, quocum revertor,*

\*\*\*\*\*

*ficem | Bon.—49 me abest a Bon. mox precor | Bon.—50 non facis in tempore | Bon. mox quasi dedaleis me Bon.—51 remigis | Bon.—52 gradus | ...gradato-rius Bon.—53 mihi | Bon.—54 tegulas | Bon.—55 rogas | Bon.—56 edibus. | So. Egone. Am. negas sceleste. So. négo. en testis ampliter | Quocum, interme-diis omissis, Bon.—58 quid ni negem vult Douza.—59 ducerem | Bon.—60 gen-*

#### NOTÆ

51 *Dædaleis tulisse remigis*] Id est, alis. Virgilius: ‘Volat ille per aëra magnum Remigio alarum.’ Vera historia esse creditur, quod velis, non alis fingerit Minois Cretensium Regis iracundiam Dædalus. ‘Remigium’ dicitur ‘alarum’ a principe Poëta; quia sicut remis mare nautæ, sic aves aërem alis verberant et pergunt.

52 *Grallatorius*] Festus: ‘Gralla-tores appellantur Pantomimi, qui ut in saltatione imitarentur Ägipanas, adjectis perticis, furculas haben-

tibus, atque in his superstantes, ad similitudinem crurum ejus generis gradiebantur utique, propter difficultatem consistendi.’ Audio in quibusdam Galliæ urbibns, ac præser-tim Campaniæ, quæ non sunt stratæ lapidibus, usum esse grallarum ad itandum per vicos, propter lutum dilatius et altius. ‘Grallatorius gra-dus’ est grandis; ‘testudineus’ tar-dus et brevis, a ‘testudinibus,’ qua-rum tarditas cuivis cognita transit in adagium.

Missus sedulo, ut ad te vocatum ducerem. Am. quis te misit,  
Furcifer? So. qui me rogat. Am. quando gentium? So. dudum,  
jam pridem, modo, 60  
Ubi cum uxore domi redisti in gratiam. Am. Bacchus te irritassit.  
So. Nec Bacchum salutem hodie, nec Cererem. Tu purgari  
jusseras  
Vasa, ut rem divinam faceres: et hunc me accersitum mittis,  
Ut tecum prandeat. Am. Blepharo, dispeream, si aut intus adhuc  
fui,  
Aut si hunc miserim. Die, ubi me liquisti? So. domi cum Al-  
cumena conjuge. 65  
Ego a te abiens portum vorsus volito, hunc tuis verbis voco.  
Venimus, nec te nisi nunc video postea. Am. scelestum caput;  
cum uxore?  
Nunquam abis, quin vapules. So. Blepharo. Bl. Amphitruo,  
mitte hunc mea gratia,

*missus modo ut vocarem, et ad te illum adducerem. AMP. Quis te misit, sceleste?*  
*So. Idem qui a me petit a quo missus sim. AMP. Quando te misi? Dudum,*  
*jampridem, modo, quando rediisti in concordiam cum uxore in aedibus. AMP.*  
*Bacchicus furor te incitat. So. Non salutari hodie Bacchum nec Cererem. Tu*  
*mandaveras purgari vasa ut sacrificares: tu me misisti ut hunc accerserem ad cae-*  
*nandum tecum. AMP. Blepharo, Dii me perdant, si aut adhuc ingressus sum do-*  
*mum, aut si hunc ad te miserim. Dic, ubi me liquisti? So. Te reliqui domi cum*  
*Alcumena conjuge. Ego dimissus a te, convolo ad portum. Invito Blepharonem*  
*tuis verbis. Venimus, neque te vidi ex illo tempore nisi nunc. AMP. Scelestum*  
*caput, cum uxore reliquisti? Non effugies quin des paenam. So. Blepharo.*  
*BL. Amphitryo, dimitte hominem mea gratia, et me audi. AMP. Ecce dimitto.*



*tium | Bon.—61 redisti ignotum | Bacchus Bon.—62 cerorem. | Tu purgan Bon.*  
*ubi purgari vult Gruter, ni purgari Sciopp.—63 divinam rem ut faceres | Bon.—63*  
*misserus vice mittis Bon. prandeat | Bon.—64 dispersam Bon.—65 miserum | Bon.*  
*—66 ego abest a Bon. abiens | Bon.—67 caput | Bon.—68 vapules | Blepharo*

## NOTÆ

60 *Dudum, jampridem, modo]* Id est, est modo, dudum, jampridem: in quo ‘modo’ est particula expletiva, et nihil ferme significat. Itaque est dudum, jampridem, quasi dicat id quod nos vernaculo nostro, *il y a déjà long-temps, qu'il y a long-temps.* Quod ad diuturnitatem temporis significandam ab Auctore Supplementi affertur, quam vere vel ex hoc appa-

ret quod de eadem die loquatur.

62 *Nec Bacchum salutem]* Quia Amphitryo dixit Sosiam furore Bacchico esse incitatum, respondet Sosia, id que a parte: Si Bacchus aut Ceres sic furem immittunt hominibus, nolim eos salutare, adorare, colere, invocare, utpote Deos noxios et maleficos.

Et me audias. AM. en mitto, quid vis loquere. BL. istic jam dudum mihi

Maxuma memoravit mira : præstigiator forte aut veneficus 70  
Hanc excantat tibi familiam : inquire aliunde, vide quid siet.

Nec ante hunc excruciatum miserum facias, quam rem intellegas.

AM. Recte mones : eamus, te advorsum uxori etiam advocatum volo.

*Loquere quicquid volueris. BL. Iste mihi dixit stupenda quæ contigerunt apud te. Creda aliquis veneficus et præstigiator incantat tuam familiam. Inquire aliunde. Vide quid sit : neque excrucia hunc miserum Sosiam antequam deprehendis rem. AMP. Mones sapienter. Volo etiam te esse in his advocatum adversus uxorem Alcmenam.*

---

*Amphytruo desunt a Bon. mox hunc modo mea Bon.—69 audias | mox jam et mihi desunt in Bon.—70 maxima | Bon. forte præstigiator Bon.—71 tibi deest in Bon.—72 excrutiatum hunc Bon.*

---

### JUPITER, AMPHITRUO, SOSIA, BLEPHARO.

Quis tam vasto impete has forcis toto convolsit cardine ?

Quis ante ædeis, tantas tamdiu turbas concitat ? quem si comperero,  
Telebois sacrificabo manibus. Nihil est, ut dici solet,

Quod hodie bene succedat mihi. Deserui Blepharonem et So-  
siam,

Ut cognatum Naucratem convenirem : hunc non reperi, et illos 5  
perdidi.

*JUP. Quis convulsit nostras fores totis cardinibus tanto impetu ? Quis movet  
jamdudum tantus turbus ante ædes ? Si hunc deprehendero, eum mactabo Manibus  
Teleboarum. Nihil est quod mihi succedat feliciter hodie. Deserui Blepharonem  
et Sosiam, ut adirem meum cognatum Naucratem : non inveni hunc : illos perdidi :*

---

*1 ipse tu Bon.—2 concitat | Bon. mox comperio Bon.—3 manibus | Bon.—4  
mihi | Bon. mox desenu Bon.—5 Naucratem | Bon.—6 habene | Bon. mox deest*

### NOTÆ

*3 Telebois sacrificabo manibus] Hinc  
apparet, si Supplemento huic non-  
nulla anctoritas et fides, victorum mo-  
rem fuisse, placare hostiis Manes hos-* tium qui in bello ceciderant : quod  
erat quasi quoddam communis huma-  
nitatis officium.

Sed eos video: ibo aduersum, ut si quid habent, scisciter. So.

Blepharo, illic qui

Ex ædibus, herus est, hic vero beneficus. Bl. proh Juppiter.

Quid intueor? hic non est, sed ille Amphitruo. Iste si fuat,

Illum sane non esse oportuit, nisi quidem sit geminus.

Jup. Eccum cum Blepharone Sosiam; compellabo hos prius.

Sosia,

10

Tandem ad nos? esurio. So. dixin' tibi hunc beneficum?

Am. Immo ego hunc, Thebani cives, qui domi uxorem meam

Impudicitia impetivit, per quem teneo thesaurum stupri.

So. Here, si tu nunc esuris, ego satur pugnis ad te volito.

Am. Pergin', mastigia? So. abi ad Acheruntem, benefice. Am.  
men' beneficum?

15

Vapula. Jup. quæ, hospes, intemperie, ut tu meum verberes?

Am. tuum? Jup. meum.

Am. Mentiris. Jup. Sosia, i intro: dum hunc sacrifico, fac pare-  
. tur prandium.

So. Ibo. Amphitruonem, arbitror, ita comiter Amphitruo

*sed eos cerno: ibo obviam, ut petam ab eis si habent aliquid quod dicant. So. Heus tu, Blepharo, ille qui prodit ex ædibus est meus herus Amphitryo, hic vero est beneficus. Bl. Proh Jupiter, quid video? Hic homo, quem invenimus ante ædes, non est Amphitryo, sed ille qui procedit ex ædibus. Si hic est Amphitryo, profecto non est ille qui prodit ex ædibus, nisi sit geminus. Jup. Ecce Sosiam cum Blepharone: compellabo hos prior. Sosia, tandem reversus es? Esu-rio. So. Tibine dixi hunc, quem ante ædes invenimus, esse beneficum? Am. Immo ego dico hunc esse beneficum, o Thebani cives, qui implerit meam uxorem im-  
puicitia, teneo auctorem stupri. So. Here, situ esuris nunc, ego venio ad te satur pugnis. Am. Pergisne, mastigia? So. Abi, benefice, ad Acheruntem. Am. Vocasne me beneficum? Vapula. Jup. Quæ furiae te incitant, ut tu verberes meum servum? Am. Tuum? Jup. Meum. Am. Mentiris. Jup. Sosia, ingredere: dum macto hunc, cura ut apponatur cena. So. Ibo: arbitror Amphitryonem, qui erat ante ædes, esse excipiendum tam urbaniter ab illo Amphitryone*



*scisciter in Bon.—7 beneficus | Bon.—8 quid ego video Bon. mox Amphytrio | Bon.—9 nisi sit geminus | Bon.—10 prius | Bon.—13 impeditivit, quasi a paedere, vult Douza. Post h. v. alium inseri vult Gulielm. e Nonio v. Vulgare, ‘Cuique med absente corpus (uxor) vulgavit suum.’—14 Here tu esuris Bon.—15 benefice | Bon.—16 intemperie | Bon. mox verteres Bon.—17 mentiris | Bon.—20*

## NOTÆ

13 *Impudicitia impetivit*] Alii im-

tendant; sed revera stylus est Plau-

pedivit: quam scripturam fulcunt

tinus, non Plantii.

auctoritate Nonii, quo et id efficiunt,

*Thesaurum stupri*] Nonius: ‘Pessi-

ut hanc Scenam esse Plautinam con-

mæ rei copia thesaurus dici potest.’

Accipiet, ut dudum memet ego ille alter Sosia Sosiam.

Interea dum isti certant, in popinam devortundum 'st mihi: 20  
Lances detergam omneis, omneisque trullas hauriam. JUP. tun'  
me

Mentiri ais? AM. mentiris, inquam, meæ corruptor familiæ.

JUP. Ob istuc indignum dictum, te obstricto collo hac arripiam.

AM. Væ misero mihi! JUP. at id præcavisse oportuit. AM.  
Blepharo, suppetias mihi.

BL. Consimiles sunt adeo, ut utri assim, nesciam: rixam tamen, 25  
Ut potest, dirimam. Amphitruo, noli Amphitruonem duello per-  
dere;

Linque collum, precor. JUP. hunc tu Amphitruonem dictitas?

BL. Quid ni? unus olim; nunc vero partus est geminus.

Dum tu vis esse, alter quoque esse forma non desinit.

Interea quæso collum linque. JUP. linquo: sed dic mihi, vide-  
turne tibi 30

Istic Amphitruo? BL. uterque quidem. AM. proh summe Jup-  
piter! ubi hodie

qui prodit ex ædibus, ut ego Sosia, qui eram ante ædes, excepti alterum Sosiam  
redeuntem e navibus. Interea dum illi rixantur, est mihi comedendum aliquod  
in popinam: detergam omnes lances, et exhaustiam omnes puteras. JUP. Dicisne  
me mentiri? AMP. Mentiris, inquam, contaminator meæ familiæ. JUP. Ego te  
hac rapiam, obtorto collo, ob istud verbum contumeliosum. AMP. Væ mihi infelici.  
JUP. At oportebat te caedere ab ita antea. AMP. Blepharo, auxiliare mihi. BL.  
Sunt adeo similes, ut non possim statuere utri adsim: tamen dirimam certamen ut  
potero. Amphitryo, noli perdere Amphitryonem pugna. Dimitte collum, precor.  
JUP. Dicis hunc esse Amphitryonem? So. Quidni dicam? Antea erat unus  
Amphitryo, nunc alter procreatus est. Interea dum contendis te esse Amphitryo-  
nem, alter ille Amphitryo nihilominus præfert formam. Interea, quæso, dimitte  
Amphitryonem. JUP. Dimitto: sed dic mihi, Hinc tibi videtur esse Amphitryo?  
BL. Uterque mili videtur esse Amphitryo. AMP. Proh summe Jupiter! ubi

\*\*\*\*\*

interea deest in Bon.—21 tegulas auriam | Bon.—22 falsis | pro familiae Bon.—  
23 diripiam | Bon.—24 antea id...oportuit | Bon.—25 adeo | Bon.—26 dirinam |  
Bon.—27 hunc Amphitronem dictas | Bon.—30 mihi | Bon.—31 quidem | Bon.—

#### NOTÆ

21 *Omneisque trullas hauriam*] ‘Trulla’ varie a variis accipitur; sed in eo  
consentiant omnes, esse vas capien-  
dis liquidis idoneum. Pro peculi ge-  
nere Horatius: ‘Qui Veientanum  
solitis potare diebus Campana solitus

trulla,’ pro vase levando ventri aptum.  
Juvenalis: ‘Si trulla inverso crepi-  
tum dedit anrea fundo.’ Nonius:  
‘Pollubrum quod Græci, nos trullam  
vocamus.’

Mihi formam adimis! pergo quærere: tune Amphitruo? JUP. tu negas?

AM. Pernego, quando Thebis, præter me, nemo' st alter Amphitruo.

JUP. Immo, præter me, nemo; atque adeo, tu Blepharo, judex sies.

BL. Faciam id, si queo, signis palam: tu responde prius. AM. lubens.

35

BL. Antequam cum Taphiis a te pugna sit inita, quid mandasti mihi?

AM. Parata navi, clavo hæreres sedulo.

JUP. Ut si nostri fugam facerent, illuc me tuto reciperem.

AM. Item aliud, ut bene nummatum servaretur marsupium.

JUP. Quæ pecuniae? BL. tace sis tu; meu'st quærere: scisti numerum?

40

JUP. Talenta quinquaginta Attica. BL. hic examussim rem enarrat; et tu.

*mihi ademisti hodie pristinam formam? Pergo interrogare. Esne tu Amphitryo?*

JUP. Negasne? AMP. Pernego, quandoquidem est nullus Amphitryo Thebis, præter me. JUP. Immo est nullus Amphitryo Thebis, præter me: atque adeo tu, Blepharo, esto noster amborum arbiter. BL. Aperiam id, si possum, indicūs. Tu qui eras ante jannani, responde prior. AMP. Faciam libenter. BL. Quid mihi imperasti antequam certamen commisisti cum Taphiis? AMP. Ut teneres sedulo gubernaculum navis. JUP. Ut si nostri capesserent fugam, me recipierem illuc tuto. AMP. Mandavit etiam alterum, nempe ut servaretur marsupium numeris plenum. JUP. Quæ pecuniae inerant in marsupio? BL. Tace, si vis, tu; meum est interrogare: Scisne numerum? JUP. Erant quinquaginta talenti Attica. BL. Hic narret rem adamussim: tu vero dic quot erant Philippei? AMP.

---

32 adimis | Bon. mox JUP. perge quærere. AM. tun' vult Acidal.—33 pernego | Bon. mox alter deest in Bon.—34 adeo tu desunt in Bon.—35 respondet tu prius | Bon.—36 innita | Bon. mox deest mihi | in Bon.—38 ut abest Bon.—39 aliud me Bon.—40 peraniae Bon. mox deest tu in Bon. quærere | Bon.—41 quadrinta Attica |

#### NOTÆ

32 *Mihi formam adimis*] Non ademit formam Amphitryoni Jupiter, quia nihilominus habet formam Amphitryonis Amphitryo, etsi similem sumserit Jupiter. Sed ideo id dicit Amphitryo, quia sic a suis excluditur, quasi metamorphosi aliqua et mutatione pristinæ formæ factus es-set aut bellua aut quidvis aliud.

41 *Talenta quinquaginta Attica*]

‘Talentum’ dicitur ‘Atticum,’ ab Attica regione in qua in usu erat, ad differentiam talenti Euboici, cuius erat usus in Eubœa potissimum, ac præsertim Thebis. Porro duplex erat talentum Atticum, unum magnum, alterum parvum: de ejus pondere multi multa: quando enim majores nostri plurimum desudarunt, ut, cui pecuniae nostræ responderet,

JUP. Quot Philippei? AM. duo milia. JUP. oboli vero bis totidem. So. uterque

Rem tenet probe, intus in crumena clausum alterum esse oportuit.

JUP. Attende sis: hac dextera, ut nosti, regem mactavi Pterelam;

Spolia ademi; et pateram qua ille potare solitus est, in cistella 45

Pertuli: dono uxori meæ dedi, qui cum hodie domi lavi,

Sacrificavi, cubui. AM. hei mihi! quid audio? vix apud me sum:

Vigilans quippe dormio: vigilans somnio, vivus et sanus intereo!

Ego idem ille sum Amphitruo, Gorgophones nepos, imperator Thebanorum:

Et Creontis unicus, Teleboarum perduellis: qui Acarnanes 50

Et Taphios vi vici, et summa regem virtute bellica.

Illi sc̄e præfeci Cephalum, magni Deionei filium.

JUP. Ego idem latrones hostes bello et virtute contudi.

Electryonem perdiderant, nostræ et germanos conjugis,

Achiam, Ætoliam, Phocidem, per freta Ionum et Ægeum et Creticum 55

*Erant duo millia Philippeorum. JUP. Totidem oboli erant bis totidem. So. Uterque tenet probe rem. Oportet alterum fuisse inclusum in crumena. JUP. Expecta, si vis: interfici regem Pterelam haec dextra, ut novisti, ademi spolia, et attuli in cistella pateram qua ille solitus est bibere: dono dedi meæ uxori, cum qua lavi hodie, sacrificari, cubui. AMP. Hei mihi! quid audio? Vix sun apud me: nam dormio vigilans: somnio vigilans; pereo virus et sanus. Ego sum idem Amphitryo ille, nepos Gorgophones, dux Thebanorum, amicissimus Creontis Regis Thebanorum, hostis Teleboarum, qui superavit Acarnanes et Taphios mea virtute, et Regem eximia fortitudine militari. Præfeci Cephalum Deionei filium Telebois a me victis. JUP. Ego idem coœrcui latrociniâ hostium virtute bellica. Perdiderant Electryonem et fratres nostræ uxoris. Vastabant Achiam, Ætoliam, Phocidem rugati per mare Ionum, Ægeum, et Creticum, crudelitate piratica. AMP. Dū*

Bon.—42 milia | Bon.—43 probe | Bon. mox alterum clausum Bon.—45 est | Bon.—46 dedi | Bon.—47 cubui | Bon. mox vix apprime sum vigilans | Bon.—48 somnio et sanus intereo | Bon.—49 geraphonis nepos | Thel. imp. inimicus | Teleborum perduellis: qui | Bon. ubi desunt Acarnanes Et Taphios.—52 Illi isti pretuli caphalum magni actionis Bon.—53 idem deest in Bon.—54 Electionides perdiderat nostra germanus Bon.—55 phocida aoniam per freta Bon.—56 vagans

#### NOTÆ

demonstrarent, vix eorum ætate elapsa, pretium pecuniae nostræ mutatum retento nomine nova pecunia, semper quæstioni locus fuit. Hic Auctor Supplementi de magnone an de parvo talento loquatur, non notat.

49 *Gorgophones nepos*] ‘Nepos’ hoc loco non ita propriæ: Gorgophone enim erat amita Amphitruonis, Persei et Andromedæ filia. Porro ‘nepos’ dicitur de prole, quæ recta linea ab alio descendit.

Vagati, vi vortebant piratica. AM. Di immortales! mihi met  
Non credo, ita omnia, quæ facta illic, examussim loquitur: vide,  
Blepharo. BL. unum superest: id si fuat, Amphitruones fitote  
gemini.

JUP. Quid dicas, novi: cicatricem in dextro musculo ex illoc vol-  
nere

Quod mihi impegit Pterela. BL. eam quidem. AM. apposite.

JUP. Viden? en aspice. 60

BL. Detegite, aspiciam. JUP. deteximus, vide. BL. supreme  
Juppiter,

Quid intueor! utrique in musculo dextero, eodem in loco,  
Signo eodem appetet probe, ut primum coivit cicatrix rufula,  
Sublurida. Rationes jacent, judicium silet, quid agam nescio.

*immortales! non confido mihi ipsi: adeo commemorat accurate omnia quæ sunt  
gesta illic: ride, Blepharo. BL. Unum restat ut id sit, Estate duo Amphitryones.  
JUP. Novi quid dicas: nimirum loqueris de illa cicatrice quam habeo in musculo  
brachii dextri, ex illo vulnere quod Pterela mihi inflixit. BL. Loquor de ea.  
AMP. Loqueris commode. JUP. Eannerides? Ecce illam, aspice. BL. Dete-  
gite eam, ut eam aspiciam. JUP. Deteximus, conspice. BL. Supreme Jupiter,  
quid intueor! Cicatrix appetet clare in musculo brachii dextri utriusque, eodem  
in loco, eodem signo, quemadmodum incipit obducere subrufa et sublivida. Rationes  
haerent, judicium est anceps, nescio quid statuam.*

-----  
*vertebat pyratica | Bon. mox immortales jam mihi non credo, ita hic omnia Quæ  
facta sunt ex Bon.—58 deest Blepharo in Bon.—59 novi | Bon. mox absunt cica-  
tricem in dextro musculo a Bon.—60 Pterela | BL. Hoc equidem Bon.—61 En as-  
pice vice delegite Bon. mox deteximus, vide desunt in Bon.—62 utrique minus-  
culo | Dextro...probe | Bon.—63 tonuit cicatrix...sublivida | Bon.—64 Jacent  
rationes, silet judicium, quid dicam nescio Bon.*

## ACTUS QUARTI SCENA TERTIA.

BLEPHARO, AMPHITRUO, JUPITER.

Vos inter vos partite : ego abeo, mihi negotium est.

Neque ego unquam usquam tanta mira me vidisse censeo.

AM. Blepharo, quæso, ut advocatus mihi assis, neve abeas.

BL. vale.

Quid opu'st me advocato ? qui utri sim advocatus nescio.

JUP. Intro hinc eo. Alcumena parturit. AM. perii miser.

Quid ego ? quem advocati jam atque amici deserunt. 6

Nunquam edepol me inultus istic ludificabit, quisquis est.

Nam jam ad regem recta me ducam, resque ut facta est eloquar.

Ego pol illum ulciscar hodie Thessalum beneficium,

Qui perverse perturbavit familiae mentem meæ. 10

Sed ubi ille 'st ? intro edepol abiit, credo ad uxorem meam.

*BLE. Vos discepatate rem inter vos ; ego abeo, mihi est negotium. Neque ego puto me vidisse unquam ullibi tam stupenda. AMP. Blepharo, obsecro ut mihi sis patronus, et ne abeas. BLE. Vale. Quid opus est me patrono ? Non rideo utri sim patronus. JUP. Vado hinc in ædes : Alcmena parturit. AMP. Interii infelix ! quid ago, quem patroni atque necessarii relinquent. Per ædem Pollucis, iste quicunque tandem est, nullo modo illudet mihi impune. Elenim me conferam recta ad Regem Creontem, et edicam sicut res est gesta. Per ædem Pollucis, ego repeatam ultionem de illo præstigiatore Thessalo, qui exortit funditus mentem meæ familie. Sed ubi est ille ? Per ædem Pollucis, ingressus est in ædes, puto, ad con-*

\*\*\*\*\*

*1 vos istæc partite G. Hl. 1. Ven. 6. parcite C.—2 usquam bis B. 1.—3 quæso te ut Lgg.—4 est abest a C. mox quin utri Hl. 1. Lgg. Ven. 1. 3. Bon. uti vult Gulielm. Post h. v. Gulielm. inserit Qui nequeo vestrorum uter sit Amphitruo decernere e Nonio v. Decernere.—5 intro ego hinc B. 1. G. H. Hl. 1. Ven. 1. 3. Bon.—6 quid ago C. Pl. 1. 2. 3. 4. (teste Botheo, nam de iis silent Gruter et Parenz) necnon Ven. 1. 2. 3. Med. 2. Bon. conjicit Gruter quid ego ago quemque, Bothius quid ego quid ago.—7 ludificavit C. Ven. 1. 3. Bon.—8 nam abicit Gruter, alii est uti Both. mox loquar B. 1. G.—11 illic B.*

## NOTÆ

*1 Partite]* ‘Componite.’ De controversia quam in postremo inter utrumque Amphitryonem fingit motam, id dicit.

*5 Intro hinc eo]* Jupiter sic, quasi probasset se esse verum Amphitryo-

nem, officiis mariti occupatis, ad Alcmenam parturientem ingreditur.

*8 Regem]* Creontem Thebanorum Regem.

*9 Thessalum]* Thessali beneficiorum detiti, nisi sit hic nomen proprium.

Qui me Thebis alter vivit miserior? quid nunc agam?  
 Quem omnes mortales ignorant, et ludificant, ut lubet.  
 Certum 'st, introrumpam in ædibus, ubi quemque hominem  
 aspexero, 14  
 Sive ancillam, sive servom, sive uxorem, sive adulterum,  
 Seu patrem, sive avom videbo, obtruncabo in ædibus!]  
 Neque me Juppiter, neque Di omnes id prohibebunt, si  
 volent.  
 Quin sic faciam uti constitui: pergam in ædibus nunc  
 jam.

*jugem. Quis est alius Thebis infortunatior me? Quid moliar nunc, quem cuncti homines ignorant et irrident, ut placet? Est certum irrumpere in ædes, in quibus queneunque animadvertero, sive servum, sive famulum, sive conjugem, sive mæchum, sive patrem, sive avum deprehendam, obtruncabo; neque Jupiter, neque universi Dii impident, si volent, quominus id perpetrem sicut proposui. Vado nunc in ædes.*

---

1.—12 quis me B. 1. mox quidnam agam Ven. 1. 3. Bon.—14 quemquam B. 1.  
 —16 videbo sive avom B. 1. uti vult Acidal.

---

## ACTUS QUINTI SCENA PRIMA.

BROMIA, AMPHITRUO.

SPES atque opes vitæ meæ jacent sepultæ in pectore,  
 Neque ulla 'st confidentia jam meo in corde, quin amiserim;  
 Ita mihi videntur omnia, mare, terra, cœlum, consequi,  
 Jam ut opprimar, ut enicer; me miseram! quid agam  
 nescio.  
 Ita tanta mira in ædibus sunt facta; væ miseræ mihi! 5

BRO. *Spes et præsidia meæ vitæ jacent extinetæ in animo, neque est ulla fiducia jam in mea mente quam non perdiderim. Universa, mare, terra, cœlum videntur me oppugnare, ut me obruant, ut me extinguant infelicem! Nescio quid moliar, adeo multa sunt gesta stupenda in ædibus. Væ mihi miseræ! animus deficit. Ve-*

---

1 dapes atque B. 1. Pl. Hl. 1. Ven. 1. 3. spes C. Bon.—2 meo deest in B. 1. G. Hl. 1. Lgg. Ven. 1. 3. Bon.—4 jam ut enicer G. et ut en. H. Arg. 3.

Animo male 'st; aquam velim! corrupta sum, atque absumta sum.

Caput dolet, neque audio, neque oculis prospicio satis.

Nec me miserior foemina 'st, neque ulla videatur magis.

Ita heræ meæ hodie contigit. Nam ubi parturit, Deos sibi invocat,

Strepitus, crepitus, sonitus, tonitrus: ut subito, ut propere,  
ut valide tonuit! 10

Ubi quisque institerat, concidit crepitum. Ibi nescio quis maxuma

Voce exclamat: Alcumena, adest auxilium, ne time:  
Et tibi, et tuis propitiis cœli cultor advenit.

Exurgite, inquit, qui terrore meo occidistis præ metu.

Ut jacui, exурgo. Ardere censui ædis, ita tum consulgebant. 15

Ibi me inclamat Alcumena. Jam ea res me horrore afficit.

*lim aquam. Sum perdita atque confecta. Caput dolet, neque audio, neque video satis oculis, nec est mulier calamitosior me, neque ulla est magis infelix. Hoc contigit hodie meæ heræ. Nam quando parit, implorat Deos sibi; auditur strepitus, crepitus, tumultus; tonitru quam repente, quam celeriter, quam vehementer detonuit! Ubi quis viserat, corruit strepitu afflictus. Tum nescio-quis inclamat ita alta voce: Alcmena, adest auxilium, ne formida; Rex Olympi descendit et pro te et pro tuis. Expergiscite, ait, qui corruiſtis a me perterrefacti. Exsurgo de loco in quo afflictæ eram. Putari tecta conflagrare; adeo splendida erant tunc temporis. Ibi Alcmena me vocat, tum id me percudit terrore, metus herilis prævalet, accuro velociter ut resciam quid relit. At video illam edidisse in*

\*\*\*\*\*

Ven. 6.—6 *atque abest a G. Lgg.—7 capud B. 1. mox doleo G.—8 nec miserior me Lgg.—9 contingit Ven. 3. mox sibi abest ab Arg. 3. Ven. 6.—10 tonitrus C. mox propere detonuit Lgg. tonitru vult Camerar.—11 steterat Lgg.—14 meo abest in M. me occidisti G. M. cecidisti Hl. 1. concidistis H. corruiſtis Lgg.—15 fulgebant Ven. 1. 3. Bon. consulerant vult Camerar.—16 me prior deest in B. 1. et e pr. m. Hl. 1. Ven. 1. 3. Bon. mox percudit Hl. 1. e pr. m.*

#### NOTÆ

6 *Animo male 'st]* Id est, deliqui-  
um animi sentio, animus deficit.  
Donatus: ‘Animo male fieri dicitur,  
cum ictu alicujus mœroris percussus  
animus non sustinet corpus, sequi-  
turque ruina membrorum.’ Addere  
potuisset Donatus, ad ictum mœroris

graviorem, quemvis animi affectum;  
immō et cor male affectum, ex motu  
aliquo noxiī humoris.

7 *Aquam velim]* Aspersa aqua recrea-  
tur animus deliquio laborans.

9 *Deos sibi invocat]* In puerperio  
Juno Lucina invocari solita.

Herilis p̄evortit metus: ocyus accurro, ut sciscam quid velit:

Atque illam geminos filios pueros peperisse conspicor;  
Neque nostrum quisquam sensimus, cum peperit, neque p̄evidimus.

Sed quid hoc? quis hic est senex, 20  
Qui ante ædis nostras sic jacet? numnam hunc percussit  
Juppiter?

Credo edepol: nam, proh Juppiter! sepultus est, quasi sit mortuus.

Ibo et cognoscam quisquis est. Amphitruo hic quidem est herus meus.

Amphitruo! AM. perii! BR. surge. AM. interii! BR.  
cedo manum. AM. quis me tenet?

BR. Tua Bromia ancilla. AM. totus timeo, ita me increpit Juppiter. 25

Nec secus est, quam si ab Acherunte veniam: sed quid tu foras

Egressa es? BR. eadem nos formido timidas terrore impulit:

In ædibus, ubi tu habitas, nimia mira vidi. Væ mihi

*lucem duos geminos pueros filios, neque quisquam nostrum sensit quando edit, neque p̄evidimus. Sed quid hoc? quis est hic senex qui sic sternitur ante nostras ædes? An Jupiter hunc perculit? Credo per ædem Pollucis; nam proh Jupiter! est fūsus quasi sit mortuus. Accedam, et videbo quis sit. Prefecto ille est meus herus Amphitryo. AMP. Perii. BRO. Expergisce. AMP. Occidi. BRO. Cedo manum. AMP. Quis me comprehendit? BRO. Tua ancilla Bromia. AMP. Totus perhorresco, adeo Jupiter me perterrefecit. Non est secus quam si revertar ab inferis. Sed quare existi foras? BRO. Idem terror nos labefactavit trepidas terrore. Vidi prodigia stupenda in ædibus in quibus tu habitas. Væ mihi Amphitruo!*

—17 *Exilis Lgg. mox deest ocyus in Ven. 1. 2. 3. Med. 2. Bon. p̄evertit in eotus accurro C. p̄ev. me ocius Pl. 1. p̄ev. motus ocius acc. Pl. 2. Pl. 6. e m. 2da metus; e pr. me ocius uti Pl. 3. 4. 5. B. 1. dein sciā Nonius in ‘P̄evertere.’—19 p̄evidimus C. Lgg. Pl. quinque; p̄evidimus Pl. 5. p̄evidimus HI. 1.—20 Sed hoc quid Ven. 1. 3. Bon.—22 sit abest a Lgg.—23 cognosco C. mox desunt hic et est in Lgg. necnon est herus meus in Ven. 1. 3. Bon. at nonnisi est in C. Pl. HI. 1. at Pl. 3. 4. Amph... quid herus meus.—25 tremo Pl. 6. HI. 1.—26 est omittunt Lgg. quasi si C. mox foras te B. 1.—27 Egressa es C. mox formido male tim. Pl. 5.—28 tu ubi Lgg. Ven. 1. 3. Bon.*

**A**mphitruo, ita mihi animus etiam nunc abest. **A**M. age-dum expedi.

**S**cis' me tuum esse herum Amphitruonem? **B**R. scio. **A**M. viden' etiam nunc? **B**R. scio. 30

**A**M. Haec sola sanam mentem gestat meorum familiarium.

**B**R. Immo omnes sani sunt profecto. **A**M. at me uxor insanum facit

**S**uis foedis factis. **B**R. at ego faciam, tu idem ut aliter prædices

**A**mphitruo, piam et pudicam esse tuam uxorem ut scias.

**D**e ea re signa atque argumenta paucis verbis eloquar. 35

Omnium primum Alcumena geminos peperit filios.

**A**M. Ain' tu geminos? **B**R. geminos. **A**M. Di me servant.

**B**R. sine me dicere,

Ut scias tibi tuæque uxori Deos esse omnes propitios.

**A**M. Loquere. **B**R. postquam parturire hodie uxor occœpit tua,

Ibi utero exorti dolores, ut solent puerperæ : 40

Invocat Deos immortales, ut sibi auxilium ferant,

*tryo! mens deficit etiamnum. AMP. Agedum explica rem. Cognoscis me esse Amphitryonem tuum herum? BRO. Cognosco. AMP. Videsne etiamnum? BRO. Video. AMP. Haec sola meorum domesticorum habet mentem sanam. BRO. Immo cuncti sapiunt proculdubio. AMP. Sed conjux me adigit ad insaniam suis obscenis facinoribus. BRO. At ego assequar ut ipse dicas aliter Amphitryo, ut cognoscas tuam conjugem esse sanctum, castam: edicam atque testimonia de ea re breviter. Primum omnium Alcmena protulit geminos filios. AMP. Dicisne tu geminos? BRO. Geminos. AMP. Dii mihi favent. BRO. Sine me dicere, ut intelligas omnes Deos tibi esse amicos, et tuæ conjugi. AMP. Loquere. BRO. Postquam tua conjux caput hodie parturire, ibi dolores egressi uter, ut consueverunt puerperæ, implorat Deos immortales manibus lotis, capite involuto, ut sibi præbeant opem.*



—29 nunc deest in B. 1.—30 unde B. 1. vide Ven. 1. 3. Bon.—31 saccam C. sarcam Pl. B. 1. Hl. 1. Ven. 1. 3. Bon. sacream G. H. M. sartam Lgg. uti Lamb. voluit; sagam Turneb. sicciam Camerar. mox mentem C. Bon. at abest a Pl. Hl. 1. dein nearum C. Pl. 1. 2. 3. 5. meam Pl. 4. B. 1. mea Pl. 6. Hl. 1. Ven. 1. 3. Bon.—32 insanum sanum B. 1.—33 tu idem desunt in Lgg.—34 tuam esse Lgg. Hl. 1.—39 Eloquere B. 1. Hl. 1. Lgg.—40 Ubi Pl. G. Hl. 1.

#### NOTÆ

36 *Geminos*] Tacitus: ‘Nulli Ro- Drusum gemina stirps simul edita.’  
manorum summi fastigii viro ante

Manibus puris, capite operto : ibi continuo contonat  
Sonitu maxumo, ædis primo ruere rebamur tuas.

Ædes totæ consulgebant tuæ, quasi essent aureæ.

AM. Quæso absolvito hinc me, exemplo quando satis de-  
luseris. 45

Quid fit deinde ? BR. dum hæc aguntur, interea uxorem  
tuam

Neque gementem, neque plorantem nostrum quisquam au-  
divimus :

Ita profecto sine dolore peperit. AM. jam istuc gaudeo,  
Ut ut erga me merita est. BR. mitte isthæc, atque hæc  
quæ dicam accipe.

Postquam peperit pueros, lavere jussit nos : occœpimus.  
Sed puer ille quem ego lavi, ut magnus est, et multum  
valet ! 51

Neque eum quisquam colligare quivit incunabulis.

*Ibi statim tonat ingenti strepitu. Primo arbitrabamur tuam domum concidere, universæ tuæ ædes colluebant quasi essent aureæ. AMP. Obscuræ, dimitte me hinc celeriter, quando satis deriseris. Quid actum est postea ? BRO. Interim dum hæc aguntur, nemo nostrum audit partum sine dolore. AMP. Jam latet de illo, quicquid sit de me commerita. BRO. Prætermittit ista, atque audi hæc quæ loquer. Postquam edidit pueros, nos imperavit lavare ; sumus obsecuti. Sed quan infans ille quem ablui est magnus ! quam validus ! nullus potuit illum colligare incunabulis. AMP. Comme-*



Ven. 1. 3. Bon.—42 tonat Lgg.—45 absolve ergo B. 1. me hinc Lgg. quum satis  
Hl. 1.—46 Quid sit C.—49 est deest in Ven. 1. 3. mox atque quæ dico, sine ac-  
cipe, Lgg.—50 lavere Pl. 3. et Nonius in voce ipsa ; lavare C. Pl. quinque,

#### NOTÆ

42 *Manibus puris*] Illotis et pedibus et manibus, ad aras et sacra accedere nefas erat. ‘Puræ’ autem manus dicebantur, quæ flumine vivo ablebantur. Virgilinus : ‘Donec me flumine vivo Abluero.’ ‘Puras’ à scelere manus in oratione Christiana Paulus appellat, ‘levantes puras manus.’

Capite operto] Hic adorantium erat ritus. Accedebant ad signa Deorum capite operto, mox a dextris convertebant sese in gyrum, deinde pro-

cumbebant seu in genua, seu toto corpore, seu in genna et vultum, postea manum dextram ori admovebant, tum osculum inprimebant ori numinis ; denique considebant. Ab osculo manus et signi dicta est præsertim adoratio. Aperto vero capite Diis tribus, Saturno, Herculi, Honori, supplicabant.

52 *Incunabulis*] Hoc differunt ‘eu-  
næ’ ab ‘incunabulis,’ quod ‘eunæ’  
lectus sit puerilis; ‘incunabula’  
strata, involucra, fasciæ, operimenta;

AM. Nimia mira memoras: si isthæc vera sunt, divinitus  
Non metuo quin meæ uxori latæ suppetiæ sient.

BR. Magis jam faxo mira dices. Postquam in cunas con-  
ditu'st, 55

Devolant angues jubati deorsum in impluvium duo  
Maxumi: continuo extollunt ambo capita. AM. hei mihi!  
BR. Ne pave: sed angues oculis omnis circumvisere.

Postquam pueros conspicati, pergunt ad cunas citi.  
Ego cunas recessim rursum vorsum trahere et ducere, 60  
Metuens pueris, mihi formidans: tantoque angues acrius  
Persequi: postquam conspexit angues ille alter puer,  
Citus e cunis exsilit, facit recta in anguis impetum:  
Alterum altera apprehendit eos manu perniciter.

AM. Mira memoras: nimis formidolosum facinus prædicas;  
Nam mihi horror membra misero percipit dictis tuis. 66  
Quid fit deinde? porro loquere. BR. puer ambo angues  
enicat.

*moras nimis stupenda. Si hæc sunt vera, non timeo ne non latum sit auxilium con-  
jugi. BRO. Efficiam mox ut fatearis esse magis suspicienda. Postquam positus est  
in cunis, duo serpentes immanes descendunt ab alto per impluvium; continuo eri-  
gunt ambo caput. AMP. Hei mihi! BRO. Postquam sunt intuiti pueros, con-  
tendunt cito ad incunabula. Ego amovere et abducere cunas retro ulti citroque  
metuens pueris: formidans mihi, serpentes incurvare tanto ardentius. Postquam ille  
alter puer vidit serpentes, exsilit statim e cunis, facit impetum recta in serpentes,  
invadit velociter eos alterum altera manu. AMP. Refers stupenda! dicis factum  
nimis metuendum; nam horror mihi percellit artus ad tua verba. Quid fit deinde?  
Dic præterea. BRO. Puer elidit duos serpentes. Dun hæc geruntur, inclamat*



Ven. 1. 3. nos, ut hos accedimus, occæpimus Bon.—55 cunis Hl. 1.—56, 57 in  
compluvium due Maxinæ B. I.—59 cunas erecti G.—60 rursum deest in Ven.  
1. 3. sursum pro rursum Pl. 3. in marg. vicissim rursum prorsum Arg. 3. Ven.  
6. Par. Bas. 3. uti voluit Meurs, in Critic. Arnob. c. 4.—62 angues ille alter  
puer conspexit Pl. 2. Hl. 1. angues ille alter puer vidit timuit Pl. 1.—63, 64 Ver-  
sus transponunt (sic β', δ') C. Pl. B. 1. Hl. 1. Ven. 1. 3. Bon.—63 rectum G.  
—64 Alterum alter Pl. 3. 4. 6. Hl. 1. Ven. 1. Bon. Alterum alterum Pl. 5. Alter  
alter Pl. 1. vox utraque deest in Pl. 2. mox prehendit C. dein manu abest a  
Pl. B. 1. perniciete manu Hl. 1.—65 Mira prodicas... memoras facinus Hl. 1.

## NOTÆ

promiscue tamen nonnunquam acci- ‘incunabula’ seorsim.  
piuntur. Idem Plantus in Trueu- 56 *Impluvium*] Qua deorsum area  
lento: ‘Fasciis opus est, pulvinis, domus lumen admittebat, atque adeo  
cunis, incunabulis;’ ubi ‘cunæ’ et pluviam, ‘impluvium’ dicebatur.

Dum hæc aguntur, voce clara exclamat uxorem tuam.

AM. Quis homo? BR. summus imperator Divum atque hominum Juppiter.

Is se dixit cum Alcumena clam consuetum cubilibus, 70

Eumque filium suum esse qui illos angues vicerit:

Alterum tuum esse dixit puerum. AM. pol me haud pœnitet,

Scilicet boni dimidium mihi dividere cum Jove.

Abi domum, jube vasa pura actutum adornari mihi,

Ut Jovis supremi multis hostiis pacem expetam. 75

Ego Tiresiam conjectorem advocabo, et consulam

Quid faciundum censeat; simul hanc rem ut facta est eloquar.

Sed quid hoc? quam valide tonuit! Di obsecro vostram fidem!

*tuam conjugem voce clara.* AMP. Quis homo? BRO. Jupiter summus princeps Deorum atque hominum. Is aperuit se habuisse consuetudinem furtivam cum Alcumena, eumque puerum esse suam prolem qui jugulavit illos serpentes. Dixit alterum puerum esse tuum. AMP. Per Pollucem haud me pœnitet nimis partiri cum Jove bona ex æquo. Proficiscere domum. Impera mihi adornari statim vasa pura, ut placem supremum Jovem cum pluribus victimis. Ego accersam Tiresiam vatem, et percontabor quid existimet esse agendum. Uno tempore prædicabo hanc rem, ut est facta. Sed quid hoc? o quam tonuit valide! Dii obtestor vestram fidem.

\*\*\*\*\*

*prædicas facinus* B. 1. Ven. 1. 3. Bon. *formidosum* Ven. 1.—68 *unus voce* H. mox *includat* vult Donza.—70 vice *clam*, B. 1. HI. 1. *clara*; mox Scaliger vult *cubitibus*.—71 *argues* vicerit illos HI. 1.—72 *dixit esse tuum* PII. B. 1. *Læg.* *esse tuum* dixit HI. 1. Ven. 1. 3. Bon.—73 *Si licet* C. et Pl. 6. *Scilicet* PII. *quinque*.—77 *censem* G. *pro loquar* B. 1.

#### NOTÆ

76 *Ego Tiresiam c. advocabo]* Species pro genere, quasi dicat, ‘Tiresiam aliquem advocabo, divinandi arte apprime instructum.’ In quo et id notandum, quod Thebanus quidem

Tiresias vates fuit, sed longe post tempora nati Herculis, videlicet bello Trojano floruit. Itaque et hic anachronismus est.

## ACTUS QUINTI SCENA SECUNDA.

JUPITER.

BONO animo es, assum auxilio, Amphitruo, tibi et tuis.

Nihil est quod timeas: hariolos, haruspices

Mitte omnis: quæ futura et quæ facta, eloquar,  
Multo adeo melius, quam illi, cum sim Juppiter.

Primum omnium Alcumenæ usuram corporis

5

Cepi, et concubitu gravidam feci filio.

Tu gravidam item fecisti, quom in exercitum

Profectus. Uno partu duos peperit simul.

Eorum alter, nostro qui est susceptus semine,

Suis factis te immortali afficiet gloria.

10

Tu cum Alcumenæ uxore antiquam in gratiam

Redi. Haud promeruit, quamobrem vitio vorteres.

Mea vi subacta est facere. Ego in cœlum migro.

JUP. *Esto aquo animo. Praesto sum auxilio, Amphitryo, tibi et tuis. Est nihil quod pertimescas. Noli vocare ullos hariolos aut haruspices: aperiam quæ sunt futura et quæ facta; multo adeo disertius quam illi; quandoquidem sum Jupiter. Primum omnium habui consuetudinem cum Alcmena, et consuetudine est facta prægnans puero; est facta etiam grida ex te, quando ivisti ad bellum: edidit geminos una uno partu: alter eorum, qui procreatus est nostro sanguine, te cumulabit sempiterna gloria suis factis. Tu revertere in pristinam concordiam cum Alcmena conjugi. Haud digna fuit, quamobrem tribueres criminis quod fecit: est coacta facere mea vi: ego repeto cælum.*

\*\*\*\*\*

1 B. 1. *adsum, Amphitruo, auxilio; Lgg. auxilio tuo.* Both. 2. *delet et tuis.*  
 —2 Tanbm. 1. 2. *ariolos, haruspices; C. hariolos haruspices.*—3 B. 1. *ataque facta.*—4 C. *quomsum;* Pll. 1. 2. 5. 6. Hl. 1. *qui sum;* Pll. 3. 4. *qm sum;* Ven. 1. Bon. *cum sum;* Ald. Junt. *quum sun.*—5 Hl. 1. *usuriam.*—6 *Capi: ex* Ald. Junt. *Capi, et Lamb.*—7 *Tu g. ita* B. 1. Hl. 1. a m. pr. Ven. 1. Bon. *quom hinc in* Ald. Junt. —8 *Uno partu* C. a m. pr. *duo peperit* Ald. et in marg. *duos editi.*—9 *Lgg. qui conceptus.*—13 *Mea subacta* Lgg. M. *vi subacta'st* Ald. Junt.

## NOTÆ

2 *Hariolos*] Dictus ‘hariolus,’ quasi fariolus a fando, seu aperiendo res occultas.

*Haruspices*] Donatus: ‘*Haruspex* ab *haru*ga derivatur, quæ est hostia, ab *hara*, in qua concluditur et servatur.’

3 *Mitte omnis*] Id est, omitte vocare, seu ne voca: neque enim vocaverat ut dimittere posset.

13 *Mea vi*] Mentitur hic Jupiter in gratiam Alcmenæ; neque enim coacta est, sed delusa imagine Amphitryonis, quam Jupiter assumisit.

## ACTUS QUINTI SCENA TERTIA.

AMPHITRUO.

FACIAM ita ut jubes, et te oro promissa ut serves tua.  
 Ibo ad uxorem intro; missum facio Tiresiam senem.  
 Nunc, spectatores, Jovis summi causa clare plaudite.

**Amp.** *Faciam sicut præcipis, et te obsecro ut stes tuis pollicitationibus. Ingrediar ad conjugem, non vocabo senem Tiresiam. Tandem, spectatores, edite magnum plausum summi Jovis gratia.*



1 *Facio* Lgg.—2 C. Pll. 1. 2. 3. 4. 6. *fatio*; Pl. 5. Ald. Junt. Lamb. Taub. 1. *faciam*; B. 1. 2. Hl. 1. 2. Ven. Bon. Taub. 2. 3. Both. et recentt. *facio*.—3 C. *clara*; unde Taubman. conj. *clare applaudite*; Lgg. *caussa plaudite*, omisso *clare*.

## NOTÆ

2 *Missum facio Tiresiam senem*] Id cuius erat scenam claudere, dici so-  
est omitto vocare, non vocabo. litum.

3 *Plaudite*] Solenne verbum ab eo,



# M. ACCII PLAUTI A S I N A R I A.

---

## DRAMATIS PERSONÆ.

**L**IBANUS, *Servus.*  
**D**EMÆNETUS, *Senex.*  
**A**RGYRIPPUS, *Adolescens.*  
**C**LEÆRETA, *Lena.*  
**L**EOIDA, *Servus.*  
**P**HILENIUM, *Meretrix.*  
**D**IABOLUS, *Adolescens.*  
**P**ARASITUS.  
**A**RTEMONA, *Uxor.*  
**M**ERCATOR.  
**G**REX.

---

## ARGUMENTUM,\* UT QUIBUSDAM VIDETUR, PRISCIANI.

*Amanti argento filio auxiliarier  
Sub imperio vivens volt senex uxorio.  
Itaque ob asinos relatum pretium Saureæ  
Numerarier jussit servolo Leonidæ.*

*Senex Demænetus vivens sub legibus uxoris Artemonæ, optat favere amoribus  
Argyrippi filii data pecunia. Itaque Demænetus mandat servo Pellao, qui  
afferebat pretium asinorum Saureæ, a quo illos emerat, numerari illam pecuniam*

\* Hoc Argumentum in C. HI. 1. B. 1. 2. Pl. positum est post Prologum.  
3 Itaque ab asinis B. 2. 1. relatum p̄t C. Saurea deest in Ven. 1.—4 Nume-

### NOTÆ

2 *Sub imperio uxorio] Γυναικοκρατούμενος.*

*Ad amicam id fertur : cedit noctem filius.  
Rivinus amens ob præceptam mulierem ;  
Is rem omnem uxori per Parasitum nuntiat.  
Accurrit uxor, ac virum e lustris rapit.*

5

*Leonidæ suo servo. Illa pecunia defertur ad Phileninam amicam Argyrippi. Consentit Argyrippus Phileninam esse una nocte cum Demæneto patre. Dia-bolus rivalis et patris et filii, iratus ob præceptam amicam Philenium, detegit omnem rem Artemonæ uxori Demæneti per suum parasitum. Artemona advolat, ac trahit Demænetum maritum e lustro.*

-----  
*rari jussit C. Pl. B. 1. 2. Hl. 1. 2. Ven. 1. 3. Lamb. Both. servo Hl. 1. B. 1. 2. Ven. 1. 3. Lamb.—6 Rivimus B. 2. Rivalis Pl. 3. a m. sec. et vulgg. ante Taub. Ruimus C. Pl. 1. 2. Rivinus Hl. 1. 2. B. 1. Pl. 4. 5. 6. ob raptam Pl. 6. B. 1. 2. Hl. 1. 2. Bon. Ven. 1. ob re receptam C. Pl. 1. 2. 3. 4. 5. Rivinus a. est ob raptam conj. Barth. in Advers. v. 8.—7 It, rem omnem, &c. J. Gul. contra omnes codd.—8 C. ac v. ejus tristria; Hl. ac v. ejus triste; Hl. 2. B. 1. 2. Ven. 1. Bon. Pl. 1. 2. 3. 4. 5. ac v. ejus triste agit; Pl. 6. tristem; Both. ex lustris rapit. Pro rapit al. ap. Pareum trahit.*

## NOTÆ

5 *Cedit noctem]* Sic honeste res turpis obvelatur.

illis uter derivet in suas segetes aquam, inde nata metaphora. Cicero: 'O Dii ! quam ineptus ! quam seipsum amans sine rivali !'

6 *Rivimus]* Rivalis, ἀντίσηλος. Proprie dicuntur 'rivaes,' agricolæ quorum agros aquæ intermediae rivus dividit et rigat; et ut ferme rixa est

7 *Is rem omnem]* Alii, *It, rem omnem.*

## ALIUD ARGUMENTUM CAMERARII.

HUJUS Comœdiæ et nomen et argumentum leve atque jocosum, et tota, quemadmodum in Prologo dicitur, ridicula res est. Sed ingens turpitudo et nefarium flagitium hac fabula exponitur, societatis scelestæ, et eorum, quæ animadversione acerrima digna, non solum impunita essent legibus, sed jocis etiam verborum vulgo celebrarentur. Atque hæc est horribilis ira Dei, quæ impietatem ita ulciscitur, ut in omnia pessima illam facinora ruere, et delicias facere in gravissimis delictis patiantur. Id quod debemus in his ludis diligenter cognoscere: ita in seria etiam illi ducent cum aliqua utilitate nostra, &c. Ad rem: In hac fabula, volente et jubente patre, argentum a se aufertur, quod detur filio amanti; ea lege, ut filius patri apud amicam locum esse patiatur. Mirifice autem induit adolescentem servi, parta præda. Et finis continet pudendam criminacionem uxoris, eduentis e lustro virum suum.

## PROLOGUS.

**H**oc agite sultis spectatores, nunc jam,  
 Quæ quidem mihi atque vobis res vortat bene,  
 Gregique huic, et dominis, atque conductoribus.  
 Face jam nunc, tu præco, omnem auritum poplum.  
 Age nunc reside: cave modo ne gratiis.

5

*Attendite hæc modo, spectatores, si placet, quod quidem mihi cedat feliciter, et vobis, et huic cætui scenicorum, et dominis et conductoribus histrionum. Tu, præco, fac modo uniuersam plebem attentum. Age jam, factis spectatoribus attentis: consede, vide nunc ne faceas et resideas sine mercede. Jam aperiam quanobrem*

\*\*\*\*\*

**1** *Hoc a. si vultis C. Pl. 3. 4. 5. 6. B. 2. Hoc a. si vultis B. 1. spectatores si vultis Hl. 1. spectatores si vultis Pl. 1. 2. nunc iam Cam. Lamb. Both.—2 Vulgg. vortat bene; Lgg. vortat bene.—3 Gregi atqui huic Hl. 1. Gregique huic et d. et cond. conj. Both. Gregique et dominis et cond. Both. in ed. 1. Gregique et dominis atque cond. Both. in ed. 2. et cond. B. 1. B. 2. a m. sec. nonnulli Lgg. ac cond. B. 2. a m. pr. domino vulgg. ante Grnt.—4 Ecce jam B. 1. Pl. sex. Lgg. Ven. 1. Bon. Eace jam J. Gul. Face jam nunc tu, præco, &c. restituendum monet Both. et sic legit Grnt. in ed. ult. populm B. 1. Ven. 1. Bon.—5 Riven. legit, *cave meis ne ingratius*; Passerat. *cave modo ne γρύξς* C. negratis; Pl. sex B. 1. 2. Hl. 1. Ven. *ne gratis*; Bon. *ne graxis*;*

## NOTÆ

**1** *Hoc agite*] Id est, ad hanc comediam animos attentos præbete: loquendi formula qua uti solebant qui sese ad sacrificandum accingebant apud ethnios, ad imperandam attentionem: hinc a sacris ad seria et attentione digna translatum dictum, ‘Hoc age,’ ‘hoc agite,’ id est, ad ea quæ aguntur nunc animos advertite. ‘Alind agere’ est contrarium.

**Sultis**] ‘Si vultis’ est forma loquendi qua lenitur imperandi modus, ‘agite,’ in quo est nonnihil anctoritatis, quod repugnat urbanitati.

**Jam**] Jam dissolutione poëtica prænuntiadum ut sit i vocalis et pes iambus; nam versus est senarius.

**3 Gregique**] Scil. histrico, id est, comedisi.

**Dominis, atque conductoribus**] Ædi-

libus, quorum erat cura scenicorum spectaculorum, et iis qui Indos e sua re exhibent; qui donnaient la Comédie au peuple.

**4 Face**] Alii *Exci*, id est, excita. Alii, *Ecce*; sed *Ecce* propagatum a veterum codicium et manuscriptorum errore, in quibus *Eace* pro *Face*, mutato F majusculo in E; quod *Eace* est perperam emendatum *Ecce*.

**5 Reside: cave modo ne gratiis**] Id est, gratis. Jubet modo silere præconem, et uno tempore hominis notat cupiditatem, quasi dicat: Vos, præcones, nec gratis clamatis, nec gratis tacetis. Quo alludit Cic. ‘Nec mirum si is qui vocem venalem habnerat, ea quæ voce quæsierat, magno sibi quæstui fore putabat.’ Hic vero admonet Comicus, ne præco mercedem expectet ut taceat. Martialis:

Nunc, quid processerim huc, et quid mihi voluerim,  
Dicam; ut sciretis nomen hujus Fabulæ.

Nam quod ad argumentum attinet, sane breve 'st.

Nunc quod me dixi velle vobis dicere,

Dicam: Huic nomen Græce est Onagos Fabulæ.

10

Demophilus scripsit, Marcus vortit barbare.

Asinariam volt esse, si per vos licet.

Inest lepos ludusque in hac Comœdia.

Ridicula res est, date benigne operam mihi,

Ut vos item alias, pariter nunc, Mars adjuvet.

15

*prodierim huc, et quid mihi proposuerim.* Huc processi, ut teneretis nomen hujus Comœdiæ. Etenim quod spectat ad argumentum, sane est contractum. Jam patefaciam id quod dixi me velle vobis patefacere: nomen hujus Comœdiæ est 'Ductor asinorum.' Demophilus composuit, Plautus interpretatus est lingua Romana. Vult appellari 'Asinariam,' si per vos illi concedatur. Est in hac Fabula festivitas et ludus, est res risu digna. Attendite hanc benigne. Oro Martem ut vobis sit præsidio nunc, sicut fuit alias.

Pl. 1. a m. sec. ne cratis; al. ne gravis.—8 Nam quod arg. B. 2. breve est B. 1. 2.—9 Hl. 1. dicere dicam Huic, &c.—10 Græce onagrost fabulæ Ligg. C. Bon. Onagro est Pl. 2. 6. B. 2. onago Pl. 1. 3. 4. B. 1. H. Onogo G. Onagost Ven. 1. Both.—11 Diphilus Pl. 2. 4. Diphilos s. M. Attius J. Gul. Macrus B. 1. Hl. 1. Ven. 1. Pl. 1. 3. 5. Maccus C. Macus Pl. 6. M. Accius Ligg. Grut. Pareus, ecritit B. 2.—13 Idem lepos B. 1. 2. Hl. 1. Ven. 1. Bon.—14 Ridicularia edd. quædam vett. Ridicula C. B. 1. 2. Hl. 1. 2. Pl. sex, Ven. 1. Bon. al.—15 Ut vos, ut alias Both. 1. Ut vos, item ut alias Both. 2. pariter nunc me ars adjuvet conj. Gul. Canter. Nov. Lectt. 11. 20. invitisi Lamb. et Grutero.

#### NOTÆ

'Vis, garrule, quantum Accipis ut elames, accipere ut taceas?' Alii legunt grazis a graxo, quod a κράξω, clamo. Lucret. 'Aut morbo delirantes prograxe feruntur.'

10 *Est Onagos [Onagost] Ὀνάγος et ἄνηγος, asinorum ductor.* Onagost, id est, Onagos est.

11 *Barbare]* Latine. Græcis, apud

quos esse scena fingitur, erant 'barbari' Romani, et Romanis Græci. 'Barbarus' autem hoc loco significat un étranger.

15 *Ut vos... Mars adjuvet]* Est adiuratio religiosa, quasi dicat: Sicut vos dabitis operam, seu attente audiatis, precor ut vos etiam Mars adjuvet. *Ut pro sic.*

## ACTUS PRIMI SCENA PRIMA.

LIBANUS, DEMÆNETUS.

**L.** SICUT tuum vis unicum gnatum tuæ  
Superesse vitæ, sospitem et superstitem :  
Ita te obtestor, per senectutem tuam,  
Perque illam, quam tu metuis, uxorem tuam :  
Si quid med erga tu hodie falsum dixeris,       5  
Ut tibi superstes uxor ætatem siet :  
Atque illa viva vivus ut pestem oppetas.  
**D.** Per Deum Fidium quærvis : jurato mihi

**L.** Sicut exoptas tuum filium unicum tibi esse superstitem, salvum et incolument, sic te obsecro per Deum Fidium, per tuam senectutem, et per illum conjugem quam tu formidas adeo, ut mihi verum dicas; si mihi protuleris hodie quipiam falsi, precor ut uxor tibi sit superstes diu, et ut vivus dispereas illa viva. **D.** Rogas

1 B. 2. *gnatum tuum*; sed in marg. *tuæ*.—2 *Super est* B. 2.—3 *Hic versus deest in Pl. 1. 2. 3. 4. 5. G. B. 2. Ven. 1. Ita ted obtestor Hl. Ita te o. tum Parei 2. Lamb. illud *tum* ejecit Grut.—5 Pl. sex, *met erga*; B. 1. 2. H. 1. Ven. 1. Bon. *me erga hodie*.—6 B. 1. 2. Hl. 1. *atatem siet*.—7 B. 1. *viva nimis*; et sic B. 2. inter lineas. *opperas* Ven. 1.—8 *Per Deum fidem* G. *Per Dium Fidium* Parei 2. *Per Deum fidem*, ut tu quærvis Both. in notis; *Per Deum fidem*, qua quærvis Both. in textu; *qua quærvis* Lamb. *fidium quærvis video jurato* Lgg.*

## NOTÆ

**1** *Sicut tuum*] Fingit Poëta inchoata orationem in postscenio, et venire in scenam herum et servum colloquentes. Hoc patet ex verbis Demæneti, qui testatur se adjuratum a Libano per Deum Fidium, versu 8.

**2** *Superstitem*] Cicero: ‘Qui totos dies precabantur et immolabant, ut sui liberi sibi superstites essent, superstitiosi sunt appellati: quod nomen postea latius patuit.’

**3** *Ita te obtestor*] Ellipsis phraseos integræ, ut mihi verum dicas. Ellipsis vero hec est accommodata servili timori exprimendo Libani sibi a pistrino metuentis.

**5** *Med erga*] *Erga me*, id est, mecum. In *med erga* est expletiva

ad fugiendam elisionem vocalis, ut nos dicimus, *a-t-il dit*, est expletiva pronunciationis ergo posita, ad fugendum hiatum, *a-il dit*.

**6** *Ut tibi*] Ellipsis, pro precor ut tibi.

*Ætatem*] Nonius, *ætatem*; id est, diutissime, *æternum*, adverbialiter positum. Donatus: ‘tamdiu quam longa est ætas.’

**7** *Pestem*] Mortem crudelēm.

**8** *Per Deum Fidium*] Hac præmissa adjuratione nefas erat fallere cuivis tanquam jurato. *Fidius* autem erat Jovis filius. Δίδις νῦν Ἡρακλῆς, quia interdum apud Græcos ν σοναbat ut digamma Εolicum, et ut ν consonum apud Latinos: hinc νῖθὶς

Video necesse esse eloqui, quicquid roges,  
 Ita me obstinate aggressus, ut non audeam                    10  
 Profecto, percunctanti quin promam omnia.  
 Proinde actutum istud quid sit, quod scire expetis,  
 Eloquere: ut ipse scibo, te faciam ut scias.  
**L.** Dic obsecro hercle serio, quod te rogem.  
 Cave mihi mendacii quicquam. **D.E.** quin tu ergo rogas?  
**L.** Num me illuc ducis ubi lapis lapidem terit?            16  
**D.E.** Quid istuc est? aut ubi est istuc terrarum loci?  
**L.** Ubi flent nequam homines, qui polentam pransitant.  
**D.E.** Quid istuc sit, aut ubi istuc sit, nequeo noscere,  
 Ubi flent nequam homines, qui polentam pransitant.        20  
**L.** Apud fustitudinas ferricrepinas insulas,

*per Deum Fidium: animadverto mihi, tanquam interposito sacramento, aperiendum esse quicquid postulaveris. Tu me aggressus es adeo pertinaciter, ut non audeam non tibi efferre universa quæ flagitas. Atque adeo dicio statim quid sit id quod nosse exoptas: enitar ut tu teneas, sicut ipse teneo. L.B. Eloquere serio, quæso, per Herculem, id quod te rogo. Vide ne mihi admisceas aliquod mendacium. DEM. Cur non postulas tu igitur? L.B. Nonne me deducis illuc ubi lapis premvit lapidem? DEM. Quid est illud, aut ubinam gentium est illud? L.B. Ubi nequam homines qui edunt polentam, lugent. DEM. Non possum concipere quid sit id, aut in quo loco sit illud, ubi lugent homines improbi qui edunt polentum. L.B. In insulis fustium ictibus et crepitatione ferri sonantes, ubi lora boum mortuorum concidunt*

—9 B. 1. 2. *loqui*; Bon. *eloqui*. H. *rogas*.—10 *Ita me o. aggressus es* B. 1.—  
 12 B. 1. 2. *Hl. Both. istuc quid sit*; Ven. 1. Bon. *istuc quid est?*—14 *Dic o. ercle C.*—15 B. 2. *tu gº. rogas*; B. 1. *igitur rogas*.—17 B. 1. *Hl. Ven. 1. Both. aut ubi istuc est?*—18 *Hunc vs. omittit, et quatnor seqq. ita transponit Both. 21. 22. 19. 20. pransitant, aut B. 2. τὸ aut est a m. sec. pinsitant C. Pl. 5. pro v. 1. et Lamb.*—19. 20 *Hi versus desunt hic in B. 1. 2. Inseruntur in G. H. Pll. Ven. 1. Bon. Parei 2. post vs. 33. Pro pransitant, C. Med. 2. Lamb. pinsitant.*—21 *Fustitudinas f. crepidinas* Pll. 1. 4. 5. 6. B. 1. Ven. 1. Bon.

## NOTÆ

ut φίδιός hinc ‘Fides.’ Simulacrum Fidii Dei erat ejusmodi: erat Amor puerili vuln, qui babebat ad dextram Honorem, a lœva Veritatem, Roma- na veste. Aspiciebant se invicem Honor et Veritas, et junctas habe- bant dextræ.

10 *Aggressus*] Ellipsis, ‘es.’

15 *Mendacii*] Ellipsis, ‘dicas.’

16 *Lapis lapidem terit*] *Pistrinum* significat, in quo mola molæ subjecta

est; ut in pistrinis nostris, qñorum immobilis est quæ subjicitur; sed ea quæ imponitur, movetur. Plauti tem- poribus nonnisi lacertorum viribus vertebantur molæ; nunc aut vento aut aqua.

18 *Potentam*] Servile edulium fac- tum ex farina hordacea, aqua subacta, et igne concocta et indurata.

Pransitant] Alii pinsitant.

21 *Fustitudinas*] Verbum a Plauto

Ubi vivos homines mortui incurvant boves.

DE. Modo pol percepti, Libane, quid istuc sit loci,

Ubi fit polenta, te fortasse dicere. LI. ah!

Neque hercle ego istuc dico, nec dictum volo. 25

Teque obsecro hercle, ut, quæ locutus, despicias.

DE. Fiat, geratur mos tibi. LI. age age usque exscrea.

DE. Etiamne? LI. quæso hercle usque ex penitis fauibus.

DE. Etiam? LI. amplius. DE. nam quoisque? LI. usque ad mortem volo.

DE. Cavesis malam rem. LI. uxoris dico, non tuam. 30

*homines viventes.* DEM. *Per Pollicem novi jam, Libane, quis sit ille locus, et te intelligere forsitan locum in quo fit polenta.* LIB. *Ah! per Herculem neque ego dico id, neque volo dictum: et te obtestor per Herculem ut perspuas ea quæ dixisti.* DEM. *Perspuo; tibi obtempero.* LIB. *Age perspuere continuo.* DEM. *Adhucne?* LIB. *Obsecro per Herculem continuo ex imis fauibus.* DEM. *Adhuc?* LIB. *Amplius.* DEM. *Sed quoisque despuaam?* LIB. *Volo usque ad interitum.* DEM. *Care, si placet, ne tibi contingat infortunium.* LIB. *Intelligo interitum conjugis,*

\*\*\*\*\*

*fustitudineas f. crepidinas Pl. 2. 3. fustidinias f. crepidenas G. fustidineas f. crepidinas H. M. fuscidinas f. crepidinas Hl.—23 Modo percipi B. 1. 2. istuc fit loci B. 1.—24 Ubi sit Pl. 2. 3. 4. 5. 6. C. B. 1. Parei 2. LI. Athth B. 2. LI. ahe C. Pl. 4. H. LI. at at Pl. 2. et cod. Barth. LI. ha Pl. 3. 5. LI. athath Hl. 1. LI. hat Lgg. LI. at Both.—25 C. ergo istuc a m. pr. M. Hl. I. B. 1. Parei 2. Both. neque d. volo.—26 Teque o herclæ C. Idem codex inter lineas, qui locutus; Pl. que locutus.—27 C. Pl. excrea; B. 1. Parei 2. excrea. Etiam amplius. DE. Namque, &c. vs. 28. omisso. Vs. 28. deest etiam in B. 2.—28 Hl. Pl. Lgg. G. H. Ven. 1. Med. 2. Bon. age quæso . . . fauibus. Etiam amplius; M. Lamb. Taub. an. 1620. Etiam amplius. Both. legit et distinguit: LI. Age, quæso hercle, usque! DE. Ex penitis fauibus? LI. Etiam amplius.—*

#### NOTÆ

factum ex ‘fustis,’ idque ad risum movendum.

*Ferricrepinas]* A ‘ferro’ et ‘crepo,’ quia ferreae servorum compedes et catenæ crepant, et sonitum edunt. Verbum item in Plautina officina cūsum.

*Insulas]* Molas intelligit quæ in medio pistrino positæ, speciem quandam præbent insularum. Præterea alludit ad deportationem reorum, quæ ferme in insulas fiebat. *Fustitudinas insulas* appellari putavero, quod fuste graviori seu vecte mola superior

illigata converteretur ab iis qui ad pistrinum damnati essent.

*22 Mortui boves]* Enigma. Ubi loris corio bubulo accisis cæduntur terga servorum.

*26 Despuas]* In signum odii ac contemni etiamnum despuius.

*28 Penitis]* Id est, imis. Vocabant veteres penitum quod intimum esset. Unde et ‘penum’ et ‘penates’ dicebant. Catullus; ‘Flamina penita.’

*30 Malam rem]* Id est, pistrinum vel lora arcessere.

**D.** Dono te ob istuc dictum, ut expers sis metu.

**L.** Di tibi dent, quæcumque optes. **D.** redde operam mihi :

Cur hoc ego ex te quærām ? aut cur miniter tibi,

Propterea quod me non scientem feceris ?

Aut cur postremo filio succenseam,

35

Patres ut faciunt ceteri ? **L.** quid istuc novi est ?

**D.** Evidēm scio, jam filius quod amet meus

Isthanc meretricem e proxumo Philenum.

Estne hoc, ut dico, Libane ? **L.** rectam instas viam.

Ea res est : sed eum morbus invasit gravis.

40

**D.** Quid morbi est ? **L.** quia non suppetunt dictis data.

**D.** Tune es adjutor nunc amanti filio ?

**L.** Sum vero, et alter noster est Leonida.

**D.** Bene hercle facitis, et a me initis gratiam.

Verum meam uxorem, Libane, nescis qualis siet ?

45

*non tuum.* **D.** Propter id verbum, tibi concedo ut sis immunis a timore pistrini. **L.** Dii tibi præbeant quicquid exoptes. **D.** Audi me vicissim. Quid est quod a te petum? utrum meus filius amet, quandoquidem scio? aut quare tibi iratus sim, propterea quod non mi detexisti ejus amores? Denū quid increpabo meum natum, sicut increpant alii patres? **L.** Quid est illud novi? **D.** Profecto ego scio meum filium anare nunc Philenum, illam meretricem vicinam: idne est sicut loquor, Libane? **L.** Ingredieris rectam viam, id est ita, sed gravis morbus eum invasit. **D.** Quis morbus est? **L.** Quia munera non respondent promissis. **D.** Esne tu nunc opitulator filio amanti? **L.** Sum vero et alter so- cius noster Leonida. **D.** Agitis recte per Herculem, et bene meremini de me:

\*\*\*\*\*

30 Cave scis Hl.—32 G. quodcumque optas.—33 Cur hoc ex te Lgg. Cur ergo ex te B. 2. sed hoc est in marg. Cur ego ex te Hl. 1. Vss. 19. 20. hic inseruntur in B. 2. Hl. 1.—34 Ms. Both. G. Hl. 1. Ven. 1. Med. 1. 2. Bon. Arg. 3. me nescientem; B. 1. me nesciente.—36 Post hunc vs. G. et Both. inserunt versum 69. Demiror, &c.—37 Pl. 4. filius quidem amet meus; Lamb. nialit, filium quod amet meum; Both. filius quoad amet meus.—39 Estne ut dico hoc B. 2. rectam ut instas viam Parens; rectam instas viam Pl. B. 1. 2. Hl. 1. 2. Ven. 1. Bon.—40 B. 2. sed morbus eum. Post hunc versum inseritur vs. 28. in B. 1. Hl. 1. et al.—41 Voc. data est in litura in B. 2.—42 Hl. amanti nunc.—45 Cam.

#### NOTÆ

32 *Di tibi*] Horat. II. Sat. 8. 75. respondendo rogatis.  
 'Tibi Di quæcumque preceris, Com- moda dent.'

*Redde operam*] Vicem postulat De- mænetus a Libano in auscultando et

33 *Cur hoc ... quærām*] Paralipsis, utrum filius meus amet.

41 *Non suppetunt dictis data*] Non respondent.

**L.** Tu primus sentis, nos tamen prænoscimus.

**D.** Fateor eam esse importunam atque incommodam.

**L.** Posterius istuc dicis, quam credo tibi.

**D.** Omnes parentes, Libane, liberis suis,  
Qui mihi auscultabunt, facient obsequelam : 50

Quippe qui mage amico utantur gnato et benevolo :

Atque ego me id facere studeo : volo amari a meis,

Volo me patris mei similem, qui causa mea

Nauclerio ipse ornatu per fallaciam,

Quam amabam, abduxit ab lenone mulierem. 55

Neque puduit eum id ætatis sycophantias

Struere, et beneficiis me emere gnatum suum sibi.

*sed ignoras qualis sit mea uxor.* **L.** *Tu sentis primus, tamen nos conjicimus.* **D.** *Confiteor eam esse molestam atque intolerandam.* **L.** *Loqueris id serius quam credidi.* **D.** *Universi parentes, Libane, qui me audiunt, morem gerent nunc suis liberis.* *Nam hac ratione habebunt filios magis amicos et benevolos : atque ego studeo facere id.* *Volo diligi a meis : volo esse similes meo patri, qui ipse mei gratia vestimentis amatoriis abduxit a lenone per dolum fæminam quam deperibam.* *Neque eum puduit ea aetate qua erat proiectus, adornare sycophantius in meam*

-----  
*qualis sit ; Lgg. Pl. C. et edd. vett. qualis sicut.* —46 *Cam. nos tamen inde nos-*  
*cimus ; C. Lgg. nos tamen in pretio sumus ; Taub. conj. nos tamen in primo sumus ;*  
*Pl. 6. nos tamen prænoscimus ; Pl. 1. 2. 3. 4. 5. Hl. 1. 2. B. 1. 2. Ven. 1. Bon.*  
*edd. vett. nos tamen prænoscimus.* —50 *Qui m. auscultant Hl. B. 2. facient obse-*  
*quentiam Seal. Grut. Both. facient obsequelam C. Pl. 2. Parei 2. f. obsequelam*  
*jam Taub. f. obsequelam Hl. 1. B. 1. 2. Pl. 1. 3. 4. 5. 6. et edd. vett.* —51  
*Hl. 1. utantur amico ; Lgg. B. 2. benivolo.* —53 *Volo mei patris me B. 1. 2. Hl.*  
*1. Volo me patris similem Lgg.* —54 *Nauclero Taub. Nauclerio omnes codd.* —  
*55 B. 1. 2. Hl. 2. a lenone ; Bon. a leone.* —56 *B. 2. id aetatis eum.* —57 *B. 2.*

#### NOTÆ

45 *Meum uxorem]* Pro ‘mea uxor.’ Hellenismus Comicis familiaris.

46 *Prænoscimus]* Alius legit in veteribus exemplaribus, *ponoscimus*, pro ‘postnoscimus,’ ut est ‘pomeridianum,’ ‘pomœrium’: id est, tu primus sentis, nos postea sentimus. Alii codices habent, *nos tamen in pretio scimus*; quasi dicat: *Tu in primo pretio sentis qualis sit uxor tua; nos tamen ipsi aliquo in pretio, sive loco et tempore, id sentimus.* Nam cum dicitur ‘primo,’ ‘secundo,’ ‘tertio,’ intelligitur pretio, loco, numero, ordine. In Pœnulo: ‘Primum pri-

ma salva sis, et secunda tu secundo salve in pretio, tertia salve extra pretium.’

54 *Nauclerio ornatu]* Mil. Glor. iv. 4. Palæstrio dicit Plensippo: ‘Facito ut venias hinc ornatu nauclerico, Causiam habeas ferrugineam, culicatum ob oculos laneam, Pallionum habeas ferruginem: (nam is colos thalassieum est:) Id connexum in humero levio, exaffilato brachio, Præcinctus aliqui, assimulato quasi gubernator fies.’ ‘Exaffilato brachio,’ id est, exerto et explicato pallio.

Eos me decretum est persecui mores patris.  
 Nam me hodie oravit Argyrippus filius,  
 Ut sibi amanti facerem argenti copiam :                                           60  
 Et id ego percupio obsequi gnato meo :  
 Volo amori obsecutum illius, volo amet me patrem.  
 Quanquam illum mater arte contenteque habet,  
 Patres ut consueverunt : ego mitto omnia hæc.  
 Præsertim cum is me dignum, quoи concrederet,                                   65  
 Habuit, me habere honorem ejus ingenio decet:  
 Cum me adiit, ut prudentem gnatum æquum est, patrem ;  
 Cupio esse amicæ quod det argentum suæ.  
**L1.** Demiror quid sit, et quo evadat, sum in metu.  
**D E.** Evidem scio jam, filius quod amet meus.                                   70

*gratiā, et me emere sibi summum filium beneficīis. Statui insistere iis moribus mei patris. Num Argyrippus me rogavit hodie ut sibi darem pecuniam om̄nūti: et ego expto in hoc morem gerere meo filio. Volo obtemperare illius amori, volo ut me amet patrem, tametsi mater tenet illum stricte contenteque, sicut patres soliti sunt. Ego præterea universa hæc, quoniam præsertim ille me judicari dignum cui confideret, non possum non laudare ejus ingenium: quando me convenit patrem, sicut est par facere filium ingenuum; opto illi esse pecuniam quam deferat suæ amicæ.*

**L1B.** Nescio quid sit hoc, et pertimesco ne id vertat male. **DEM.** Prefecto ego nori

*emere et me beneficīis; H. benefactis.—58 Eos me decretu'st Lgg. Bon.—59 Agyrippus Lgg. Argirippus B. 2. Argyrippus C. Pll. B. 1. Hl. 1. al.—60 Ut sibi B. 1. 2. Hl. 1. Ven. 1. Bon.—62 Volo a. ejus obsecutum Both. 1. 2.—63 Lgg. C. G. H. Parei 2. arte c. habet.—64 P. ut consuerunt B. 2. C. Pll. 1. 2. 3. 4. 6. P. ut consueverunt B. 1. Hl. 1. Pl. 5. P. et consueverunt Bon.—65 P. quo minus me Lgg. quoи concrederet habuit B. 1. quoи crederet Ven. 1. Bon. quoи concrederet habuit me Hl. cui cum crederet: habuit me B. 2.—66 Habere hominem e. i. decet B. 1. Habere honorem, &c. B. 2. Hl. decet ingenio Lgg.—67 Quoniam me, &c. B. 1. 2. Hl. ut prudentem B. 2. æquom'st Lgg.—69 Hunc versum om̄nes codd. Parei hoc collocant: malint vero nonnulli transferre supra post vs. 36.—70 Hunc vs. dispungendum censem Grnterns, cum supra vs. 37. locum suum habeat, hicque tantum turbet. Schop. Epist. v. 15. vs. 67. ad 71. ita ordinat: *Cum me . . . patrem. LIB. Demiror . . . metu. DE. Evidem . . . meus. Cupio esse . . . suæ. LIB. Cupis id, &c. B. 1. 2. Hl. Ven. 1. Bon. jam scio.**

## NOTÆ

62 *Obsecutum*] Sub. ‘esse.’ Passive pro ‘obsecundatum esse.’

63 *Arte contenteque habet*] ‘Contenta vita,’ id est, attenta, minime remissa; parce et duriter agere cum filio, tractare, educare, alere filium.

64 *Patres ut consueverunt*] Seneca: ‘Non vides quanto aliter patres, ali-

ter matres indulgeant? illi exercitari jubent liberos ob studia obeunda mature; feriatis quoque diebus non patiuntur esse otiosos, et sudorem illis, interdum lacrymas excutint, et matres sovore in sinu, continere in umbra volunt.’

70 *Evidem*] Idem versus est 37.

- Lt.** Cupis id, quod cupere te nequicquam intellego.  
**Dotalem servum Sauream uxor tua**  
**Adduxit, cui plus in manu sit quam tibi.**  
**De.** Argentum accepi, dote imperium vendidi.  
**Nunc verba in pauca conferam, quid te velim.** 75  
**Viginti** jam usu'st filio argenti minis.  
**Face id ut paratum jam sit.** **Lt.** unde gentium ?  
**De.** Me defraudato. **Lt.** maxumas nugas agis.  
**Nudo detrahere vestimenta me jubes.**  
**Defrudem te ego ? age sis, tu sine pennis vola.** 80  
**Tene ego defrudem, cui ipsi nihil est in manu ?**  
**Nisi quid tu porro uxorem defraudaveris.**  
**De.** Qua me, qua uxorem, qua tu servum Sauream

*jun meum filium amare.* **LIB.** Optas id quod intelligo te optare incassum. Tua uxor adduxit Sauream servum administrum suæ dotis. **DEM.** Accepi pecuniam ab uxore, vendidi auctoritate maritale dote. Nunc contraham paucis quid velim te. Meo filio est opus nunc viginti minis argenti. Fac ut id sit jam numeratum. **LIB.** Unde gentium ? **DEM.** Decipe me. **LIB.** Dicis magnas nugas. Mandas me adimere vestes nudo. Tene defrudem ego ? age, si placet ; vola sine alis. Cui nihil est, nihil ipsi in potestate, nisi tu ademeris prius aliquam pecuniam uxori. **DEM.** Tu circumveni me quacumque ratione potueris, quacumque uxorem, quacumque Sauream

---

—71 Lgg. *cupere necquicquam.* Ven. 1. *intelligo.*—73 *Obduxit* in quibusdam edd. vett. *Adduxit* C. Pll. Hl. 1. 2. B. 1. 2. Ven. 1. 2. 3. Bon. et recent. *in manu* est Bon.—76 B. 1. 2. *usus est.*—77 *Face ut id* B. 1.—78 *Me defraudeto* H. Pll. 1. 4. B. 2. M. S. *Me defraudato* Pll. 2. 3. 5. 6. C. B. 1. Hl. Ven. 1. Bon.—80 *Defrudem ego te* Lgg. *Defrudem te ego* B. 1. Hl. 1. al. ap. Pareum ; *Defraudente ego* B. 2. *Defrudem te ego* C. et Pll. fere omnes.—81 *Tene ego defraudem* B. 1. Hl. *cui nihil ipse est* B. 2. *im manu* Bon.—82 *Nisi quod* B. 1. Hl. 1. *defraudaveris* B. 2. Lgg. Pll. 1. 2. 3. et Pl. 4. in margine ; *defraudaveris* Hl. B. 1. C. Pll. 4. 5. 6. Ven. 1. Bon.—83 *Qua me arte* C. de glossa. *qua tu*

## NOTÆ

Gruterus idecirco censem expungendum. Quidni repetere pater potuit ?

72 *Dotalem servum*] Erat servus qui in mariti potestate non erat, sed uxoris tantum, et tractandæ doti peculiari præpositus. Anulo Gellio ‘receptitus.’ Dotalis servus dabatur uxori ad administrandum dotem : in eum maritus nullum exercebat imperium, neque in pecuniam uxoris dotalem. Servus ille dotalis vocabatur ‘exemptus,’ quia cum in ceteros servos uxo-

ris imperium haberet maritus, in dotalem minime habebat.

76 *Minis*] Mina erat librarum Turonensium septendecim cum semisse. Petebat ab Argyrippo lena viginti minas : nolebat polliceri Argyrippus : demum victus amore Philenii, Argyrippus in tertia scena pollicetur.

80 *Defrudem*] Nonius : ‘Defraudare est fructum minuere, vel per fraudem aliquid eximere.’

83 *Qua me*] *Qua*, id est, partim :

- Potes, circumduce, aufer; promitto tibi  
Non offuturum, si id hodie effeceris. 85
- Li. Jubeas una opera me piscari in aëre,  
Venari autem rete jaculo in medio mari.
- De. Tibi optionem sumito Leonidam.  
Fabricare quidvis, quidvis comminiscere.
- Perficio argentum hodie ut habeat filius,  
Amicæ quod det. Lt. quid ais tu, Demæneta? 90
- Quid si forte in insidias devenero?  
Tu redimes me, si me hostes interceperint?
- De. Redimam. Li. tum tu igitur aliud cura quid lubet.
- De. Ego eo ad forum, nisi quid vis. Li. i; etiamne ambulas? 95

*servum. Aufer, tibi polliceor me non tibi offuturum, si perfeceras id hodie. LIB. Mandes eodem pacto me piscari in aëre, venari vero reli jaculo in alto mari. DEM. Sumito tibi Leonidam adjutorem; architecture quidlibet, excogita. Perfice hodie ut filius habeat pecuniam quam det amicæ. LIB. Quid dicis tu, Demæneta? Quid, si incidero forte in laqueum? Si hostes me deprehenderint, tu me redimes? DEM. Redimam. LIB. Tum tu ergo cura aliud quid vis. DEM. Ego proficiscor ad forum, nisi vis aliquid præterea. LIB. Perge, quin pergis? DEM. Audisne adhuc?*

\*\*\*\*\*

*atriensem servum Sauream.—84. 85 Lgg. promitto Non offuturum, si hodie; G. offirmaturum; unde Both. in edd. 1. 2. emend. Nunc offirmaturum . . . effeceris; C. etiam effeceris, a m. pr. tibi deest in omnibus codd. ap. Pareum.—86 G. aërem.—87 Voc. rête deest in Pl. 1. 2. 3. 4. 5. B. 1. 2. Hl. 1. 2. G. H. M. Ven. 1. Ald. Junt. Arg. 3. retiaculo Bon. Med. 2. unde Both. conj. reticula; edidit tamen, V. autem jaculod in, &c.—88 Leonida B. 1. Ven. 1. Bon.—89 F. quidvis com. B. 1.—90 Perficitote conj. Cam. et sic edidit Both. Perficio Pl. sex, C. B. 1. 2. Hl. 1. 2. Ven. 1. Bon. al.—91 B. 1. quid tu; Hl. quid agis tu.—92 Hic vs. deest in B. 2. G. M. Pl. 1. 2. 4. 5. 6. exfat tamen in C. Pl. 3. a m. sec. B. 1. Hl. 1. Ven. 1. Bon. Haec tantum habet H. Quid si insidias devenero.—93 Tun' B. 1. Hl. C. Pl. 1. 2. 3. 4. 6. Bon. Tun B. 2.—94 B. 1. 2. Hl. cura aliud; G. et Both. 1. 2. aliquid cura. G. M. Ald. Junt. Arg. 3. Both. quod lubet.—95. 96 Eo ego B. 1. 2. Hl. 1. 2. Ven. 1. Bon. Verba, Li.*

#### NOTÆ

ut 'qua mares,' 'qua fœminæ;' 'partim mares,' 'partim fœminæ.'

87 *Venari autem*] Dan. Heinsius, *Venari avem*, expuneto *t.*

*Rête jaculo*] *Une fondé, sorte de filet de pêcheur.*

88 *Optionem*] Festus: 'Optio qui nunc dicitur, antea appellabatur aëcensus. Is adjutor dabatur centuri-

oni a tribuno militum.' Vegetius: 'Optiones ab 'optando' appellati, quod antecedentibus ægritudine præpeditis, hi tanquam adoptati eorum atque vicarii solent universa curare.' Livius 'adjutorem,' item 'subcenturiouem' vocat, *un substitut.*

95 *Etiamne umbulas*] Quin ambulas. In Cur. 'Etiam tu taces, quin tu ta-

**DE.** Atque audin' etiam? **LI.** ecce. **DE.** si quid te volam,  
ubi eris?

**LI.** Ubi cumque libitum fuerit animo meo.

Profecto nemo est, quem jam dehinc metuam, mihi  
Ne quid nocere possit: cum mihi tua  
Oratione omnem animum ostendisti tuum. 100

Quin te quoque ipsum facio haud magni, si hoc patro.

Pergam quo occœpi, atque ibi consilia exordiar.

**DE.** Audin' tu? apud Archibulum ego ero argentarium.

**LI.** Nempe in foro? **DE.** ibi: si quid opus fuerit. **LI.** me-  
minero.

**LB.** Ecce audio. **DEM.** Si cupiam te facere aliquid, ubi eris? **LB.** Ubi cum-  
que placebit meo animo: certe est nemo quem timeam nunc dehinc ne possit mihi  
nocere in ulla re: quando mihi ostendisti omnem tuam mentem tuo sermone: si per-  
petravero id, non faciam quoque magni te. Pergam quo institui, atque in ibo ibi  
concilia. **DEM.** Audisne tu? Ego ero apud Archibulum argentarium. **LB.**  
Nempe in foro? **DEM.** Ibi, si quid opus fuerit. **LB.** Meminero. **DEM.** Nequit

\*\*\*\*\*

*i; etiamne ambulas? DE. Atque audin etiam? LI. ecce, desunt in Lgg. Bothins edidit: LI. Etiamne ambulas? DE. Atque audi etiam! LI. Ecce! DE. Ubi eris, si quid te volam? B. 1. 2. DE. fiet ne ambula Atque audin etiam; Hl. 1. fiet ne? ambula Atque audin etiam; Ven. 1. Bon. Arg. 3. fiet: ne ambula. Atque audi etiam; G. Atque audi etiam. B. 2. si quidem te.—97 B. 1. libitum crit; Hl. C. Pl. libitum erit; B. 2. libitum animo tuo profecto nemo est. Alii metri causa, libitum fuerit; et sic edidit Both.—98 Quem jam B. 2. C.—99 B. 2. Hl. Pl. mihi possit cum tua oratione.—100 Omnem a. o. tuum B. 1. 2. Hl. Ven. 1. Bon. al.—101 B. 1. Hl. 1. Ven. Bon. fuciam. B. 1. si hoc potero.—102 B. 2. quo capi, a. i. exordiar consilia.—103 Archibulum B. 2.—104 DE. N. i. f. LI.*

#### NOTE

ces.' Gruterns, *Ei, ei, ne ambula, id est, I, i, ne ambula.* Increpat senilem tarditatem; 'ambulare' enim est ferme reinisse euntis, 'ire' est contento cursu pertigentis.

103 *Argentarium]* Cujacius officium argentariorum sic describit: 'Fuit olim in civitatibus certum corpus, sive στοληα argentariorum, quorum erat publicum officium: tabernas et mensas cum ære in foro positas habebant. Apud mensas pecuniae depositabantur, permutabantur, emebantur, vendebantur. Quod est Latine *cambire*, Græce ἀνταγωβεσται. Per eos plerique pecuniam credebant, et

fœnori occupabant, emebant, vende-  
bant, auctoritatem et omnia negotia ex-  
ercebant, deque his omnibus rationes  
conficiebant. Ex eorum scriptura  
nascebatur obligatio omnium sine stip-  
ulatione. Usura eis debentur ex  
sola præscriptione; et quidem besses  
corum munia, quæ varia sunt, variis  
quoque appellationibus designantur;  
nam et mensarii dicuntur, et mensu-  
larii; et nummularii, et argentarii,  
et argentaria mensæ exercitores, et  
ἀργυροπράται, sive argenti distractores,  
collybistæ, cermatistæ, coactores,  
sive collectarii.'

104 *Si quid opus]* Est formula of-

DE. Non esse servus pejor hoc quisquam potest,      105  
 Nec magis versutus, nec quo ab caveas ægrius.  
 Eidem homini, si quid recte curatum velis,  
 Mandes : moriri sese misere mavolet,  
 Quam non perfectum reddat quod promiserit.  
 Nam ego illud argentum tam paratum filio      110  
 Scio esse, quam me hunc scipionem contui.  
 Sed quid ego cesso ire ad forum, quod inceperam ?  
 (Ibo,) atque ibi manebo apud argentarium.

*esse servus ullus nequior hoc, nec versutior, nec a quo difficultius caveas. Si optes aliquid procurari, manda id illi. Mallet sese perire misere, quam non reddat absolutum quod pollicitus sit. Nam ego certo si o illud argentum tam paratum filio, quam me conspicere hunc baculum quem teneo in manu. Sed quid ego cesso pergere ad forum quod institueram ? Ibo, et manebo ibi apud trapezitam.*

---

*ibi: s. q. o. f. DE. memento Non esse B. 2. DE. N. i. f. LI. ibi: s. q. o. f. DE. meminero Non esse B. 1. B. 2. a m. sec. Hl. 1. Ven. 1. Bon. N. i. forum G. et Both. ibi deest in G.—105 Non e. serros B. 1. hoc pejor B. 2. Lgg.—106 Non m. versutus B. 2. egrius C.—111 LI. Scio esse B. 1. scipionem hunc Hl. coniti C. a m. pr.—112 Lt. Sed quid Ven. 1. Si ego quid Hl. 1. B. 1. quo inceperam G. et Both. 1. 2. quod inceperam C. quod inceperam Pll. B. 1. 2. Hl. 1. 2. Ven. 1. Bon.—113 Ibo deest B. 1. 2. Hl. 1. Ven. 1. Bon. Pll. sex, C. G. M. H. Lgg.*

#### NOTÆ

ferendæ ac spondendæ operæ. Cicerone : ‘Erat enim, si meministi, in consulari petitione per te mihi pollici-      105  
 tus si quid opus esset.’ Quo et allu-  
 dit Martialis : ‘Si quis opus fuerit,  
 scis me non esse rogandum.’

---

## ACTUS PRIMI SCENA SECUNDA.

### ARGYRIPPUS.

SICCINE hoc fit ? foras aëdibus me ejici ?  
 Promerenti optume hoccine pretii redditur ?  
 Bene merenti mala es, male merenti bona es.

ARG. Itane vero mecum agitur ? Itane ego ejiciar ex aëdibus ? Hæcne gratia refertur bene merito ? Es mala bene merito ; es bona mala merito. At es mala

---

1 Siccine hoc fit foris Lgg. S. h. fit foras B. 1. Hiccine h. fit foras Bon.—

At malo cum tuo: nam jam ex hoc loco  
 Ibo ego ad tresviro, vestraque ibi nomina        5  
 Faxo erunt: capit is te perdam ego et filiam,  
 Perlecebræ, perniciies, adolescentum exitium.  
 Nam mare haud est mare, vos mare acerrimum.  
 Nam in mari repperi, hic elavi bonis.  
 Ingrata atque irrita esse omnia intellego,        10  
 Quæ dedi, et quod benefeci: at posthac tibi,  
 Male quod potero facere, faciam, meritoque id faciam tuo.

*cum tuo danno. Etenim nunc ex hoc loco ego pergam ad tresviro, et faciam ut vestra nomina sint ibi scripta inter nomina rerum: ego te accusabo criminis capitali, et perdam et te et natam Philenum, pellices, labes, exitium juventutis. Nam pelagus non est tam pelagus, quam vos estis pelagusp profundum. Nam inveni in pelago divitias, hic feci naufragium. Animadverto universa munera quæ dedi, et beneficia quæ contuli, collata ingratis, et perdita: sed deinceps tibi faciam id quod potero facere male, et prestabo id tuo merito. Ego per Pollucem te redigam eo*

\*\*\*\*\*

4 *At malo cum tuo* Lgg. Pl. 5. et Pl. 3. a m. pr.—5 *B. 1. rostra*; Hl. nostrar;—6 *Faxo erunt capit is: te, &c.* Bon.—7 *Perlecebris, perniciis* al. ap. Pareum contra codd. *Pellecebræ* B. 1. Hl. 1. *pñties, sive pernutes, aut permities* C. et Pll. obscura enim scriptura est. *adolescentium* B. 1. 2. Hl. 1. G. H. M. ‘quo recepto in ordinem, deletoque verbo *exitium*, habemus Creticum versum, quales sunt vicini.’ Both.—8 *B. 1. Hl. 1. haud mare est.* Lgg. *acerrimum*.—9 *B. 1. hic cœlavi*; B. 2. *hic celavi*.—10 Both. *inrata esse*.—11 Ven. 1.

#### NOTÆ

4 *At malo cum tuo*] Phrasis obvia iis qui denuntiarent alicui non laturos impune quæ perpetrarent: quasi dicat, sed non impune feres.

*Ex hoc loco*] E vestigio.

5 *Ibo ego ad tresviro*] Erant poenæ constitutæ in meretrices et lenas aliquæ, ut patet ex hoc loco, quarum arbitri erant tresviri, de quibus supra: quod et hoc patet Truc. iv. 2. ‘Adversum legem accepisti a plurimis pecuniam.’

*Vestraque ibi nomina*] Moris erat, ut qui alium deferret ad judicem, antea rei nomen apud ipsum judicem scriberet.

7 *Perlecebræ*] ‘Pellices;’ unde in quibusdam exemplaribus est *pellecebræ*, a ‘per’ et ‘illecebrae;’ pellices, a ‘per’ et ‘illices.’ Festus: ‘Pelli-

cere est in fraudem sensim perduce-re.’ ‘Pellicere’ est a ‘lacio,’ et ‘lacio’ a ‘lax,’ id est, frans.

8 *Vos mare*] Horatius: ‘fretis acrior Adriæ.’ Idein: ‘Ah miser, Quanta laboras in Charybdi!’ Cicero: ‘Syrtis’ patrimonii, et ‘Charbydis’ bonorum.

9 *In mari*] In mercatura facienda.

*Elavi bonis*] Ellipsis, me, id est, ‘Nihil mihi reliqui factum est.’ ‘Eluere’ est decoquere substantiam. In Sticho: ‘Elinamus hodie peregrina omnia:’ id est, absunamus, liguriamus. ‘Eluere’ dicebantur qui in balneis in quibus erant stabula nequitiae et voluptatum, divitias profundebant. Hic de tempestate intelligi vult.

Ego pol te redigam eodem unde orta es, ad egestatis terminos.

Ego edepol te faciam, ut quæ sis nunc, et quæ fueris, scias.  
Quæ priusquam istam adii, atque amans ego animum  
meum isti dedi, 15

Sordido vitam oblectabas pane, in pannis, inopia.

Atque ea si erant, magnas habebas omnibus Dis gratias.  
Eadem nunc, quom est melius, me, cujus opera est, ignoras,  
mala.

Reddam ego te ex fera, fame mansuetem, me specta modo !  
Nam isti quod succenseam ipsi, nihil est : nihil quicquam  
meret. \* 20

Tuo facit jussu, tuo imperio parct : mater tu, eadem hera es  
Te ego ulciscar, te ego ut digna es, perdam, atque ut de me  
meres.

At scelestas viden' ut ne id quidem me dignum esse existu-  
mat,

*unde es orta, nempe ad ultimos terminos inopiae. Ego per Pollucem dabo operam ut  
scias quæ sis nunc, et quæ fueris: antequam ego adii istam, atque adjeici meam  
mentem isti, tolerabas vitam pane atro, pannis laceris iuduta præ egestate, et si  
erant illa, habebas magnas gratias omnibus Disi. Nunc ex quo es facta fortuna-  
tior, ipsa mei oblitisceris, beneficio cuius tibi sunt omnia. O nequam, ego efficiam  
ut sis ex feroci levis fane. Aspice me modo; nam non est cur irascar isti ipsi  
Philenio. Nihil meretur, fecit tuo mandato, obsequitur tuo imperio. Tu es mater  
et eadem domina. Ego ulciscar te, ego perdam te ut es digna, et ut mereris de me.  
Sed ridesne ut nefaria ne putat quidem me esse dignum quem conveniat, cum quo*

-----  
Bon. benefici. C. ac p. tibi ; Pl. Lgg. B. 1. 2. Hl. 1. 2. at p. tibi.—13 Lgg.  
Edepol ego te in egestatis termino.—14 Hl. 1. edepol faciam. B. 1. nunc quæ  
fueris; Lgg. nunc et fueris.—15 Cod. Barth. G. et Hl. 1. atque amens ego ;  
voc. amans deest M.—16 B. 1. Hl. 1. in panis; sic etiam Pl. 1. 2. 3. 4. 6. et  
in panis B. 2. Sordide Both. 1. operarum vitio; ita tamen est in G. inpanis  
M. et Both. et sic legendum monet J. Lips. Antiqu. Lectt. v. 15.—18 B. 1.  
quoris opera est.—19 B. 2. ego te, spatio relicto. Pl. 2. 5. C. Pl. 4. a m.  
pr. Venet. 1. mansuetam; codd. Barth. Pl. 1. 3. 6. Lgg. M. H. G. mansue-  
tem; Bon. mansuem.—20 Nam i. quid B. 1. 2. Hl. C. Pl. Ven. 1. Bon. Lacuna  
est ante succenseam in B. 2. ipsi n. est B. 1.—21 B. 1. 2. tui imperio. Lgg.

#### NOTÆ

16 *Sordido ... pane*] Panem illum veste carentem.  
caninum appellat Juvenalis: ‘Et far- 18 *Ignoras*] Simulas me tibi esse  
ris sordes mordere canini.’ Teren- ignotum.

tius appellat ‘panem atrum.’

In pannis] Nonnulli legunt inpannis,  
uno verbo : vocat autem ‘inpannem,’

19 *Mansuetem*] Virgil. ‘manus pa-  
tientem:’ quasi dicat, assuetum ma-  
nui.

Quem adeat, quem colloquatur, cuique irato supplicet :  
 Atque eccam illecebra exit tandem ; opinor hic ante ostium  
 Meo modo loquar quæ volam, quoniam intus non licitum  
 est mihi. 26

*sermonem instituat, et cui se præbeat supplicem irato. Atque ecce illa insidiosa prodit tandem : arbitror fore ut verbo faciam hic ante januum arbitratu meo quæ optem, quoniam mihi non licet fucere in ædibus.*

era es.—22 Te ego pol ulciscar B. 1.—23 At s. videm B. 2.—24 C. conlocatur.—25 B. 1. 2. operiar hic ante hostium ; Ven. 1. exit ; Hl. 1. exit : tandem opinor, &c. Ven. 1. Bon. hostium ; Both. huc ante ostium.—26 Voc. quæ volum desunt in Pl. 1. quæ volim quædam vett.

## NOTÆ

26 *Meo modo*] Meo arbitratu.

## ACTUS PRIMI SCENA TERTIA.

## CLEÆRETA, ARGYRIPPUS.

UNUMQUODQUE istorum verbum nummis Philippeis aureis  
 Non potest auferre hinc a me, si quis emtor venerit.  
 Nec recte quæ tu in nos dicis, aurum atque argentum me-  
 rum 'st,  
 Fixus hic apud nos est animus tuus clavo Cupidinis.

CL. *Si quis mercator venerit et voluerit emere a me, totidem numeratis au- reis Philippeis singula ista verba quæ a te dicta sunt, o Argyrippe ! non auferat. Ea verba, quæ tu profers adversum nos, sunt purum aurum et argentum. Tra mens*

3 B. 2. *tu inos dicis.* B. 1. 2. *merum est.*—4 Lgg. *nos animus* ; Both. *ani-*

## NOTÆ

1 *Nummis Philippeis*] Philippeorum nummorum enjusvis metalli magnum ursus fuit apud veteres, etiam Romanos, ad Plauti tempora. Dicti sunt Philippei a Philippo, quod in altera parte esset imago Philippi Macedonum regis impressa, ut nos jam Ludovicos habemus, quia imago Ludovici regis, aut Carolos, quia Caroli item regis est inscripta, et nomen.

3 *Nec recte quæ tu in nos dicis*] Id est, quæ in nos maledicis.

4 *Clavo Cupidinis*] Necessitatem peccandi notat consuetudine inolitam. Horatius ‘jugum aënenum’ appellat : ‘Sic visum Veneri, cui placet impares Formas atque animos sub juga aënea Sævo mittere cum joco.’

**R**emigio veloque quantum poteris, festina et fuge. 5

**Q**quam magis te in altum capessis, tam æstus te in portum refert.

**A**R. Ego pol istum portitorem privabo portorio.

Ego te dehinc, ut merita es de me et mea re, tractare exequar:

**Q**uom tu me, ut meritus sum, non tractas, quæ ejicis domo.

**C**L. Magis istuc percipimus lingua dici, quam factis fore.

**A**R. Solus solitudine ego ted atque ab egestate abstuli : 11

Solus si ductem, referre gratiam nunquam potes.

**C**L. Solus ductato, si semper solus quæ poscam dabis.

Semper tibi promissum habeto hac lege, dum superes datis.

*est hic defixa apud nos clavo amoris. Propera et fuge quantum valebis remis velisque, quo magis procheris in altum, eo magis æstus te refert in portum. ARG. Ego per Pollucem non dabo portorium isti portitori. Ego pergam tecum agere deinceps, ut mereris de me et meis rebus. Quandoquidem tu non agis mecum sicut sum meritus, quæ ejicis ex cædibus. CL. Scimus tu proferre illud magis ore quam pectore. ARG. Ego unus te vindicavi ab solitudine et inopia. Si te habeam unus nequis unquam rependere grates. CL. Habebis unus, si præbeas unus semper quæ a te petum. Habe semper id quod tibi pollicor ea conditione, ut vineas alios muneribus.*

\*\*\*\*\*

*mus tuos clavo est.—5 HI. poteris, sed corr. potes. B. 1. festina fuge.—6 Non nulli codd. capsis; C. PII. capessis. Lgg. te portum; Pl. 1. te in portum ferat; et a m. sec. refert.—7 Both. in ed. sec. conj. Edepol...priv. ego portorio.—8 B. 1. de me: et mea re.—9 Quoniam tu me B. 2. HI. Quoniam tu me meritus ut sum B. 1. quæ ejicis C. G. H. quæ ejicis Both.—11 B. 1. 2. HI. PII. te atque.—13 Ms. Barth. poscat, ipso probante Advss. viii. 9.—14 B. 1. ha-*

#### NOTÆ

5 *Remigio veloque*] *Synonymum proverbiū, ‘remis velisque.’ Et apud Ciceronem, ‘ventis remisque,’ id est, summa velocitate. Horatius: ‘navibus atque Quadrigis petimus bene vivere.’ Cicero: ‘velis equis que decertare.’*

6 *Quam magis*] *Particula cui respondere debet ‘tam magis.’ Igitur est ellipsis ‘magis’ inter ‘tam’ et ‘æstus;’ ‘tam magis æstus.’*

*In altum*] *Id est, in altum mare, en haute mer, en pleine mer.*

*Cupessis*] *Nonius, ‘immittis, provehis.’*

*Æstus*] *Motus crescentis decrescentisque maris, quia est instar fervoris.*

7 *Portitorem*] *Ciceroni, ‘publicanus,’ un traitant.*

*Portorio*] *Cic. ‘Vectigal quod exigit publicanus;’ la taille. Hic est pretium vecturæ in aquis, et dicitur Graece φόρετρον, ναῦλον.*

8 *Tractare exequar*] *Pergam tecum agere, Je te traiterai à l'avenir.*

12 *Ductem*] *Amatorium vocabulum. Sallustius tamen ait, ‘ductare exercitum.’*

AR. Qui modus dandi? nam nunquam tu quidem expleri potes.

15

Modo quod accepisti, haud multo post aliquid quod poscas, paras.

CL. Quid modi 'st? ductando, amando, nunquamne expleri potes?

Modo remisisti, continuo jam ut remittam ad te rogas.

AR. Dedi equidem quod mecum egisti. CL. et tibi ego misi mulierem.

Par pari datum hostimentu'st, opera pro pecunia. 20

AR. Male agis mecum. CL. quid me accusas, si facio officium meum?

Nam neque usquam fictum, neque pictum, neque scriptum in poëmatis,

ARG. *Quis est finis præbendi? Nunquam enim tu potes satiari. Si aliquid acce-  
pisti, statim queris quod petas. CL. Quis est modus? Ductando, amando, nun-  
quam potes satiari? Misisti modo, statim flagitus ut ad te remittam.* ARG. *Præ-  
bui sane id quod a me petivisti. CL. Et ego tibi misi Philenum; remensa sum  
beneficium beneficio, par pari, opera pro pecunia.* ARG. *Agis male mecum. CL.  
Quid me accusas, si fungor meo officio? Nam neque ullo in loco fictum neque ad-  
umbratum, neque literis mandatum in carminibus, ubi lena, quæ cupit esse bona,*



*beto: hac, &c.—15 Quis modus M. Qui modust Junt. Argent. 3. Both. 1. dando Aciadal. et Both. 1.—16 Modo quidem Bon. et al. ap. Parenni; Modo quom Junt. Arg. 3. Both. Modo quid Pl. 5. Modo quod C. M. Pl. 1. 2. 3. 4. 6. Lgg. B. 1. 2. Hl. Ven. 1. aliquid post cdd, quedam vett.—17 Q. modi est B. 1. 2. Qui modest G. H. Quid modi est ductando Both. 1. 2. Pro ductando, nonnulli conj. ductandi; al. dando.—19 B. 2. mecum quod e. CL. et ego tibi. Ven. 1. nisi mulierem.—20 Nonnulli codd. hostimentum est; et sic Both.—21. 22 CL. quid me accusat . . . nec pictum Ven. 1. accusas? . . . meum Namque neque u. . . pictum neque scriptum B. 1. Namque nec fictum usquam neque dictum neque scriptum Hl. Namque usquam neque dictum, neque scriptum Pl. 1. Namque usquam neque pictum neque scriptum Pl. 2. Nam usquam neque p. neque s. Pl. 3. Namque usquam neque p. n. scr. Pl. 4. officium meum Neque pictum neque fictum neque sc. usquam in p. est Pl. 5. 6. at Pl. 1. in marg. nec fictum; Pl. 3. 4. in margine, neque*

#### NOTÆ

20 *Par pari]* Proverbialis formula, ‘Tu dedisti pecuniam, ego Philenum.’

*Hostimentu'st]* Festus: ‘Est beneficii pensatio; red'hostire est, gratiam referre; nam et hostire pro æquare posuerint.’ Nonius: ‘Hostimentum est æquamentum; unde hostes dicti, qui ex æqua causa pugnam

inuenit; et hostia victima est, quia ea Dii hostiantur, id est, æqui et propitiis fiunt.’

*Opera pro pecunia]* Labor pro magnitudine mercedis. *On vous en donne pour votre argent.* ‘Da operam’ significat, audi, ausulta; quasi dicat, ‘collabora mecum,’ in dicendo, ‘ne turba.’

Ubi lena bene agat cum quiquam amante, quæ frugi esse volt.

AR. Mihi quidem te parcere æquum est tandem, ut tibi durem diu.

CL. Non tu scis, quæ amanti parceret, eadem sibi parceret parum. 25

Quasi piscis, itidem est amator lenæ, nequam est, nisi recens.

Is habet succum, is suavitatem : cum quovis pacto condias ;

Vel patinarium vel assum ; verses quo pacto lubet.

Is dare volt, is se aliquid posci : nam ubi de pleno promitur, Neque ille scit quid det, quid damni faciat : illi rei studet : Volt placere sese amicæ, volt mihi, volt pedissequæ, 31 Volt famulis, volt etiam ancillis : et quoque catulo meo Subblanditur novus amator, se ut quom videat, gaudeat.

Vera dico : ad suum quemque hominem quæstum esse æquum est callidum.

AR. Perdidici isthæc esse vera, damno cum magno meo. 35

*agit bene cum quoquam amatore.* ARG. *Demum est profecto par te mecum agere indulgentius, ut tibi durem diu.* CL. *Ignoras eum lenan quæ indulget amanti eandem parum sibi indulgere?* Amator lenæ est similis pisci, est nequam, nisi sit recens eductus aqua. Is habet succum, is suavitatem : quovis pacto eum condias ; sive in patina coctum, sive tostum, amatorem verses quomodo roles. Ille vult dare munera, ille vult ut a se petatur aliquid. Nam quando depromitur de dirite, nescit neque quid det, neque quam jacturam faciat, incumbit in eam rem unam : optat placere amice, vult mihi placere, vult placere pedisseque, vult placere servis, vult placere etium ancillis. Novus amator blanditur etiam meo catulo, ut quando catulus amatorem videat, gestiat. Dico vera : par est quenque hominem esse astutum ad suas utilitates. ARG. Didici hæc esse vera cum meo magno damno. CL. Per



*fictum.* Both. edidit, *Nam neque pictum usquam, neque pictum, nec scriptum.*—24 Lgg. *æquomst tandem.*—26 Lgg. *itidemst.*—27 *Is habet sucum* Lgg. Mox, Acidal. distinguit, *condius* *Vel patinarium, vel assum* *verses.*—28 B. I. *vorses.*—29 B. I. Hl. I. *ipse aliquid.* H. *nam tibi;* Ms. Barth. *quem citat Advers. viii. 9. nam ibi;* et sic Both. I. 2.—30 B. I. et Hl. I. *qui id det.*—31 C. *amicæ.* Tertium *volt* forte omissum est in ed. Ernest. Lgg. *pedisseque.*—32 Grut. *legit, etiam ancillis et coquo, et catulo meo;* Lgg. *volt ancillis, et quoque;* C. Pll. I.

#### NOTE

23 *Quæ frugi esse volt]* Quæ suis utilitatibus consultit. 34 *Ad suum quæstum esse callidum]*

24 *Durem diu]* Inter trita adagia.

25 *Quæ amanti parceret]* Quæ vere-

tur ne nimis petat ab amatore suo.

Item parœmia quam nos vernaculo

nostro reddimus, il ne s'oublie pas.

CL. Si ecastor nunc habeas quod des, alia verba perhibeas:  
Nunc quia nihil habes, maledictis te eam ductare postulas.  
AR. Non meum est. CL. nec meum quidem edepol, ad te  
ut mittam gratiis.

Verum ætatis atque honoris gratia hoc fiet tui:

Quia nobis lucro fuisti potius, quam decori tibi. 40

Si mihi dantur duo talenta argenti numerata in manum,  
Hanc tibi noctem honoris causa gratiis dono dabo.

AR. Quid, si non est? CL. tibi non esse credam; illa alio  
ibit tamen.

AR. Ubi illæc quæ dedi ante? CL. abusa: nam si ea du-  
rarent mihi,

Mulier mitteretur ad te: nunquam quicquam poscerem. 45  
Diem, aquam, solem, lunam, noctem, hæc argento non  
emo:

Cætera quæque volumus uti, Græca mercamur fide.

Quom a pistore panem petimus, vinum ex œnopolio,

*ædem Castoris, si habeas jam quod des, dicas alia verba; nunc quia nihil habes, vis  
ductare amicum pro maledictis.* ARG. Non est meus nos. CL. Nec meus mos,  
per *ædem Pollucis, ut ad te mittam Philemum sine mercede.* Sed hoc fiet causa  
tuæ atlati et honoris, quoniam nobis fuisti lucro potius quam honori tibi. Tibi du-  
nabo sine mercede hanc noctem honoris gratia, si mihi numerentur in manum duo  
talenta argenti, præsente pecunia. ARG. Quid si non est pecunia? CL. Credam  
tibi non esse, tamen illa alio ibit. ARG. Ubi sunt illa quæ dedi ante? CL. Usu  
consumta sunt: nam si illa durarent, mulier mitteretur ad te, a te postularem ni-  
hil. Non eno hæc pecunia, diem, aquam, solem, lunam, noctem. Emimus, præ-  
sente pecunia, cetera quibus volumus uti: quando petimus panem a pistore, vinum



2. 3. 4. 6. quoque.—34 Lgg. *æquomst.*—36 Sic ecastor B. 1. Ven. 1. *quod dies*  
B. 1. *prohibeas* B. 1. 2. HI. 1. G. H. M. Ms. Barth. Pl. Ven. 1. unde Barth.  
*conj. præhibeas.*—37 HI. Pl. 1. 2. 6. Ven. 1. *tu eam;* Lgg. *mean.* J. Gul.  
*ductare meam postulas.*—38 C. Pl. Ven. 1. Bon. *gratis.* Voc. *edepol deest* in  
Lgg.—41 *Si mihi dederis* G. *dantur deest* in Pl. sex, et B. 1.—42 HI. 1. et  
Lgg. *gratis dono.*—43 B. 1. *credam illa:* alio; Lgg. et Bon. *credam illam alio.*  
—44 Ven. 1. *nam si durarent.*—45 HI. 1. in marg. et Junt. *nec te quicquam.*—  
47 Cætera quæ vol. Lgg. C. Pl. B. 1. H. 1. Ven. 1. Bon.—48 C. a m. pr. ex

#### NOTÆ

47 *Græca fide]* Fluxæ fuerunt olim admodum fidei Græci: idecirco Græ-  
cus Græco non fidebat, nisi præsenti et numerata pecunia: tamen id dici-  
tur a Plauto in laudem fidei Græcæ,

quia singitur scena hujus Comœdiæ  
esse apud Græcos. Unde Ausonius:  
' Nobiscum invenias κατενάπια, si li-  
bet uti non Pœna, sed Græca fide.'

Si æs habent, dant mercem : eadem nos disciplina utimur,  
 Semper oculatæ nostræ sunt manus, credunt quod vident.  
 Vetus est, Nihili cocio est : scis cujus? non dico amplius. 51  
 AR. Aliam nunc mihi orationem despoliato prædictas :  
 Longe aliam, inquam, præbes nunc atque olim, cum da-  
 bam :

Aliam atque olim cum illiciebas me ad te blande ac bene-  
 dice :

Tum mihi ædes quoque arridebant, cum ad te veniebam,  
 tuæ. 55

Me unice unum ex omnibus te, atque illam amare, aiebas  
 mihi.

*ex ænopolio, dant mercem, si argentum illis datur : nos utimur eadem ratione agendi. Nostræ manus sunt semper oculatae, credunt quod vident. Est vetus dictum, Tar-dus dator est nihili faciendus : scis cujus rei datorem intelligo, non dico amplius. ARG. Apud me habes nunc alium sermonem postquam sum despoliatus ; habes, inquam, longe alium nunc quam quandam quando dabum, alium quam alias quando ne pelliciebas ad te blandis ac bonis verbis : tum tuæ ædes mihi arridebant quoque. Quando veniebam ad te, mihi dicebas, te me amare unice unum ex cunctis, et illam*

---

*ænopolio ; quædam edd. vett. ex hermopolio.—49 B. 1. dant mercedem.—50 Sem-  
 per oculatae sunt manus nostræ Hl. 1. S. occultatae sunt m. n. B. 1. S. oculatae  
 manus sunt nostræ C. Semper oculatae sunt m. n. G. et Pl. manus sunt nostræ  
 Lgg. et Both. 1. 2.—51. 52 V. e. mihi nihili coactio est. scis quovis? Non dico  
 amplius. AR. Alium . . . predicas B. 1. sic Hl. 1. nisi quod habet cuius et di-  
 spoliatio ; C. nihili coactio est. scis cuju? non, &c. Pl. 1. V. e. mihi nichili cohac-  
 tio scius coius non, &c. Pl. 2. 4. V. e. mihi. nihili coactio est scis cujus? non, &c.  
 Al. Cotio, cautio, cocio. Lgg. Aliam mihi nunc.—54 Lgg. me blande, omisssis*

#### NOTÆ

51 *Nihili cocio*] Pendet hujus ad-  
 gii vis ab iis quæ antecedunt et sub-  
 sequuntur. Sic autem Muretus :  
 ‘quasi dicat lena : Vetus dictum es-  
 se, Nihili cautionem sive syngrapham  
 aut chirographum, multoque tutius  
 ac cautius agere eos, qui numeratam  
 pecuniam sibi in manum dari volunt.’  
*Cocio* pro ‘cautio’ : ut ‘aula’ pro  
 ‘olla.’ Glossaria, μετάβολη est *cocio* ;  
 μετάβολος et μετάπολος, *Dardanarius*,  
*cociator*, *arillator*. Festus : ‘Coctiones  
 dicuntur a cunctione, quod in emen-  
 dis vendendisque mercibus tarde ve-  
 niant ad justi pretii finem.’ *Bargui-*

*gneurs.* ‘Arilator’ sive ‘arrilator’ est qui arra data emiturit, et præsente caret pecunia. A ‘cunctando,’ ‘cunc-  
 tio,’ hoc a ‘cuctio’ veteri, unde per alias aliasque mutationes fit ‘cocio  
 cocationis.’ Alii legunt *Nihili coactio*, id est, Nihili facio pecuniam, ad quam solvendam aliquis cogendus est. Alii  
*cocio*, a ‘coquo’ : quasi dicat : Si nihil habemus quo vescamur, non indige-  
 mus ad coquendum et condiendum.

51 *Scis cujus*] Lambinus : Si cæcus est : ‘Cocio cæcus,’ ‘Cantor cæcus ;’ frustra enim cavet.

54 *Benedice*] Adulationibus.

Ubi quid dederam, quasi columbæ pulli in ore ambæ meo  
Usque eratis: meo de studio studia erant vostra omnia.  
Usque adhærebatis, quod ego jusseram, quod volueram,  
Faciebatis; quod nolebam ac vetueram, de industria     60  
Fugiebatis, neque conari id facere audebatis prius.  
Nunc neque quid velim, neque nolim, facitis magni, pes-  
sumæ.

**CL.** Non tu scis? hic noster quæstus aucupii simillimu'st.  
Auceps quando concinnavit aream, offundit cibum.  
Aves assuescunt. Necessæ est facere sumtum, qui quæ-  
rit lucrum.     65

Sæpe edunt: semel si captæ sunt, rem solvunt aucupi:  
Itidem hic apud nos: ædis nobis area est, auceps sum ego,  
Esca est meretrix, lectus illix est, amatores aves:

Phileunum. *Ubi dederam nonnihil, utraque pendebatis semper a meo ore, quasi pulli columbæ. Universa restra studia pendebant a meo studio. Semper adhære-  
batis, præstabatis id, quod ego mandaveram, quod volueram; declinabatis, data  
opera, ea queæ nolebam ac vetabam. Neque audebatis conari id facere antea: nunc  
neque facitis magni, pessimæ, aut quid velim, aut quid nolim. CL. Tu nescis. Nos-  
trum lucrum est simillimum aucupi: quando auceps comparavit areum, oljicit escam:  
aves assuescunt. Est necessæ eum qui querit quæstum, facere sumtum. Ares sæpe  
edunt: si semel sunt captæ, resarcunt sumtum aucupis. Idem evenit apud nos.  
Nostræ ædes sunt area, ego sum auceps, meretrix est esca, lectus est illicium, amau-*



*ad te. B. 1. atque benedice.—56 Me unicum B. 1. Me unice unicum Hl. 1.—  
58 B. 1. vestra.—59 B. 1. Hl. 1. quod volueram faciebatis.—60 Quod n. uc v.  
de i. fugiebatis B. 1. Hl. 1. nolebam quod retueram Lgg. nolucram ac retueram  
H. nolebam aut retueram M. et Hl. 1. unde Both. 1. 2. nolueram aut retueram.  
—61 Hl. 1. audiebatis.—62 B. 1. nec nolim. Ven. 1. magni pessime.—63 B. 1.  
simillimus est.—64 Auceps B. 1. Bon. concinuit areum Lgg. concinarvit C. Pl.  
1. 2. 3. 6. effundit B. 1. Hl. 1. Ven. 1. Bou.—66 B. 1. Hl. 1. Ven. 1. Bon.*

#### NOTÆ

57 *Columbæ pulli*] Columbæ non rostro ad pullos suos escam deferunt, sed voratam in os suorum pullorum regerunt.

65 *Necessæ est facere sumtum, qui querit lucrum*] Ludovicus XII. rex Gallorum hoc semper in ore habebat, et quibusvis incircabat, auctore Arnaldo Ferrono Burdigal. de Rebus Gestis Gallorum lib. III. Ceterum, nullus unquam rex tam magnificus

fuit, ne dicam profusus, tam benignus adversus subditos, ut Pater Populi mereretur appellari. Habuit et illud Curenlionis: ‘Qui homo mature quæsivit pecuniam, Nisi eam mature parsit, mature esurit.’

68 *Illix est*] Nonius: ‘Illix et illex sic discernuntur: ab illiciendo fit illix; illex vero est a quo lex non servatur.’

Bene salutando consuescunt, compellando blanditer,  
Osculando, oratione vinnula, venustula. 70  
Si papillam pertractavit, haud est ab re aucupis.  
Savium si sumsit, sumere eum licet sine retibus.  
Hæccine te esse oblitum, in ludo qui fuisti tamdiu ?  
AR. Tua ista culpa est, quæ discipulum semidoctum abs  
te amoves.  
CL. Remeato audacter ; mercedem si eris nactus : nunc  
abi. 75  
AR. Mane, mane, audi : dic quid me æquum censes pro  
illa tibi dare,  
Annum hunc ne cum quiquam alio sit. CL. tene ? viginti  
minas.  
Atque ea lege, si alius ad me prius attulerit, tu vale.  
AR. At ego : est etiam, priusquam abis, quod volo loqui.  
CL. dic quod lubet.

*tores sunt aves : consuescunt salutando bene, compellando blande, osculando, orati-  
one illeccibrosa, jucunda: si contrectavit papillum, id non est longe ab officio aucu-  
pis : si libavit osculum, licet eum sumere sine retibus. Hoccine te esse oblitum, qui  
fuisti tamdiu in ludo? ARG. Est ista tua culpa, quæ amandas a te discipulun  
semiinstitutum. CL. Revertare audacter, si eris nactus mercedem: jam abi.  
ARG. Mane, mane, ausculta : loquere quid putas æquum me tibi dare pro illa, ne  
sit cum quoquam alio per annum. CL. Nonne vis esse tecum ? viginti minas com-  
para, et ea conditione, ut si alius ad me attulerit prius, tu vale. ARG. At est ad-  
huc aliquod quod ego volo tibi dicere, priusquam abis. CL. Loquere quod placet.*

-----  
*si sunt captæ.—67 Ittidem C. ego sun B. 1.—68 C. inlex est.—70 Oscultando  
Pl. 3. ut corr. Acidal. Auscultando Both. 1. 2. vennula H. vinula Hl. 1. Pl. 4.  
G. M. Bon. Med. 2. Junt. Arg. 3. vinnula atque venustula B. 1. et Ms. Sam-  
buci; vinnuscula Pl. 2. 4. 6. vinnulae venustulae edd. quædam vett.—71 S. p.  
pertructabit Lgg. C. Pl. B. 1. Hl. 1. Ven. 1. Bon. al. red aucupis conj. Both.  
id forte excedit in ed. Ernest.—72 Savium Hl. 1. B. 1. Pl. plerique, Ven.  
1. Bon. Savium C. Lgg.—74 Ven. 1. Bon. abs te seniores.—75 B. 1. mercedis  
si eris; alii codd. ap. Parenm, mercedem ubi eris; Hl. 1. C. Pl. Lgg. Ven. 1.  
Bon. mercedem si eris.—76 B. 1. audi dic: quid, &c.—77 Ven. 1. Animus hunc.  
B. 1. alio siet. C. Pl. sex, B. 1. Hl. 1. Lgg. Ven. 1. Bon. tune?—78 Lgg.*

## NOTÆ

69 *Bene salutando]* Passive, bene salutati.

70 *Vinnula]* A ‘vinno,’ id est, cincinno, molliter flexo. Isidorus: ‘Vinnula vox est lenis et mollis, atque flexibilis: et vinnulata dicta a vinno,

id est, cincinno, molliter flexo.’ Porro vinnula a ‘vieo,’ cingo, unde rimen, de l’osier.

71 *Haud est ab re aucupis]* Utile est aucupi.

AR. Non omnino jam perii: est reliquum quo peream magis. 80

Habeo, unde istuc tibi quod possis dem: sed in leges meas Dabo, ut scire possis, perpetuum annum hunc mihi uti serviat,

Nec quenquam interea alium admittat prorsus, quam me, ad se virum.

CL. Quin si tu voles, domi servi qui sunt castrabo viros: Postremo ut voles nos esse, syngrapham facito afferas. 85

Ut voles, ut tibi lubebit, nobis legem imponito:

Modo tecum una argentum afferto, facile patiar cetera.

Portitorum simillimæ sunt januae lenoniæ

Si afferas, tum patent: si non est quod des, ædes non patent.

AR. Interii, si non invenio ego illas viginti minas. 90

Et profecto, nisi illud perdo argentum, pereundum est mihi.

Nunc pergam ad forum, atque experiar opibus, omni copia:

Supplicabo, exobsecrabo, ut quemque amicum video:

Dignos, indignos adire, atque experiri certum est mihi.

ARG. Non perii plane; superest aliiquid quo peream magis: habeo unde dem quod possis; sed dabo in meas conditiones, ut possis scire ut mihi serviat totum hunc annum, nec interea admittat prorsus quenquam alium virum ad sese quam me.

CL. Quin, si tu voles, castrabo viros qui sunt servi domi. Denique sicut cupie nos agere, refer in syngrapham. Praescribe nobis leges quas voles, ut tibi placebit.

Afferto modo tecum pecuniam, sinam facile reliqua. Januae lenoniæ sunt simillimæ portitorum: si afferas, tum ædes patent; si non est quod des, ædes non patent.

ARG. Perii, nisi ego invenio illas viginti minas; et sane nisi amitto illam pecuniam, est mihi pereundum. Pergam nunc ad forum, et conabor quærere pecuniam omni ope et industria. Obtestabor, precabor ut videro quemque amicum. Mihi propon-

alius ea ad me.—79 Atque est etiam B. 1.—80 Both. 1. 2. reliquom, ut sit Pœon quartus. Hl. 1. Pl. sex, et Ven. 1. quod peream.—81 B. 1. istuc quod possis. Lgg. leges eas.—82 Dabo ut s. possis Ven. 1. perpetuum B. 1.—83 Neque quenquam B. 1. Ne quenquam Lgg.—84 Hl. 1. qui servi.—87 C. a m. pr. adferito.—88 AR. Portitorum, &c. B. 1. Hl. 1. Bon. simillimæ C. Portuum simillimæ Both. 1. 2.—89 Hl. 1. B. 1. quod des non patent.—91 Lgg. nisi ego illud. Both. delet τὸ illud.—92 Palm. experiar opibus omnibus copiam.—94 Hl. 1. atque ex-

#### NOTÆ

81 In leges meas Dabo] Meis conditionibus et pactis, ad meum arbitrium.

integro.

85 Syngrapham] Tabulas utriusque manu consignatas.

82 Perpetuum annum] Id est, anno Delph. et Vur. Clas.

Plaut.

94 Experiri] Id est, adire cum pe-

M

Nam si mutuas non potero, certum est sumam foenore. 95

*situm est adire dignos indignosque, atque experiri. Nam nisi potero invenire mutuas, est certum sumere fœnore.*

peririer; Ven. 1. et Bon. atque experire.—95 *Nam si mutuo Nonius; Nam si mutuas C. Pl. sex. certumst Lgg.*

#### NOTÆ

riculo repulsæ. Virgilius: ‘rursus- τόκος, unde Cicero: ‘Non habebam que procos irrisa priores Experiari.’ te in tocullionibus,’ a τοκυλλίων, id

95 *Mutuas]* Mutuum est quod sine est, fœneratorculus, a τόκος.  
fœnore datur. Fœnus dicitur Græce

### ACTUS SECUNDI SCENA PRIMA.

#### LIBANUS.

HERCLE vero, Libane, nunc te meliu'st expurgiscier,  
Atque argento comparando fingere fallaciam.  
Jam diu est factum quam discesti ab hero, atque abiisti ad  
forum,  
Igitur inveniundo argento ut fingeres fallaciam.  
Ibi tu ad hoc diei tempus dormitasti in otio. 5

LIB. *Per Herculem, Libane, cst satius te excitari jam, et comminisci dolum ad comparandam pecuniam. Jampridem abiisti ab hero, atque venisti ad forum, ut comminisceris fraudem ad reperiendan pecuniam. Tu dormitasti ibi ad hanc*

1 Pli. 1. 2. 3. 4. 6. B. I. Hl. 1. *non te melius vel;* Ven. 1. *non te melius;* Pl. 5. Pl. 3. a m. sec. *nunc te melius vel.*—2 C.  *fingere te;* Bon.  *fingere non.* Hunc versum delet Both.—3 Ven. 1. Bon. *factum est.* Hl. 1. Bon. *quom.* B. I. Hl. *abisti forum;* Ven. 1. Bon. *abisti ad forum.*—5 B. I. *ad otium.*—

#### NOTÆ

4 *Igitur]* Id est, idcirco, ea gratia.

Quin tu abs te socordiam omnem reice, et segnitiem amove,

Atque ad ingenium vetus versutum te recipis tuum.

Serva herum: cave tu idem faxis, alii quod servi solent,

Qui ad heri fraudationem callidum ingenium gerunt.

Unde sumam? quem intervortam? quo hanc celocem conferam?

10

Impetratum, inauguratum'st: quovis admittunt aves.

Picus et cornix est ab laeva; corvus porro ab dextera.

Consuadent: certum hercle est, vostram consequi sententiam.

Sed quid hoc, quod picus ulmum tundit? non temerarium'st:

*horam diei otiosus. Quin tu amore a te et repelle socordiam, atque repepe tuam veterem mentem. Conserva herum: tu facias id, quod alii serri consuerunt, qui habent animum versipellem ad decipiendum herum. Unde accipiam? Quem circumveniam? Quo conferam hanc navim? Est ratum et consultum. Aves mittunt quovis garritum. Picus et cornix est a sinistra, corvus praeterea a dextra: consuadent: per Herculem est constitutum sequi vestram sententiam. Sed quid est hoc? Quare picus tundit rostro ulmum? Non est fortuitum: per Herculem,*

6 Edd. vett. et Both. 1. 2. *reicis*; Lgg. *recipe*; C. Pll. *reice*; B. 1. Hl. 1. *rejice*. Both. delet copulain *et*.—7 Nounnulli omittunt pronomen *te*, quod tamen habent C. Pll. sex, B. 1. 2. Hl. 1. Ven. 1. Bon. al.—8 Lgg. *cave tu item*.—10 Pll. *celo esse conferam*.—11 *Inpetratum* C. Pll. *mittunt* C. *considunt* Lgg.—12 *Picus, corvix est ab laeva* Lgg. *parva pro porro* C. a m. sec. quod *recepit* Parens.—14 *Ven. 1. ulmum tundit*; *Nonius, haut temerarium'st*; et sic

## NOTÆ

6 *Socordiam . . . segnitiem*] Donatus: ‘Seguitia ad agendum, socordia ad considerandum.’

10 *Celocem*] Navigium velocius, quod a celeritate ‘celox’ dicitur, quodque annexitur navibus grandioribus. *Celocem conferam*, id est, rem ad optatum exitum perducere conabor. *Celox*, Graece κέλης, κέλητος.

11 *Impetratum*] Id est, impetratum. Firmum ac securum; verbum est auspiciorum. Val. Max. ‘Prisco etiam instituto rebus divinis opera datur, cum aliquid commendandum est, preicatione; cum exposcendum, voto; cum solvendum, gratulatione; cum

inquirendum, vel extis vel sortibus, impetrato; cum solenni ritu peragendum, sacrificio. Quo etiam ostensorum ac fulgurum demuntationes procenrantur.’ Sic ‘artitum’ pro ‘artatum’, ‘dolitum’ pro ‘dolatum.’

*Inauguratum*] Id est, augurium actum est et consultum, res consulta est.

*Admittunt aves*] Id est, consilium approbat, et ratum faciunt suo garritu. ‘Admittere,’ ‘adicere,’ ‘impetrare,’ auguralia verba. Festus: ‘Aves admissivæ dicebantur, quæ consulentem juvarent.’

Certe, hercle, ego, quantum ex augurio auspicii intel-  
lego,

15

Aut mihi in mundo sunt virgæ, aut atriensi Saureæ.

Sed quid illuc, quod examinatus currit hic Leonida ?

Metuo, quod illic obscævavit meæ falsæ fallaciæ.

*quantum ego intelligo ex auspicio, aut mihi erunt virgæ, aut Saureæ atriensi. Sed quare hic Leonida contendit illuc exhausto spiritu? Timeo ne ille afferat malum omen meis dolis.*

\*\*\*\*\*

B. 1.—15 *Certe h. quantum, omisso pronomine, B. 1. ex augurio auspicioque Merula; unde Both. 1. ex augurio auspicioque; Both. 2. ex augurio auspicid.* Ven. 1. *intelligo.*—16 *Sureæ B. 1.—17 Sed deest in Lgg. examinatus Ven. 1. currit hoc B. 1. Hl. I. Ven. 1. Bon. 1.—18 Pl. 1. *obscenarit*; Pl. 2. 3. 4. 5. 6. C. inter lineas, et Lgg. *observarit*; B. 1. *oscenavit*; Hl. 1. *obsenarit*; Ven. 1. et Bon. *obscenarit*; Both. *obscacavit*; al. ap. Lang. *obscenum*. Nonnulli ap. Pareum, *false fallacie*.*

#### NOTÆ

15 *Ex augurio auspicii*] ‘Augurium’ ab avium garritu, ‘auspiciū’ ab avium aspectu dictum, inde rei deserendæ vel ineundæ consilium cabant.

16 *Atrensi*] ‘Æditimns’ etiam dictus ‘atriens,’ ab ‘atrio’ in quo cœnabant veteres, libabant Diis, et

censum reponebant. Primus erat servorum, ‘Atriarius’ ferme ultimus.

18 *Obscævavit*] A ‘scæva,’ id est, omen. ‘Scæva’ autem est bona vel mala. Nonius: ‘Scæva autem et bona et mala dicitur: bona scæva, bonum omen; mala scæva, malum omen.’ ‘Obscævare’ est, malo esse omni.

\*\*\*\*\*

### ACTUS SECUNDI SCENA SECUNDA.

#### LEONIDA, LIBANUS.

LE. UBI ego nunc Libanum requiram, aut familiarem filium,  
Uti ego illos lubentiores faciam, quam lubentia 'st?  
Maxumam prædam et triumphum eis affero adventu meo,

*Le. Ubi ego inveniam Libanum aut filiumfamilias, ut ego illos reddam lætiores lætitia ipsu? eis upporto meo adventu maximam prædam et triumphum, quan-*

\*\*\*\*\*

1 *Ubi nunc, omisso pronomine, Lgg. Libanum nunc C. Ubi nunc ego L. Pl. 1. 2. 3. 4. 6.—2 Ut ego C. Pl. sex, Hl. 1. B. 1. Ven. 1. Bon. Ubi ego nonnulli*

Quando mecum pariter potant, pariter scortari solent.  
 Hanc quidem quam nactus prædam, pariter cum illis  
 partiam. 5

Li. Illic homo ædis compilavit, more si fecit suo.  
 Væ illi, qui tam indiligerenter observavit januam.  
 Le. Ætatem velim servire, Libanum ut conveniam modo.  
 Li. Mea quidem hercle opera liber nunquam fies ocyus.  
 Le. Etiam de tergo ducentas plagas prægnantis dabo. 10  
 Li. Largitur peculium, omnem in tergo thesaurum gerit.  
 Le. Nam si huic occasione tempus sese subterduxerit,  
 Nunquam edepol quadrigis albis indipiscet postea:  
 Herum in obsidione linquet, inimicum animos auxerit.  
 Sed si mecum occasionem opprimere hanc, quæ obvenit,  
 studet, 15

*doquidem potant mecum una, solent scortari una. Diridam profecto una cum illis  
 hanc prædam quam reperi. LIB. Ille homo compilavit ædes, si fecit suo more. Væ  
 illi qui observavit tam negligenter ostium. LE. Velim servire longam servitutem,  
 ut alloquar modo Libanum. LIB. Per Herculem, nunquam eris liber celerius meo  
 adjumento. LE. Numerabo etiam ducentas plagas tumidas de tergo suntias. LIB.  
 Prodigit peculium, fert omnem thesaurum in tergo. LE. Num si occasio elapsa  
 sit e manibus, per ædem Pollucis nunquam assequetur postea quadrigis albis. De-  
 seret herum in obsidione, eriget animos hostium. Sed si velit occupare hanc oc-  
 casionem quæ oblata est, ille afferet mecum maximas diritias conjunctas cum summo*

\*\*\*\*\*

ap. Pareum.—4 B. 1. pariterque scortari.—5 *Hanc idem nonnulli ap. Parenm.*  
 —7 Cam. obseravit; Pl. obversavit.—8 *Ætate B. 1. Hl. 1. C. qui conveniam B.*  
 1.—11 *L. peculium omne C. Pl. Hl. 1. B. 1. Ven. 1. Bon. L. peculium, omnem  
 in tergo thenurum Lgg. thensaurum C.*—12 Pl. 2. sese subter dederit; Pl. 3. sese  
 subter duxerit; et ab al. m. subterduxerit; Pl. 5. sese subduxerit.—13 Ex albis,  
 nonnulli fecerunt Argis. Lgg. indepiscet.—14 Ms. Barth. linquet postea inimi-

#### NOTÆ

7 *Obserravit*] Ad januam civium laitorum collocabantur custodes ser-  
 vi, quemadmodum etiamnum Helve-  
 tii.

8 *Ætalem*] Ellips. præpositionis ‘per;’ aut Hellenismus. Donatus:  
 ‘Ætatem, pro tamdiu quam longa est  
 ætas.’

10 *Plagas prægnantis*] Plagæ præ-  
 gnantes sunt plagæ tumentes, seu vi-  
 bices: porro optat Leonida Libanum  
 convenire, paratus redimere hanc

voluptatem et servitute, et servitutis  
 quasi quodam vectigali, plagis nimi-  
 rum de tergo numeratis. Servilis  
 jocus.

13 *Quadrigis albis*] Jovis et Solis  
 quadrigæ, albæ et citæ. Hyperbole.

14 *In obsidione linquet*] Allegoria a  
 re militari, id est, in discriminæ lin-  
 quet Argyrippum perdendæ, videli-  
 et, Philemii. Auxerit inimicorum  
 Clearetæ et Diaboli animos.

- Maximas opimitates gaudio effertissimas  
 Suis heris ille una mecum pariet, gnatoque et patri :  
 Adeo ut ætatem ambo ambobus nobis sint obnoxii,  
 Nostro devincti beneficio. **L1.** vinctos nescio quos ait.  
 Non placet: metuo in commune, ne quam fraudem frausus  
 siet. 20  
**LE.** Perii ego oppido, nisi Libanum invenio jam, ubi ubi  
 est gentium.  
**L1.** Illic homo socium ad malam rem quærerit, quem adjun-  
 gat sibi.  
 Non placet: pro monstro extemplo est, quando qui sudat  
 tremit.  
**LE.** Sed quid ego hic properans concessso pedibus, lingua  
 largior ?  
 Quin ego hanc jubeo tacere, quæ loquens lacerat diem. 25  
**L1.** Edepol hominem infelicem, qui patronam comprimat !  
 Nam si quid scelestè fecit, lingua pro illo pejerat.  
**LE.** Approporabo, ne post tempus prædæ præsidium  
 parem.

*gaudio et filio et patri, suis heris: adeo ut ambo nobis sint futuri obstricti ambobus in aeternum, quando affecerimus hoc beneficio. L1B. Commemorat nescio quos ligatos: non placet: metuo ne commiserit aliquam fallaciam quæ nos involvat ambos pena communis. LE. Ego occidi plane, nisi invenio jam Libanum, ubi ubi sit terrarum. L1B. Ille homo querit sodalem quem sibi adjungat ad paenam. Non placet: est stupendum, quando ille qui sudat, tremit. LE. At quid ego hic tardus sum pedibus, velox verbis? Quin ego precipio linguam tacere, et minime consumere diem garriendo. L1B. Heu, per adem Pollucis, infelicem hominem qui opprimat patronam! Nam si fecit aliquid male, lingua pejerat pro illo. LE. Ac-*



*cos.—15 Nonnullæ edd. vett. qua.—16 B. 1. H1. 1. effertissimas; quidam codd. Pll. affertissimas.—17 Lgg. et gnato, et patri.—18 B. 1. ut ætate.—20 Edd. quædam vett. et Both. 1. 2. sit; H1. 1. B. 1. 2. C. Pll. Ven. 1. Bon. Lgg. siet.—21 Pl. 5. et sciām ubi est; B. 1. jam ubi est.—22 Illic h. sotium C.—23 Bon. pro monstra. Pll. 1. 2. 4. 5. C. omittunt τὸ quando; quod tamen C. habet supra lineam; al. habent quando qui persuadat tremit; vel, pro monstro exemplo est, quando qui, &c. sive, pro monstro est, quando persuadeat tremit; Lgg. exemplumst.—24 Pl. 4. B. 1. cum cesso.—26 Heu, edepol edd. quædam vett. Heu deest in Lgg. B. 1. H1. 1. 2. C. Pll. Ven. 1. Bon.—28 At properabo Lgg.—29 Quæ i.*

## NOTÆ

20 *Fraudem frausus*] Festus, ‘frau-      28 *Post tempus prædæ*] Id est, post  
 dem commiserit.’      bellum snippetias.

Li. Quæ illæc præda est? ibo ad vorsum, atque electabo  
quicquid est.

Jubeo te salvere voce summa, quoad vires valent. 30

Le. Gymnasium flagri, salveto. Li. quid agis, custos carceris?

Le. O catenarum colone! Li. O virgarum lascivia!

Le. Quot pondo ted esse censes nudum? Li. non edepol scio.

Le. Scibam ego te nescire: at pol ego qui te expendi scio.

Nudus vinctus centum pondo es, quando pendes per pedes. 35

Li. Quo argumento istuc? Le. ego dicam, quo argumento et quo modo.

Ad pedes quando alligatus es æquum centupondium,  
Ubi manus manicæ complexæ sunt, atque adductæ ad trabem,

Nec dependis, nec propendis, quin malus nequamque sis.

Li. Væ tibi! Le. hoc testamento servitus legat tibi. 40

*celerabo ne post tempus prædæ comparem præsidium. Li. Quæ est illa præda? Ibo obviam atque eliciam ab eo quicquid est. Jubeo te salvere, Leonida, magna voce, quoad vires possunt. Le. Salve, gymnasium flagri! Li. Quid facis, custos carceris? Le. O civis coloniaæ catenarum! Li. O ejus feriendo tergo verbera delectantur adeo! Le. Quo pondere putas tu te esse, quando es nudus? Li. Per aëdem Pollucis, nescio. Le. Ego sciebam te ignorare: sed per Pollucem ego scio, qui te expendi. Es centum librarum, quando nudus et vinctus pendes per pedes. Li. Quo signo arguis id? Le. Ego dicam quo signo et quo pacto: quando es alligatus pedibus, es centum librarum justarum, ubi manus complectuntur manus, et astrictæ sunt ad trabem, nullum habes momentum nisi mali viri et improbi. Li. Dii te perdant. Le. Servitus tibi legat testamento perditionem*



*pro edest Lgg.—31 Gimnasium C. quid ais C. in marg. quid au Lgg.—32 O jurgarum Ven. 1.—33 Quot virgarum pondo edd. quædam vett. te esse Hl. 1. C. Lgg. nudum censes Hl.—34 Sciebam ego te nescire, verum ego qui Lgg. Sciebam etiam Hl. 1.—36 C. Pl. 3. 4. 5. et quomodo.—37 Pl. 5. quando alligatus es, æquum centum pondo es; ceteri Pl. et Lgg. adligatus es; C. adligatus est; B. 1. Hl. 1. C. Ven. 1. Bon. centum pondium.—38 Hl. 1. aducte.—39 Neque d. neque p. Ven. 1. Bon. quin m. n. sies Ven. 1.—40 Ve tibi C. hocce testamento edd.*

#### NOTÆ

29 *Electabo*] Eliciam.

39 *Nec dependis, nec propendis*] Id

38 *Manicæ*] Nonius: 'Manicæ sunt est, nullam unciam habes viri probi. vineula quibus manusvinciuntur.'

40 *Væ*] Id est, illud vœ.

*Manicles, menottes.*

**L.** Verbis velitationem fieri compendi volo.

**Quid** istuc negotii est? **L.** certum est, credere. **L.** audacter licet.

**L.** Sis amanti subvenire familiari filio,

Tantum adest boni improviso, verum commixtum malo.

Omnes de nobis carnificum concelebrabuntur dies. 45

Libane, nunc audacia usus est nobis inventa et dolis.

Tantum facinus modo inveni ego, ut nos dicamur duo

Omnium dignissimi esse, quo cruciatus confluant.

**L.** Ergo mirabar, quod dudum scapulæ gestibant mihi,  
Hariolari quæ occeperunt sibi esse in mundo malum. 50  
Quicquid est eloquere. **L.** magna est præda cum magno  
malo.

**L.** Siquidem omnes conjurati cruciamenta conferant,

Habeo opinor familiarem tergum, ne quæram foris.

**L.** Si istam firmitudinem animi obtines, salvi sumus.

quam mili optas. **L.** Volo contrahi paucis verbis velitationem. Quid est id? **L.** Decreei committere tuae fidei. **L.** Potes credere secure. **L.** Si vis succurrere filiosfamilias amanti, sunum bonum sese offert nobis ex improviso: sed bonum illud delatum est malo. Carnifices erunt semper celebres supplicio sumto de nobis. Libane, nunc nobis opus est comparata audacia et dolis. Ego commentus sum modo tantum facinus, ut simus dicendi ambo dignissimi omnium in quos cruciatus omnes ingruant. **L.** Profecto admirabar quod jam pridem scapulæ mihi prurabant. Nimirum illæ divinabant esse malum sibi paratum. Narrat quicquid est. **L.** Est ingens præda cum ingenti malo. **L.** Si universi conjurati conferant cruciamenta, habeo, ut ego arbitror, tergum domi proprium, ne quæram foris mutuum. **L.** Si habes illam constantiam animi, sunus salvi. **L.**

\*\*\*\*\*

quædam vett.—41 *Verbirelitationem* Meurs. Exerc. Crit. cap. 1. ut respondeat Græco λογομαχίαν et sic edidit Both. compendio B. 1. Hl. 1. Pll. Ven. 1. Bon.—42 *Quid* istud C. certus Lgg. audacter licet sis B. 1. 2. Hl. 1. Ven. 1. Bon.—43 *Amanti* B. 1. 2. Hl. 1. Ven. 1. Bon.—44 B. 1. Hl. 1. de improviso v. *commixtum*.—46 *L.* *Libane* B. 1. Hl. 1.—47 B. 1. Hl. 2. Pll. sex, Ven. 1. Bon. modo invenio ego; G. nunc inveni ego; Both. 1. 2. modo ego inveni.—48 Lgg. *dignissimi*.—50 *Hariolique* C. *Ariolurique* B. 1. Hl. 1. Ven. 1.—51 *Quicquid id est Parei* 2.—52 Nonnullæ codd. ante Pareum 2. *conjuratim*, contra omnes codd.—53 *H. o. familiare* Hl. 1. B. 1. C. Pll. sex, G. H. Ven. 1. Bon. *familiarem* M. et sic citat Nonius.—54 *Si i. fortitudinem* Ven. 1. *Si i. firmitudo* Bon. *optines* Hl. 1. et in marg. *offeres*; C. *fortitudinem animum offe-*

#### NOTÆ

41 *Velitationem*] Græce λογομαχίαν, litaribus.' Nonnulli *verbis-velitationem* a 'velitibus,' id est, armaturæ levis unam vocem faciunt.

militibus, quasi 'velites' a levitate. 43 *Sis*] Si vis.

Festus: 'Advelitation, jactatio quæ- 53 *Familiarem tergum*] Tergus, ter-  
dam verborum, figurata ab hastis ve- gi, olim masculinum.

- Li.** Quin si tergo res solvenda est, rapere cupio publicum : 55  
**Pernegabo atque obdurabo, perjurabo denique.**
- Le.** Hem ! ista virtus est, quando usu'st qui malum fert fortiter.
- Fortiter malum qui patitur, idem post patitur bonum.
- Li.** Quin rem actutum edisseris ? cupio malum nanciscier.
- Le.** Placide ergo unumquidque derogita, ut acquiescam : non vides 60  
**Me ex cursura anhelitum etiam ducere ? Li.** age age, mansero
- Tuo arbitratu, vel adeo usque dum peris. **Le.** ubi nam est herus ?
- Li.** Major apud forum 'st, minor hic est intus. **Le.** jam satis est mihi.
- Li.** Tum igitur tu dives es factus ? **Le.** mitte ridicularia.

*Quin si res est pendenda tergo, cupio habere publicum tergum. Pernegabo atque obdurabo, perjurabo denique. Le. Hem ! est illa virtus quæ, quando opus est, fert constanter malum : qui fert constanter malum, idem postea fert bonum. Lib. Quin enarras rem continuo ? volo inventire malum. Le. Itaque pete sigillatim omnia ut obsequar : nonne animadvertis me agre trahere animam ex cursu ? Lib. Dic, dic, expectavero ut volueris, etiam usque eo dum animam effles. Le. Ubiam est herus ? Lib. Major natu est in foro, minor est hic domi. Le. Est satis nunc mihi. Lib. Jam tu es ergo factus locuples ? Le. Omitte jocum. Lib. Omitt-*

ras.—55 Q. s. t. resolvenda est B. 1. Ven. 1. Bon. Q. s. ergo resolvenda est C. —56 Pernegabo ac perdurabo G. et Both. 1. 2. pejurarabo denique Hl. 1. a ni. sec. pejurarabo denique Lgg.—57 B. 1. quando usui est.—58 Fortiter qui malum H. 1. Mox B. 1. 2. Lgg. Pll. tres, potitur bonum.—59 Q. r. a. edisseras Lgg. Q. r. a. edisseris B. 1. C. Pll. 1. 2. 3. 5. 6. Hl. 1. Ven. 1. Bon. al. *Quin actutum rem edissertas* J. Gut. et Both. 1. 2.—60 *Placie igitur* Hl. 1. in marg. *unumquidque* Hl. 1. 2. B. 1. 2. Ven. Bon. *unumquidquid* Both. 1. 2. *derogato* Pll. 2. 5. *derogita* H. G. M. C. Hl. 1. B. 1. 2. Vatt. Lgg. Pll. 1. 3. 4. 6. Ven. 1. Bon. *erogita* edd. quædam vett. et Both. 1. 2.—61 Hl. 1. *etiam trahere* ; Lgg. *anhelitum trahere*.—63 Pll. et al. *satisf.*—64 *Tun igitur* B. 1. *Tun tu igitur es*

## NOTÆ

57 *Hem ! ista virtus est*] Cicero : ‘Sapientis est quicquid homini accidere possit, id præmeditari ; ferendum modice esse si advenerit. Majoris omnino est consilii providere, ne quid tale accidat ; sed anini non minoris fortiter ferre, si venerit.’ Sic Pitta-

cus : Συνετῶν ἀνδρῶν ἔστι, πρὶν γενέσθαι τὰ δυσχερῆ, προνοῆσαι μὴ γένηται, ἀνδρεῖον δὲ γενόμενα εὖ φέρεσθαι. Intelligentium virorum est, priusquam adveniant incommoda, providere ne eveniant ; fortium, si evenerint, composite et moderate ferre.

LI. Mitto : istud quod affers aures expectant meæ. 65  
 LE. Animum adverte, ut æque mecum hæc scias. LI. taceo. LE. beas.

Meministin' asinos Arcadicos mercatori Pellæo  
 Nostrum vendere atriensem ? LI. memini : quid tum  
 postea ?

LE. Hem ! ergo is argentum huc remisit, quod daretur  
 Saureæ

Pro asinis : adolescens venit modo, qui id argentum attulit.

LI. Ubi is homo 'st ? LE. jam devorandum censes, si  
 conspexeris. 71

LI. Ita enimvero : sed tamen tu nempe eos asinos prædi-  
 cas

Vetulos, cludos, quibus subtritæ ad femina jam erant  
 ungułæ.

LE. Ipsos, qui tibi subvectabant rure huc virgas ulmeas.

LI. Teneo : atque iidem te hinc vixerunt vinctum rus.  
 LE. memor es probe. 75

Verum in tonstrina ut sedebam, me infit percontarier,

*to. Meæ aures auscultant id quod renuntias. LE. Adhibe mentem, ut intelligas  
 hæc pariter mecum. LIB. Silco. LE. Gratissimum mihi facis. Recordarisne  
 nostrum atriensem vendidisse asinos Arcadicos mercatori Pellæo ? LIB. Recor-  
 dor: quid deinceps? LE. Hem! itaque idem remisit huc pecuniam, ut numerare  
 Saureæ pro asinis. Mox adolescens venit, qui attulit eam pecuniam. LIB. Ubi  
 est is homo? LE. Jam existimas devorandum, si in conspectum venerit. LIB. Ita  
 sane: attamen scilicet tu loqueris de his asinis vetustis, claudis, quorum ungues  
 sunt jam subtritæ ad femora. LE. Eosdem qui pro te afferebant huc rure flagella  
 ulmea. LIB. Recordor: et ipsi te tulerunt constrictum hinc rus. LE. Recorda-  
 ris bene: sed cum sederem in tonstrina, incipit me percontari, numnam cognoscam*



*dives factus edd. quædam vett. tu deest in Pl. 2. dives est factus Lgg.—65 HI.  
 1. B. 1. Ven. 1. Bon. istuc quod.—66 A. advorte B. 1. HI. 1. beas me HI. 1.—  
 67 Meministi HI. 1. archadicos m. pelleo B. 1. Alii sic ordinant: Mercatori  
 vendere pel. nostr. Atr. Both. 1. 2. asinos Ar. merc. vend. Pell. atr. nostrum?—  
 68 Ven. 1. tunc postea.—69 Em pro Hem, est a m. sec. in C.—70 Lgg. HI. 1.  
 2. B. 1. 2. Ven. 1. Bon. qui argentum.—71 Voc. jam deest Langianus. HI. 1. B.  
 1. censeret.—72 Both. 1. 2. sed temetum. Nempe eos asinos prædictas.—73 Pl.  
 2. substructa ad femina; Pl. 1. subtritæ eram ad fæminina erant, et corr. ine-  
 rant; Pl. 6. non agnoscit rdjam. Al. pro fæmina, habent fæmina; Ven. 1. fa-  
 mina.—75 Ven. 1. Bon. idem. Lgg. H. Both. 1. 2. memoras probe.—76 B. 1. H.*

#### NOTÆ

*67 Pellæo] A Pella urbe Macedo- ni, a quo 'Pellæus juvenis' dicitur a  
 nia, celebri natalibus Alexandri Mag- Juvenali.*

Ecquem filium Stratonis neverim Demænetum ?  
 Dico me novisse extemplo, et me ejus servom prædico  
 Esse, et ædis demonstravi nostras. **L.** quid tum postea ?  
**L.** Ait se ob asinos ferre argentum atriensi Saureæ 80  
 Viginti minas ; sed eum sese non novisse hominem qui siet:  
 Ipsum vero se novisse callide Demænetum :  
**Q.** uiam ille elocutus hæc sic. **L.** quid tum ? **L.** aus-  
 culta ergo ; scies.  
 Extemplo facio facetum me, atque magnificentum virum,  
 Dico me esse atriensem : sic hoc respondit mihi : 85  
**E.** go pol Sauream non novi, neque qua facie sit scio :  
**T.** e non æquum est succensere : si herum vis Demænetum,  
 Quem ego novi, adduce : argentum non morabor quin feras.  
**E.** go me dixeram adducturum, et me domi præsto fore.  
**I.** lle in balineas iturus est, inde huc veniet postea. 90  
**Q.** uid nunc consilii captandum censes ? dic. **L.** hem istuc  
 ago  
**Q.** uomodo argentum intervortam, et adventorem, et Sauream.

*filium Stratonis Demænetum ? Statim affirmo me novisse, et præ me fero me esse  
 ejus famulum, et ostendi nostram domum. L. Quid deinceps ? L. Dicit se  
 afferre atriensi Saureæ pecuniam viginti minas pro asinis ; at sese minime novisse  
 quilibet sit homo, ipsum autem se novisse optime Demænetum : cum ille elocu-  
 tus esset id . . . . L. Quid tum ? L. Audi igitur, intelliges. Illico me-  
 met compono ut hominem scitum et lautum : aio me esse atriensem. Ita mihi re-  
 posuit : Evidenter minime nori Sauream, et nescio quo vultu sit. Non par est te  
 irasci mihi, si pecuniam minime numeram : si placet, voca dominum Demænetum  
 quem ego nori : non per me stabit quominus accipias pecuniam. Ego pollicitus  
 eram me adducturum et me affuturum domi. Ille profectus est in balneas, postea  
 revertetur illinc huc. Quid consilii existinas capiendum jam ? Eloquere. L. Hem  
 id meditor, qua ratione intervertam pecuniam, et advenientem, et Sauream : id ne-*

- 
1. Pll. 1. 3. 4. 6. Ven. 1. Bon. *meme inflo percunctaris* ; C. *memed* ; Pl. 3. in  
 marg. *meme infit percontarier*, quod et Pl. 5. habet in textu. Pl. 2. *meme infit*  
 percontari.—79 *Esse de ædis* Bon.—80 *Bon. ferre precum*.—81 *Viginti minas* Avr.  
 3. Both. 1. 2.—82. 83 Transpositi sunt in C. Pil. B. 1. Hl. 1. Cum ille elocu-  
 tus hæc sit Hl. 1. *Quoniam tamen illi elocutus hæc sit* B. 1. *Qm̄* Pl. 2. C. *Quo-  
 niam* Pil. 4. 5. 6. *Quoniam* Pil. 1. 3. *Quid tu* Lgg.—85 *Dico med* Both. 1. 2. *esse*  
*deest* Hl. 1. B. 1. *atriensem Sauream* B. 1.—87 *Te non æquom mi est edd, quæ-  
 dam vett.* *mi deest* in B. 1. 2. Hl. 1. 2. C. Pil. Lgg. Ven. 1. Bon. *Sis h. De-  
 menetum* Both. 1. 2.—88 *Edd. quædam vett. adducere* ; *omnes codd. adduce*.—  
 89 *Ego me dixi herum adducturum* Acidal.—90 B. 1. 2. Hl. 1. Pil. Ven. 1. Bon.  
*balneas* ; Lgg. C. *balineas*. Both. 1. 2. *iturust*.—92 *Q. argento* C. Pl. 4. Both.

## NOTÆ

91 *Istuc ago*] Proverbialis formula, id est, in eo sum totus, &c.

Jam hoc opus est exasciatum: nam si ille argentum prius  
Hospes huc afferit, continuo nos ambo exclusi sumus.  
Nam me hodie senex seduxit solum, seorsum ab ædibus:  
Mihi, tibique interminatu'st, nos futuros ulmeos, 96  
Ni hodie Argyrippo viginti essent argenti minæ.  
Jussit vel nos atriensem, vel nos uxorem suam  
Defraudare: dixit sese operam promissam dare.  
Nunc tu abi ad forum ad herum, et narra hæc ut nos acturi  
sumus. 100  
Te ex Leonida futurum esse atriensem Sauream,  
Dum argentum afferat Mercator pro asinis. LE. faciam  
uti jubes.  
LT. Ego illum interea hic oblectabo, prius si forte adver-  
nerit.  
LE. Quid ais? LT. quid vis? LE. pugno malam si tibi  
percussero,  
Mox cum Sauream imitabor, caveto ne succenseas. 105

gotii est jam inchoatum. Nam si ille hospes apportat huc primo pecuniam, statim ejiciemur uteque. Nam hodie senex me seorsum ab aliis duxit ab ædibus, mihi interminus est tibique nos futuros ulmeos, nisi Argyrippo essent hodie viginti minæ argenti. Imperavit nos defraudare vel atriensem, vel suam conjugem: dixit sese daturum suam operam promissam. Jam tu proficiscere ad forum et ad herum, et refer quomodo acturi sunus illud. Te e Leonida futurum esse atriensem Sauream, dum Mercator afferat pecuniam pro asinis. LE. Praestabo ut jubes. LIB. Ego interim illum dñebo, si forte advernerit prius. LE. Quid ais? LIB. Quid vis? LE. Si te percussero mala pugno, quando simulabo me mox Sauream, vide



1. 2. adrectorem ut B. 1. adrectorem Hl. 1. Pll. adventorem saureamque Lgg. et adrectorem et Sauream Ms. Barth. et Both. 1. 2.—93 Pl. 4. B. 1. Ven. I. Bon. exascatum; Lgg. Pl. 2. exasseatum; Pl. 5. exancaleatum; al. exasciandum; Both. 1. 2. exasciato, ut conj. Acidalius.—95 Bon. senes seduxit; al. vett. senex abduxit; omnes vero codd. seduxit. C. sorsum; Lgg. me senex sorsum.—96 B. 1. intinnatus est; sed in marg. interminus est. Verbum est delet Both.—97 Nisi hodie quædam vett. essent viginti Lgg. C. Pll. al. essent argenti minæ viginti B. 1. Ni Argyr. essent viginti argenti minæ hodie.—99 Both. 1. 2. sese dixit o. promiscam; quædam vett. dixit operam sese. Palmer. Spicil. p. 690. promiscam; G. C. Pll. B. 1. 2. Hl. Ven. Bon. promissam.—100 Edd. quædam vett. adque forum. Mox nos deest in Ven. 1. Bon. et al. vett. herum, narra ut hæc nos Lgg.—102 C. Pll. B. 1. 2. Lgg. Hl. 1. Ven. 1. Bon. ut jubes; et sic edidit Both.—104 Sed quid ais edd. quædam vett. Sed abest ab omnibus codd.—105 Mox

## NOTÆ

93 Exasciatum] Id est, rudiore 96 Ulmeos] Flagris ulmicis conci-  
opera incepturn, ébauché. dendis.

**Lt.** Herkle vero tu cavebis, ne me attigas: si me tagis,  
Næ hodie malo cum auspicio nomen commutaveris.

**Le.** Quæso æquo animo patitor. **Lt.** patitor tu item cum  
ego te referiam.

**Le.** Dico ut usus fieri. **Lt.** dico hercle ego quoque ut fac-  
turus sum.

**Le.** Ne nega. **Lt.** quin promitto inquam hostire contra,  
ut merueris. 110

**Le.** Ego abeo: tu jam scio patiere: sed quis hic est? is est.  
Ille est ipsus: jam ego recurro huc: tu hunc interea hic  
tene.

Volo seni narrare. **Lt.** quin tu officium facis ergo, ac fu-  
gis.

*ne ægre feras.* **LIB.** Per Herculem tu riederis, ne me tangas. Si me tetigeris, næ  
commutaveris hodie nomen cum sinistro augurio, et ne fias Saurea pro Leonida.

**LE.** Rogo, patere ultro. **LIB.** Patere tu, quando ego rursus te vicissim percūtam.

**LE.** Doceo ut opus est fieri. **LIB.** Dico per Herculem etiam quemadmodum fac-  
turus sum. **LE.** Ne recusa. **LIB.** Quin pollice, inquam, par pari referre ul  
merueris. **LE.** Ego proficiscor: tu jam ut scio feras. Sed quis est hic? Est is,  
est ille ipse. Jam ego revertor huc interim. Detine hominem hic: cupio recensere  
seni. **LIB.** Quin facis tu igitur officium, et abis.

*quom Sauream Both. 1. 2. suscenseas C.—106 B. 1. 2. Hl. 1. G. H. M. Bon. ne  
me attingas, si me sapis; Pl. 5. Junt. Ald. ne me attingas, si sapis; Ven. 1. si me  
sapis; Al. si me taxis, vel si me faxis, vel time faxis.—107 Ne hodie C. Ven.  
1. Bon.—108 Pl. 1. 6. B. 1. tu idem.—109 Dico ut ut Ven. 1. ut est usus Pl.  
5. ut ut usus Pl. 2. usus C.—110 Le. Nega B. 1. Hl. 1. Vet. 1. commenmine-  
ris Hl. 1. in marg.—111 B. 1. Ven. 1. tu jam patiere. B. 1. Hl. 1. is est ille jam  
ipsus.—113 Hl. 1. Ven. 1. al. vett. quin tuum officium; Lgg. B. 1. C. Pl. Bon.  
tu officium. C. B. 1. Pl. Ven. Bon. huc fugis.*

## ACTUS SECUNDI SCENA TERTIA.

MERCATOR, LIBANUS.

**ME.** UT demonstratæ sunt mihi, hasce ædis esse oportet,

**MER.** Necesse est ea ipsa esse tecta in quibus dicilur Demænetus manere; nam

<sup>1</sup> Chlamidatus, Libanus, hasce ædis Lgg. illasce ædis edd. quædam velt.

Demænetus ubi dicitur habitare. I puere, pulta,  
Atque atriensem Sauream, si est intus, evocato huc.

**Lt.** Quis nostras sic frangit fores? ohe, inquam, si quid  
audis.

**ME.** Nemo etiam tetigit; sanusne es? **Lt.** at censebam  
attigisse, 5

Propterea, huc quia habebas iter: nolo ego fores conservas  
meas

A te verberarier: sane ego sum amicus nostris ædibus.

**ME.** Pol, haud periculum est, cardines ne foribus effrin-  
gantur,

Si istoc extemplo tu omnibus, qui quærunt, respondebis.

**Lt.** Ita hæc morata est janua: extemplo janitorem 10  
Clamat, procul si quem videt ire ad sese calcitronem.

Sed quid venis? quid quæritas? **ME.** Demænetum vole-  
bam.

**Lt.** Si sit domi, dicam tibi. **ME.** quid? ejus atriensis?

**Lt.** Nihilo mage intus est. **ME.** ubi est? **Lt.** ad tonso-  
rem ire dixit.

nihi sic indicata sunt. *Investiga, o puer, pulsa et accerse huc atriensem Sauream, si est domi.* **LIB.** Quis communivit sic nostram januam? Ohe! aio, si non es sur-  
dus. **MER.** Nullus certe pulsavit: insanisne? **LIB.** Existimabam te pulsasse, quoniam hac faciebas viam. Ægre fero a te pulsari nostram januam, meam con-  
servavi. Certe ego anno nostras ædes. **MER.** Sane non est verendum, ne convel-  
lantur cardines januarum, si tu reponas sic cunctis, qui querunt. **LIB.** Hæc fores  
sic factæ sunt: accersunt janitorem statim, si quem cernunt a longe calcibus infestis  
accedere ad sese. At quæ causa viæ? quid quæris? **MER.** Animus erat alloqui  
Demænetum. **LIB.** Non est domi: si esset, tibi dicarem. **MER.** Quid? estne  
ejus atriensis? **LIB.** Nihilo magis domi est. **MER.** Ubi est? **LIB.** Dicit se



ædes B. 1.—5 Edd. vett. *sanusne es tu?* Td tu abest ab omnibus chirographis Parei et Langii.—6 Ven. 1. Bon. *quia huc.*—7 Both. delet rd ædibus; et meas in fine antecedentis versus huic præponit.—8 C. Pll. 1. 3. *efringantur;* C. a m. pr. *efrangantur.*—9 Pll. sex, et Hl. 1. *exemplu tu omnibus;* Lgg. B. 1. Ven. 1. Bon. *exemplu omnibus.* B. 1. *respondebis janitor.*—10 *Ita hæc est morata* Hl. 1.—11 Lgg. B. 1. Hl. 1. C. Pll. Bon. *ad se.*—12 *Demanesta* B. 1. *Demanesta* Hl. 1.—13 B. 1. H. 1. *dicam tibi non est.* **ME.** *quid ejus, &c.*—14 *Nihilo magis* Ven. 1. *mage* habent omnes codd. præter Pll. 3. 5. qui ex-

#### NOTÆ

11 *Calcitronem]* Calcibus infestum.

ME. Cum venisset, post non rediit? LI. non edepol: quid volebas?

15

ME. Argenti viginti minas, si adesset, accepisset.

LI. Qui pro istuc? ME. asinos vendidit Pellæo mercatori Mercatu. LI. scio: tu id nunc refers? jam hic credo eum affuturum.

ME. Qua facie vester Saurea est? si is est, jam scire potero.

LI. Macilentis malis, rufulus, aliquantum ventriosus, 20  
Truculentis oculis, commoda statura, tristi fronte.

ME. Non potuit pictor rectius describere ejus formam.  
Atque hercle ipsum adeo contuor, quassanti capite incedit.

LI. Quisque obviam huic hic occesserit irato, vapulabit.  
Siquidem hercle Æacidinis minis animisque expletus in-

cedit,

Si me iratus tetigerit, iratus vapulabit.

*ire ad tonsorem. MER. Ex quo tempore ivit? annon reversus est? LIB. Minime profecto: quid cupiebas? MER. Si adesset, numerassem viginti minas argentii. LIB. Pro quo istud? MER. Vendidit asinos Pellæo mercatori in foro pecuario. LIB. Intelligo: tu affers jam pecuniam: spero ipsum adventurum modo huc. MER. Qua vultu est vester Saurea? Cognoscere potero modo, si est is. LIB. Genis caris, subrufus, aliquantulum prominentे ventre, oculis infestis, fronte adducta, commoda proceritate. MER. Pictor nequit melius depingere ejus formam. Per Herculem, et, ut ita dicam, ipsum specto: incedit capite nutante. LIB. Quicunque huic occurrerit, hic irato dabit pœnas. Siquidem per Herculem incedit elutus Herculeis minis et animis, si iratus me percusserit, iratus percutietur.*

\*\*\*\*\*

hibent magne.—15 Cum venisset post non rediit Pl. 5. Cum renisset, post rediit Pl. 4. additum tamen habet ῥ̄d non supra lineam; et supra renisset, notatnm ivisset; et ad oram, *Ante venisset in tempore sumtum.* Al. ap. Pareum, LI. non edepol. ME. non? LI. quid, &c. Ald. habet etiam, *Cum ivisset.*—18 Hl. 1. tu nunc id. Bon. credo ad futurum.—19 Q. f. noster Hl. 1. B. 1. Ven. 1. Q. f. roster C. Pl. 4. Q. f. nossuit Pl. 2.—20 B. 1. rufulus. B. 1. Hl. 1. aliquantulum. Hl. 1. ventricosus.—23 LI. Atque Hl. 1. plerique Pl. Ven. 1. Bon. contuor adeo Hl. 1. quassanti C. quassante Pl. casanti correctores.—24 Quisquis Hl. 1. Pl. 5. huic occesserit Lgg. Hl. 1. plerique Pl. huic occesserit B. 1.—25 Eucidinis C. Æacidis Lgg. eacidinis B. 1. niinus animusque C. a m. pr.—26 B. 1. retigerit. Edd. vett. *hic iratus vapulabit;* illud *hic in nullis extat codd.*

#### NOTÆ

18 *Mercatu*] Nonius, ‘Locus est in quo agitur mercatura.’ Ellipsis, in.

vocata est a Spartiano ‘prolixa,’ a Suetonio ‘eminens,’ a Livio ‘eximia.’

21 *Comoda statura*] Id est, mediocris. Seum erat pedum; vocabatur et ‘militaris:’ quæ excedebat,

qui minore, ‘exiles,’ ‘breves,’ et ‘minore statura’ dicti.

25 *Æacidinis minis*] Id est, quam-

## ACTUS SECUNDI SCENA QUARTA.

LEONIDA, MERCATOR, LIBANUS.

**LE.** Quid hoc est negotii? neminem meum dictum magnificare.

Libanum in tonstrinam ut jusseram venire, is nullus venit.

Næ ille edepol tergo et cruribus consuluit haud decore.

**ME.** Nimis imperiosus est. **LI.** væ mihi hodie! **LE.** salvare jussi

Libanum libertum! jam manu emissus? **LI.** obsecro te. 5

**LE.** Næ tu hercle cum magno malo mihi obviam occcessisti.

Cur non venisti, ut jusseram, in tonstrinam? **LI.** hic me moratu'st.

**LE.** Siquidem hercle nunc summum Jovem te dicas detinuisse,

**LE.** Quid est hoc? Nemo paret meis mandatis. Imperaveram Libanum venire in tonstrinam: is non venit: certe ille non bene consuluit tergo et cruribus. **MER.** Est mirum in modum impotens. **LIB.** Me miserum hodie! **LE.** Plurimam salutem dixi Libano liberto. Jamne manumissus? **LIB.** Obtestor te. **LE.** Tu per Herculem mihi occurristi cum magno infortunio. Quare non venisti in tonstrinam, ut imperaveram? **LIB.** Is me detinuit. **LE.** Siquidem per Herculem jam dices

\*\*\*\*\*

1 *Quid hoc sit* Lgg. C. Pl. B. 1. 2. Hl. 1. Ven. 1. Bon. Both. 1. 2. *Quid hoc negotii'st* edd. quædam vett. *nemo* B. 1. *magnum facere* B. 1. Ven. 1. Bon. —3 *Ne C.*—4 B. 1. *rehe*; C. *ve*. *Nonnulli codd. jussim.*—5 Lgg. *manu missus*. Al. ap. Pareum, *a manu ne emissus obs. te.*—6 B. 1. *accessisti*.—7 Ven. 1.

## NOTÆ

vis esset Achilles ipse, si me tangat,  
vapulabit. Horat. ‘Pelidæ stomachum cedere nescii.’

1 *Magnificere*] Quia servus atrensis quandam in servos ceteros obtinebat principatum, Leonida pseudosanrea denegata imperiis suis reverentia conqueritur.

2 *Nullus venit*] Cic. ‘Philotimus nullus venit.’

5 *Libanum libertum*] Exprobrantis est heri vox, quod Libanus egerit, absente hero, sic, quasi fuisset libertus, et non servus: est ficta iracundia pseudo-Saureæ.

6 *Occessisti*] Obviam accessisti.

Atque is precator assiet, malam rem effugies nunquam.  
 Tu, verbero, imperium meum contempsisti ? Lī. perii !  
 hospes. 10  
**ME.** Quæso hercle noli, Saurea, mea causa hunc verberare.  
**LE.** Utinam nunc stimulus in manu mihi sit ! **ME.** quiesce  
 quæso.  
**LE.** Qui latera conteram tua, quæ occalluere plagis.  
 Abscede, et sine me hunc perdere, qui semper ira incendit.  
 Cui nunquam unam rem me licet semel præcipere furi, 15  
 Quin centies eadem imperem, atque ogganniam : itaque jam  
 hercle  
 Clamore ac stomacho non queo labori suppeditare.  
**Jussin'**, scelestè, ab janua hoc stercus hinc auferri ?  
**Jussin'** columnis dejici operas aranearum ?  
**Jussin'** in splendorem dari bullas has foribus nostris ? 20

*summum Jovem te detinuisse, atque is si deprecator sese offerat, declinabis nunquam pestem. Tu, mastigia, aspernatus es meum imperium. Lī. Perii, hospes. MER. Rogo per Herculem ne verberes hominem mea causa. LE. Utinam mihi esset nunc fustis præ manibus ! MER. Quiesce, rogo. LE. Quo conlererem tua latera quæ occalluere virgis. Recede, et me patere hunc conficere, qui milia creat semper iracundiam, cui latroni nunquam contigit me præcepisse vel unum, quin centies jubeam, atque ocinam eadem. Itaque nequeo jam per Herculem par esse molestiæ clamoris et stomachi. Imperavi tibi, scelestè, amoveri hinc hoc stercus ab aditu ? Imperavi tibi decuti columnis telas aranearum ? Imperavi perficari hos*

memoratus est.—12 *U. mihi stimulus Hl. 1.*—13 *Qui latere Bon. occalluere C. Pll. 1. 5. 6.*—14 *Abscede hac sine B. 1. 2. Hl. 1. Ven. 1. Bon. me ira B. 1. 2. Hl. 1. Ven. 1. Bon. incendit ira edd. quædam vett.*—15 *Cui unquam Ven. 1. Bon. licet præcipere B. 1.*—16 *Quin centiens C. Quin cenciens Pll. 1. 2. 5. 6. eandem Hl. 1. Ven. 1. Bon. al. ap. Parenm. itaque hercle Pll. sex, Lgg. B. 1. 2. Hl. 1.*—17 *Clamore atque Hl. labore Ven. 1.*—18 *B. 1. Hl. 1. Bon. hac janua.* Edd. quædam vett. *hocce.*—19 *C. Pll. 1. 2. 3. 4. Ven. 1. deici ; Pll. 5. 6.*

## NOTÆ

13 *Occalluere*] Gruterus scribit *occalluere* per unum *l*, sed majusculum : quod erat apud veteres in usu, ut in media voce literam majusculam pro duplii litera scriberent.

18 *Stercus*] Servi erant scoparii, a 'scopis.'

20 *Bullas*] Capita clavorum, qualia cernantur etiam non ordine disposita in valvis potentiorum, in splendore

dabantur a servis scopariis. *On les écurioit.* Veteres Romani ornabant et fores suas sigillis Deorum vel fictilibus vel æneis. Hæc ornamenta vocabantur 'autefixa,' 'autepagmenta.' In Kalendario suo veteres faustos infaustosque dies clavis distinguebant in valvis, etiam annos et intervalla temporum clavis notabant, unde 'dictator clavo pangendo.'

Nihil est : tanquam si claudus sim, cum fusti est ambulandum ;

Quia triduum hoc unum modo foro operam assiduam dedi,  
Dum reperiam qui quæreret argentum in foenus : hic vos  
Dormitis interea domi, atque herus in hara, haud ædibus,  
habitat.

Hem ergo, hoc tibi. **L.** hospes, te obsecro, defende.

**M.** Saurea, oro 25

Mea causa ut mittas. **L.** eho, ecquis pro vectura olivi  
Resolvit? **L.** resolvit. **L.** cui datum est? **L.** Sticho  
vicario ipsi

Tuo. **L.** vah! delenire apparas : scio mihi vicarium esse,  
Neque eo esse servom in ædibus heri, qui sit pluris quam  
ille sit.

Sed vina quæ heri vendidi vinario **E.** Exærambo, 30

Jam pro iis satisfecit Sticho? **L.** fecisse satis opinor :  
Nam vidi huc ipsum adducere trapezitam Exærambum.

*clavos bullatos valvarum nostrarum? Nihil profuit: est mihi incedendum semper cum baculo ad te cogendum ad laborem, quasi essem claudus: quia hoc uno versatus sun in foro, ut invenirem qui querunt pecuniam in foenus: interim otiamini hic domi, atque herus vester manet in stabulo, et non in ædibus. Hem igitur hoc tibi!* **L.** Hospes, te obtestor, defende. **M.** Saurea, precor ut ponas iram mea causa. **L.** Eho aliquis solvit pro vecto olivo? **L.** Resolvit. **L.** Cui datum est? **L.** Sticho ipsi tuo vicario. **L.** Vah! incipis placare. Scio mihi esse vicarium, quo nullus est servus in ædibus heri, qui valeat pluris. Sed Exærambus vinarius numeravitne Sticho pecuniam pro vino quod vendidi heri? **L.** Existimo fecisse satis: nam vidi ipsum Exærambum adducere huc argentarium.



dejici; al. ap. Pareum, dejicier. **B.** 1. in marg. *araneorum*.—21 **B.** 1. 2. **Hl.** 1. *cum fuste est*; **Ven.** 1. **Bon.** *cum fustist*; pro quo Lgg. cuju stist.—22 *Quadrivium hoc* **Ven.** 1. **Bon.** *dedi absens* edd. quædam vett. *rd absens* in nullis reperitur codd.—23 **B.** 1. *quererit* pro *argentum*; edd. quædam vett. *queritent*. Lgg. in *fædus*.—24 **Both.** 1. 2. *haud æde*.—25 Lgg. *ospes*.—26 **B.** 1. *provectura olim*; Lgg. *vectorum olivi*; **Ven.** 1. *vectura olim*.—27 *Resolvi*. **L.** *cui datust* Lgg. *Rem solvit*. **L.** *Solvit*. **L.** *Quoi*, &c. **Both.** 1. 2.—28 Lgg. **Hl.** 1. *delinire*. **Ven.** 1. **Bon.** *mihi scio*. **Hl.** 1. *vicarium non esse*.—29 *Neque esse servon* **B.** 1. *Neque esse servom* Ms. Barth. M. C. Pll. **Hl.** 1. **Ven.** 1. **Bon.** **Both.** 1. 2. *qui pluris sit quamde ille est* **Both.** *pluri* **B.** 1. *ille est* edd. vett. *ille sit* Lgg. C. Pll.—30 *Sed vina queri vendidi* C. Lgg. Pll. *exerambo* Lgg. C. Pll. 1. 2. 4. 6. *Exarambo* Pll. 3. 5. *quomodo et C. paulo post. Sarumbo Casanb.*—31 *Jam pro is C. Jam pro his C. a m. sec. B. 1. 2. Hl. 1.*—32 *Nam v. hunc G. M. B. 1. 2. Hl. 1. Ven. 1. adducere et rapere* Pll. 2. 5. 6. B. 1. 2. Hl. 1.

#### NOTÆ

30 *Sed vina quæ heri vendidi vinario Pro, Sed Exærambus vinarius satis-Exærambo, Jam pro iis satisfecit Sticho]* fecitne Sticho pro vino quod ei ven-

LE. Sic dedero : prius quæ credidi, vix anno post exegi.  
Nunc satagit : adducit domum etiam ultro, et scribit numeros.

Dromo mercedem retulit ? LI. dimidio minus opinor. 35

LE. Quid reliquom ? LI. aiebat reddere quam extemplo redditum esset :

Nam retineri, ut quod sit sibi operis, efficeret, locatum.

LE. Scyphos quos utendos dedi Philodamo, retulitne ?

LI. Non etiam. LE. hem, non ? si velis, da, commoda homini amico.

ME. Perii hercle ! jam hic me abegerit suo odio. LI. heus jam satis tu, 40

LE. Utinam sic dedissem semper. Nam corum quæ dedi antea, vix pretium tuli, anno integro exacto. Nunc satisfacit : adducit etiam ultro domum trapezitam Exærambum, et spondet apud eum tabulis consignatis se pecuniam daturum intra tempus certum. Dromo mercedemne retulit ? LIB. Attulit dimidiam partem, ut puto. LE. Quando afferet alteram partem ? LIB. Dicebat se redditum illico eam quæ sibi redditum esset : se vero retineri, ut faceret opus quod pro te faciendum suscepit. LE. Scyphos quos commodari Philodamo, redditilne ? LIB. Nondum. LE. Hem ! non retulit ? Si relis, da, mutuum præbe amico. MER. Perii per Herculem ! iste me modo abiget sua iracundia. LIB. Heu !

-----  
Ven. 1. Bon. ita Exærambum Pll. 1. 4. Ven. Bon. Pl. 3. ad. et rapere extra rambum ; ac deinde ex emend. add. ac rapere ipsum Exærambum. Lgg. Exerambum. —33 B. 2. Hl. 1. C. Pll. 1. 2. 4. 6. Ven. Bon. priusquam credidi ; Pl. 5. quod credidi ; Scal. prius quæ credimus. —34 Hl. 1. et jam ultro. Edd. quædam vett. et rescribit ; Lgg. C. Pll. B. 1. 2. Hl. 1. Ven. 1. Bon. et scribit. —35 Domo Lgg. et retulit Hl. 1. —36 C. a m. pr. alebat. Scal. redditum esset. Edd. quædam vett. sibi redditum esset ; sed illud sibi abest ab omnibus codd. —37 Ald. Junt. operis sibi. C. Pll. B. 1. 2. Hl. 1. Ven. 1. Bon. Ald. Junt. locatum efficeret. —38 Philodomo B. 1. Philedomo Hl. 1. —39 B. 1. Hl. 1. M. G. H. hem nunc ; unde Both. conj. hem, non ? Nunc si, &c. Pll. 1. 3. a m. sec. da accommoda ; et sic edidit Parens ; da ac commoda Pl. 2. 4. 6. et Pl. 1. 3. a m. pr. da commoda B. 1. Hl. 1. Pl. 5. C. si velis accommoda Ven. 1. Bon. si velis dare, accommoda, vel si velis aded commoda al. vett. —40 Lgg. jam satis Audin'.

#### NOTÆ

didi heri? Non absimile est hoc vernaculi nostri, Nôtre vin, l'a-t-on paié?

34 Scribit numeros] Trapezita debebat pecuniam Exærampo, Exærambus Saureæ. Exærambus adducit trapezitam ad Sauream. Trapezita pro nomine Exærambi, cui debet, scribit nomen Saureæ, et pollicetur sese redditum Saureæ debi-

tam Exærampo pecuniam. Exærambus transporte à Saurea ce que le banquier luidoit, pour démeurer quitte à Saurea.

35 Mercedem] Le loüage de quelque chose.

38 Scyphos] Eadem orationis forma quæ supra.

Audin' quæ loquitur? LE. audio, et quiesco. ME. tandem opinor

Conticuit: nunc adeam optumum est, priusquam incipit tinnire.

Quam mox mihi operam das? LE. ehem, optume: quamdudum tu advenisti?

Non hercle te provideram, quæso ne vitio vortas,  
Ita iracundia obstitit oculis. ME. non mirum factum est. 45  
Sed si domi est, Demænetum volebam. LE. negat esse intus.

Verum istuc argentum tamen mihi si vis denumerare,  
Repromittam istoc tibi nomine solutam rem futuram.  
ME. Sic potius, ut Demæneto tibi hero præsente reddam.  
LI. Herus istunc novit, atque herum hic. ME. hero huic præsente reddam. 50

*capisne tu jam satis quæ dicit? LE. Capio, et quiesco. MER. Denique, ut opinor, conticuit. Tempus est ut adeam nunc antequam incipit obstrepare. Quam attentionem mihi jam præbes, Saurea? LE. Ehem, bene: quamdudum tu advenisti? Per Herculem minime te animudverteram, ita ira obcæcarit oculos. MER. Non mirum videatur. At Demænetum volebum alloqui, si domi est. LE. Negat esse domi: attamen si vis numerare illum pecunium, repromittam te solutum fore hac syngrapha. MER. Immo potius rogo ut tibi numerem coram hero Demæneto. LIB. Herus cognovit istum, et iste herum. MER. Reddam huic, præsente hero.*

\*\*\*\*\*

Edd. quædam vett. heu jam satis tu.—42 B. 1. ad eam. Ald. *optumu'st*; Lgg. *optumust* priusquam *incipiat*.—43 Both. 1. 2. *mi operam*. Ald. Junt. Both. 1. 2. LE. *Hem, optume*.—44 Non ercle C.—45 Lgg. *obstit*. C. Pll. sex, *occulis*. HI. 1. *factust*; Ald. *factu'st*.—46 *Demenetum* HI. 1. *negant* Ms. Barth. G. M. B. I. Pll. sex.—47 HI. 1. Pll. Lgg. *dinumerare*.—48 B. 1. 2. HI. 1. Lgg. Pll. C. Ven. 1. *istoc nomine*, omisso pronomine *tibi*.—49 Voc. *hero* delet Both.—50 *Erus* quidam codd. et edd. vett. aut *herum* hic B. 1. HI. 1. ME. *Ego hoc præsente reddam* Lgg. *ero* huic *præsente te reddam* C. a m. sec. et edd. vett.

#### NOTÆ

45 *Obsttit oculis*] Alii *obstit*. Veneres enim dicebant 'obstire' pro 'obstare': 'artire' pro 'artare': 'impetrare' pro 'impetrare': 'negire' pro 'negare.' Ovidius: 'quæ pars admonet, abstat' pro 'abstat': 'prostitutum' pro 'prostatutum': id est, quæ stat ante lupanar, seu statio nem meretriciam. 'Vestibulum' pro 'vestabulum,' id est, grande stabu-

lum, seu locus ad standum. 'Metiri' et 'metari' etiamnum in usu.

48 *Repromittam*] Je te donnerai ma quittance. Pollicitus eras redditum te pecuniam: redditis tabulas de quibus constet te mihi reddidisse debitam pecuniam. Tabulae illæ sunt re promissio, nempe qua promittis non repetiturum.

**Lt.** Da modo meo periculo ; rem salvam ego exhibebo :  
Nam si sciat noster senex fidem non esse huic habitam,  
Succenseat, cui omnium rerum ipsus semper credit.

**Le.** Non magni pendo, ne duit ! si non vult : sic sine astet.  
**Lt.** Da, inquam : vah ! formido miser, ne hic me tibi arbitretur

55

Suasisse, sibi ne crederes : da, quæso, ac ne formida.  
Salvum hercle erit. **Me.** credam fore, dum quidem ipse  
in manu habeo.

Peregrinus ego sum, Sauream non novi. **Lt.** at nosce sane.  
**Me.** Sit, non sit ; non edepol scio : si is est, eum esse  
oportet.

Ego certe me incerto scio hoc daturum nemini homini. 60

**Le.** Herkle istum Di omnes perdunt : verbo cave suppli-  
cassis.

Ferox est, viginti minas meas tractare sese.

Nemo accipit ! aufer te domum : abscede hinc, molestus  
ne sis.

**Lib.** Da modo meo periculo, ego præstabo rem salvum : nam si noster senex rescis-  
cat non esse adhibitam fidem illi, cui ipse credidit semper res omnes, irascatur.  
**Le.** Non magnifico si minus vult, linque hominem sic stare. **Lib.** Cedo, inquam :  
vah vereor infelix ! ne iste existinet me tibi auctorem fuisse, ne sibi crederes.  
Cedo, quæso, ac ne time. *Per Herculem in tuto erit.* **Mer.** Arbitrabor fore in-  
terea dum quidem teneo in manu. *Peregrinus ego sum, non novi Saureum.* **Lib.**  
At nosce profecto. **Mer.** Sit, non sit, per aedium Pollucis nescio. Si est is, oportet  
esse eum. Profecto ego unum scio, me non daturum homini ignoto. **Le.** Per  
Herculem omnes Di disperdant istum. *Cave, Libane, ei supplicaveris vel verbo.*  
Insolexit quod tractet viginti minas quæ ad me pertinent. Non accipio, abi domum.

\*\*\*\*\*

'Quidam huic pro hoc sumunt : absurdus.' Pareus.—51 C. et plurimi Pli.  
periculo . . . exhibeo.—52 C. a m. pr. fiuem non esse. Lgg. habitum huic.—  
53 Succenseat C. Pli. quo i. r. i. s. credidit C. qui o. r. i. s. credidit Lgg.  
Hi. 1. B. 1. 2. Ven. 1. Bon. qui o. summum rerum i. s. credidit Pl. 5. qui o.  
r. ipsius s. credidit Pl. 1. 2. 3. 4. 6.—55 C. vah ! miser! Ven. 1.—  
56 Edd. quædam velt, ah ne formida, contra omnes codd.—57 Pl. 1. 6.  
dum ipse quidem in manu habeo ; Pl. 1. a m. sec. dum id in manu habeo ;  
Pl. 3. G. et C. a m. sec. habebo ; M. ipse quidem m. habeo.—59 B. 1. cum  
esse ; Hi. 1. quom esse oporteat.—61 C. a m. pr. perdunt ; Ven. 1. Bon. per-  
dunt ; Lgg. Hi. 1. 2. B. 1. 2. Pl. C. a m. sec. perdunt.—63 N. accepit B. 1.  
2. H. 1. C. Pl. Ven. 1. Bon. acceptet al. ap. Pareum. B. 1. 2. Hi. 1. ne sies.—

#### NOTÆ

51 *Meo periculo]* A mes risques.      cis 'suminam.' Suetonius 'actores'  
Rem salvam exhibeo] J'en suis ga-      vocat: alii 'procuratores,' 'dispen-  
rant.

53 *Cui omnium rerum]* Ellipsis vo-

cis 'suminam.' Suetonius 'actores'  
'procuratores,' 'dispen-  
satores.'

ME. Nimis iracunde. Non decet superbum esse hominem  
servum. 64

LI. Malo hercle jam magno tuo nunc isti nec recte dicis.  
Impure, nihili, non vides irasci? LE. perge porro.

LI. Flagitium hominis, da obsecro argentum huic, ne male  
loquatur.

ME. Malum hercle vobis quæritis. LE. crura, hercle,  
diffingentur,

Ni istum impudicum percies. LI. perii hercle! age im-  
pudice, 70

Sceleste, non audes mihi scelesto subvenire?

LE. Pergin' precari pessumo? ME. quæ res? tun' libero  
homini

Male servus loquere? LE. vapula. ME. id quidem tibi  
hercle fiet,

Ut vapules, Demænetum simulac conspexero hodie.

In jus voco te. LE. non eo. ME. non is? memento. LE.  
memini.

*Absiste longe, ne sis importunus.* MER. Facis nimis iracunde: dedecet hominem  
qui servus est, superbire. LIB. Per Herculem tuo isti maledicis magno damno.  
Nequam, ritissime, non animadvertis excandescere? LE. Abi igitur. LIB.  
Flagitosissime omnium hominum, rogo, numera pecuniam huic, ne maledicat.  
MER. Per Herculem vobis accersit pestem. LE. Per Herculem communinuentur  
crura, nisi vocaveris istum impudicum. LIB. Actum est de me per Herculem,  
pessime; non audes mihi auxiliari misero? LE. Pergisne supplicare nequissimo?  
MER. Quid hoc est? Tunc servus maledicis homini libero? LE. Da pœnas.  
MER. Per Herculem id tibi accidet ut plectaris, statim atque video hodie Demæ-  
netum. Te voco in jus. LE. Non eo. MER. Non is? Recordare. LE. Recor-



64 HI. 1. hominem esse.—65 PI. 1. nunc istic recte; PI. 2. 6. nunc istinc  
recte; PI. 4. nunc istine rected; PI. 5. Ven. 1. Bon. nunc istuc recte; PI. 1. a  
m. sec. nunc istine recte; Ald. Junt. nunc isti ne recte; J. Gul. Lgg. ni isti ne  
recte; B. 1. isti næ recte; Both. 1. 2. ni isti nec recte.—66 Impure nobili Ven.  
1. Impure nobili Bon. Impure nobili num margo ed. Ald. penes editorem; Im-  
pure nobili non B. 1.—67 B. 1. næ male.—68 C. PI. B. 1. 2. HI. 1. Ven. 1.  
Bon. diffingentur: age impudice.—69 PI. Ms. Barth. G. M. B. 1. HI. 1.  
Ven. 1. Bon. percuties; H. pernities. Verba, age impudice, desunt hic in C.  
PI. B. 1. 2. HI. 1. Ven. 1. Bon.—70 HI. 1. H. Ven. 1. Bon. Med. 2. Ald.  
Junt. Arg. 3. sceleste subvenire.—71 Ven. 1. homine.—72 HI. 1. B. 1. 2. G.  
H. V. tibi quidem. Lgg. hercle tibi fiet.—74 C. non iis. B. 1. HI. 1. LE.

#### NOTÆ

65 *Nec recte*] Alii *ne recte*. Sallustius, ‘non jure,’ ‘ne jure,’ male.

ME. Dabitur pol supplicium mihi de tergo vestro. LE.  
væ, te !

75

Tibi quidem supplicium, carnufex, de nobis detur ? ME.  
atque et jam

Pro vestris dictis maledictis poenæ pendentur mihi hodie.

LE. Quid, verbero ? ain' tu, surcifer ? herum nosmet fugi-  
tare censes ?

I nunc jam ad herum, quo vocas jamdudum, quo volebas.

ME. Nunc demum ? tamen nunquam hinc feres argenti  
numnum, nisi me

80

Dare jusserset Demænetus. LE. ita facito, age ambula ergo.

Tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur ?

Tam ego homo sum quam tu. ME. scilicet ita res est.

LE. sequere hac ergo.

Præfiscini hoc nunc dixerim, nemo etiam me accusavit

84

Merito meo ; neque me Athenis est alter hodie quisquam,  
Cui credi recte æque putent. ME. fortassis ! sed me tamen

dor. MER. Per ædem Pollucis mihi dabit paenæ vestra cute. LE. Diū te perdant :  
tibi tuetur quidem supplicium, carnifex, de nobis ? MER. Atque etiam paenæ mihi  
persolventur hodie pro vestris dictis maledictis. LE. Quid, flagrio ? Dicisne tu, sce-  
leste ? Existimas nos declinare herum ? I nunc ad herum ad quem vocas, jampridem  
ad quem volebas ire. MER. Nunc tandem ? Tamen ne unum quidem efferes hinc num-  
num argenti, nisi Demænetus me imperarit dare. LE. Fac ita : uge perge, tu facias  
contumeliam alteri, non tibi dicatur ? Ego sum tam homo quam tu. MER. Scilicet  
res ita se habet. LE. Vade hac igitur. Absit verbo invidia : affirmarim id nunc :  
nemo etiam me accusavit merito meo, neque est Athenis nunc alter quisquam cui  
existiment dari æque tuto. MER. Forsitan : attamen nunquam assequeris hodic



memento.—75 Lgg. mihi supplicium. LE. vœ, vœ.—76 B. I. tibi carnifex.  
B. I. 2. HI. I. Ven. I. Bon. atque etiam.—77 Pro dictis vestris maledictis Lgg.  
Pl. C. B. I. HI. I. Ven. I. Bon. paenæ Bon.—78 Lgg. nos fugitare.—79 Ei  
nunc C.—80 HI. I. hinc nunquam.—82 HI. I. facies.—84 Profiscisci hoc dixerimus  
Pl. I. 2. 6. HI. I. Ven. I. Profiscisci te dixerimus B. I. Bon. Profiscisci  
hoc nunc C. a m. pr. Profiscisci hoc dixerimus Pl. 3. Profiscisci in hoc dixerimus  
Pl. 4. Profiscisci ted Pl. 5.—85 B. I. 2. HI. I. Pl. 3. 4. 5. C. Ven. I. Bon.  
alter est ; Both. I. 2. me alter est Athenis.—86 Both. I. 2. fortasse. B. I. 2.

#### NOTÆ

84 *Præfiscini*] Adverbium depre- bitrabantur arcere nescio quod fasci-  
cantis invidiam propriæ vel alienæ num a Diis immissum in eos qui de  
landis nimia : quod nos vulgo : ' Ab- se superbius sentiret et loqueren-  
sit verbo invidia.' Sed cum pudorem tur. Fascinum puto non aliud fuisse  
unum levamus hoc dicto, veteres ar- quam vanitatis et arrogantiæ.

Nunquam hodie induces, ut tibi credam hoc argentum  
ignoto. 87

Lupus est homo homini, non homo; quom qualis sit non  
novit.

LE. Jam nunc secunda mihi facis: scibam huic te ca-  
pitulo hodie

Facturum satis pro injuria: quanquam ego sum sordidatus,  
Frugi tamen sum, nec potest peculium enumerari. 91

ME. Fortasse! LE. etiam nunc dico: Periphanes Rhodo  
mercator

Dives, absente hero solus mihi talentum argenti

Soli annumeravit, et mihi credidit, neque deceptus in eo.

ME. Fortasse! LE. atque etiam tu quoque ipse, si eses  
percunctatus 95

Me ex aliis, scio pol, crederes nunc quod fers. ME. haud  
negassim.

*ut tibi credam id argentum ignoto. Homo est lupus homini, non homo, quando non intelligit qualis sit. LE. Jam nunc mihi facis nova convitia: putabam te facturum satis hodie mihi pro contumelia. Tametsi ego sum veste illota, nihilominus sum frugi, quod peculium non potest aestimari satis. MER. Forsitan. LE. Etiam hoc addo: Periphanes Rhodius, mercator locuples, solus numeravit soli, et mihi credidit, talentum argenti, absente hero, neque eum sefellit sua opinio. MER. Fortassis. LIB. Atque etiam tu ipse quoque, si eses a me percunctatus ex aliis, scio profecto crederes nunc quod geris. MER. Haud negaverim.*

\*\*\*\*\*

Hl. 1. Ven. 1. Bon. tamen me.—89 Lgg. C. facis: cibam huic; B. 1. 2. Hl.  
Pl. 4. Ven. 1. Bon. hoc te; Pl. 2. secunda inde f. scibam hoc; Pl. 6. feram  
me facis scibam hoc. Al. secunda mihi acis, vel, secundas mihi jucis.—90 C. sor-  
ditatus.—92 Both. delet dico.—93 Td dires in C. additur præcedent versui  
et vs. 94. incipit Annumeravit. Ita quoque Lgg. Pll. sex, B. 1. 2. Hl. 1. 2.  
Ven. 1. Bon. et sic edidit Both.—95 B. 1. tu quoque, si, &c. C. percontatus.—  
96 Pll. 1. 3. 4. 5. 6. B. 1. Hl. 1. quod nunc fers; C. nunc quod id fers; Pl. 2.  
qui nunc fers; Lgg. quod id fers; al. ap. Pareum, nunc quo id fers.

#### NOTÆ

88 *Lupus est homo homini*] Seneca: sine addito est, significat ‘talentum parvum:’ quoties ‘magnum talentum’ dicitur, valet mille trecentas duodecim libras nostras cum decem assibus.

93 *Talentum argenti*] Mille quin-  
quaginta libras. Quoties *talentum*

## ACTUS TERTII SCENA PRIMA.

CLEÆRETA, PHILENIUM.

- CL. Nequeon' ego te interdictis facere mansuetam meis ?  
 An ita tu es animata, ut qui expers matris imperii sies ?  
 PH. Ubi piem Pietatem, si isto more moratam tibi  
 Postulem placere, mater, mihi quo pacto præcipis ?  
 CL. An decorum est adversari meis te præceptis ? PH.  
 quid est ? 5  
 CL. Hoccine est pietatem colere, matris imperium mi-  
 nuere ?  
 PH. Neque quæ recte faciunt culpo ; neque quæ delin-  
 quunt amo.  
 CL. Satis dicacula es amatrix. PH. mater, is quæstu'st  
 mihi :  
 Lingua poscit, corpus quærit, animus orat, res monet.

CLE. An non possum ego te mansuete facere meis retitis ? An es tu sic affecta, utpote  
 quæ sis immunis a regimine materno ? PH. Quomodo propitiam habeam Pietatem,  
 si orem eam ut tibi grata sim informata istis moribus, qua ratione mihi imperas ?  
 CLE. Decetne te repugnare meis mandatis ? PH. In quo repugno ? CLE. Hocne est  
 venerari pietatem, labefactare auctoritatem maternam ? PH. Neque condemnio ea  
 que matres recte faciunt, neque approbo que male. CLE. Es amatrix satis ver-  
 bosa. PH. Mater, in eo positus est meus quæstus, lingua postulat, corpus quærit,

\*\*\*\*\*

1 Nequeon' te interdictis mansuetam facere Lgg. ted interdictis Parei 2. τὸ δ  
 non est in codd.—2 Lgg. C. Pll. B. 1. 2. Ven. 1. Bon. matris expers. Jo.  
 Brant. al. ap. Pareum, et Both. 1. 2. imperiis.—3 Ven. 1. 2. morata tibi.—  
 5 Lgg. adversari ; et mox edd. quædam vett. pro quid est, habent quidem.—  
 8 B. 1. est quæstus mihi ; Hl. 1. Ven. quæstus mihi est ; Bon. mater es :

## NOTÆ

1 *Facere mansuetam*] ‘Mansuetam’ est Deam Pietatem placare :  
 cere,’ ‘domare,’ ‘cicurare,’ metapho-  
 ra duncta a feris animalibus, quæ arte  
 feritatem dediscunt. Est vox Cleæ-  
 retæ lenæ, Phileniū meretricem in-  
 crepantib; quod tam parum profec-  
 rit in meretriciis fraudibus condis-  
 cendis.

2 *Ut qui expers*] Id est, ut quæ.

3 *Piem Pietatem*] ‘Piare Pieta-

tem,’ est Deam Pietatem placare :  
 Pietatem vero offensam pntat Phile-  
 niū, si Argyrippo amatori suo ini-  
 quior fuerit et durior.

7 *Neque quæ delinquent*] Id est, pa-  
 rentes. Phileniū non esse obtem-  
 perandnm parentibus minime recta  
 præcipientibus dicit.

8 *Dicacula*] Donatus : ‘Dicaces  
 dicti, qui salibus jocosis maledicunt.’

**CL.** Ego te volui castigare, tu mi accusatrix ades. 10

**PH.** Neque edepol te accuso, neque id me facere fas existumo.

Verum ego meas queror fortunas, quom illo quem amo prohibebar.

**CL.** Ergo una pars orationis de die dabitur mihi.

**PH.** Et meam partem loquendi, et tuam trado tibi.

Ad loquendum, atque ad tacendum tute habeas portisculum. 15

Quin pol si reposivi remum, sola ego in casteria

Ubi quiesco, omnis familiæ causa consistit tibi.

**CL.** Quid ais tu, quam ego unam vidi mulierem audacissimum ?

Quoties te vetui Argyrippum filium Demæneti

Compellare aut contrectare, colloquive aut contui? 20

Quid dedit ? quid deportari jussit ad nos ? an tu tibi

*mens rogat, occasio invitat.* **CLE.** *Ego te rolebam corrigere, tume accusas.* **PH.** *Per ædem Pollucis neque te accuso, neque puto æquum esse me exequi quod jubes, sed doleo meam vicem, quando prohibebar ejus consuetudine quem depereo.* **CLE.** *Igitur mihi relinquetur unus locus dicendi in die.* **PH.** *Tibi cedo meas partes in loquendo, et tuas. Tu habeas stimulum et principatum ad loquendum et ad sitendum. Sane si deposituro et ego remum, sola in casteria quievero ; omnes rationes domesticæ fluere desinent.* **CLE.** *Quid ais tu ? quam ego semper nori unam fæminam audaciæ singularis ? Quoties prohibui ne vociture, aut apprehenderes, aut confabulareris, aut aspiceres Argyrippum filium Demæneti ? Quid donavit ? Quid mandavit ad nos*

-----

*questus mihi est.* —9 Both. e conj. Acidalii, *animus hortat.* —10 B. 1. *velim.* C. B. 1. 2. Hl. Pl. sex. Ven. 1. *tu mihi.* —11 B. 1. Pl. 3. 6. *neque me id.* Al. ap. Lang. *neque fas esse id me facere existimo.* —13 *Ergova pars C.* —15 Lgg. *partisculam.* —16 B. 1. 2. Hl. 1. Pl. 1. 3. 4. 5. 6. Ven. 1. Bon. Ald. Junt. al. *vett. reposui ; Pl. 2. C. Lgg. Parei 1. 2. et recentt. reposiri.* Quædam edd. *vett. in cisteriu.* —17 Both. 1. 2. *familia omnis causa ;* edd. quædam *vett. omnis familia cassa c. tibi, nt τὸ τιβι sit παρέλκον.* Pro tibi, Ald. in marg. *habet cibi.* —18 Hl. 1. *vidi ego unam ;* Ven. 1. *quam unam vidi ;* B. 1. *mulierem audacissimum vidi.* —19 *Quotiens B. 1. Hl. Ven. 1. Bon. te votui Parei 2. et*

#### NOTÆ

15 *Portisculus*] Nonius : ‘ Portisculus proprie est hortator remigum, id est, qui eandem pergulam tenet, quæ portisculus dicitur, in qua exercitum et exhortamenta moderatur.’ ‘ Portisculus’ est et stimulus quo urget remiges magister triremis, et ipse

magister triremis, quem nos vernaculo nostro, comite. Philenium Cleæretam portisculo crudeli comparat.

16 *Casteria*] Nonius : ‘ Casteria, locus ubi cum navigatio conquiescit, remi et gubernacula conquiescunt.’

Verba blanda esse aurum rere? dicta docta pro datis?  
 Ultro amas, ultro expetessis, ultro ad te arcessi jubes.  
 Illos qui dant, eos derides: qui deludunt, deperis.  
 An te id expectare oportet, si quis promittat tibi,      25  
 Te facturum divitem, si moriatur mater sua?  
 Ecastor nobis periculum magnum et familie portenditur,  
 Dum ejus expectamus mortem, ne nos moriamur fame.  
 Nunc adeo nisi mihi huc argenti affert viginti minas,  
 Nae ille ecastor hinc trudetur largus lacrumarum foras. 30  
 Hic dies summu'st apud me inopiæ excusatio.  
**Ph.** Patiar, si cibo carere me jubeas, mater mea.  
**Cl.** Non voto ted amare, qui dant, qua amentur gratia.  
**Ph.** Quid si hic animus occupatu'st, mater, quid faciam?  
 mone. **Cl.** hem!  
 Meum caput contemples, siquidem ex re consultas tua. 35  
**Ph.** Etiam opilio, qui pascit, mater, alienas oves,  
 Aliquam habet peculiarem, qui spem soletur suam.

*afferri? An tu existimas orationem suavem pro auro mero esse accipiendo, sermonem accuratum pro muneribus? Ultro diligis, ultro prosequeris, imperas ultro ut ad te veniat, illudis illis qui afferunt munera, perdite amas qui irrident. Si quis tibi pollicetur se facturum te locupletem, si sua mater intereat, an juvat te id operiri? Per aedem Castoris ingens periculum nobis impendet et familie, ne nos dispereamus inopia, dum optamus ejus exitium. Itaque nisi Argyrippus mihi numeret viginti minas argenti, per aedem Castoris ille prodigus lacrymis solis excludetur hinc foras. Perinde saevo excusationem paupertatis, atque diem supremum. Ph. Mea mater, si mandes me privari cibo, fero. Cle. Minime prohibeo te amare eos qui porrigit ea quorum causa diligentur. Phi. Quid si mens irretita est, mater? quid moliar? doce. Cle. Hem! aspice meum caput: sane agitur de tua re. Phi. Custos ovium etiam, ô mater, qui ducit gregem non suum, habet quandam ovem propriam qua*

\*\*\*\*\*

sic C. a m. pr. *Argyrippun Lgg.—20 B. I. contractare.—22 Hl. aurum esse.—23 Pl. 5. expetisci; C. expetescis. Hl. 1. C. Pl. sex, Ven. 1. Bon. al. accer-  
 si.—24 Scal. Illi qui dant. C. Pl. B. 1. 2. Hl. Bon. qui deludunt dederis.—  
 25 An ted expectare Lgg.—26 B. 1. Hl. 1. C. Pl. sex, Ven. 1. Bon. moritur.  
 C. Ven. 1. Bon. mater tua.—27 Ecastor periculum magnum familie portenditur  
 Both. 1. 2.—28 Demeneti si expectanus Ms. Fris. B. 1. 2. Hl. 1. Ven. 1. Bon.  
 —30 Ne C. largos C. largus sex Pl.—31 Pl. sex, B. 1. 2. Hl. 1. Ven. 1.  
 Bon. summae est. Voc. upud me desunt in aliquot Pl.—32 B. 1. C. Pl. 2. 5.  
 6. me jubes; Hl. 1. jubes me; Pl. 1. 3. 4. me jubeas.—33 Non voto ted C.  
 Non voto te Hl. 1. B. 1. queque a. gratia edd. quædam vett.—34 Lgg. occu-*

#### NOTÆ

**37 Peculiarem]** Varro: ‘Peculato- milias sunt in peculio.’  
 riæ oves sunt quæ servis aut filiis fa-

Sine me amare unum Argyrippum, animi causa, quem volo.  
**CL.** Intro abi: nam te quidem edepol nihil est impudentius.

**PH.** Audientem dicto, mater, produxisti filiam. 40

*pascut suam expectationem. Patere me diligere solum Argyrippum, quem amem animi gratia. CLE. Ingredere domum: nam per ædem Pollucis nihil est tam profligati pudoris quam tu. PHI. Mater, habes filiam obsequentem.*

---

*patust quid, mater.—36 C. a m. sec. o mater. B. 1. alienas oris.—38 Agyrippum Lgg.*

#### NOTÆ

40 *Produxisti*] Matris est ‘produ-  
cere,’ seu ‘procreare ;’ lenæ est  
‘producere,’ seu ‘prostituere.’ Jo-

cus Plautinus, in amphibologia po-  
situs.

### ACTUS TERTII SCENA SECUNDA.

LEONIDA, LIBANUS.

**LE.** **PERFIDIÆ** laudes gratiasque habemus merito magnas,  
 Cum nostris sycophantiis, dolis, astutiisque,  
 Scapularum confidentia, virtute ulmorum freti,  
 Qui advorsum stimulus, laminas, crucesque, compedesque,

**LE.** *Euge, debellavimus legiones, copias, et exercitus paedagogorum nostrorum Artemonæ, Sanreæ, et lorariorum crudelissimorum, qui norunt tam bene nostrum tergum, ut qui toties oneraverunt nostros humeros plagis; nixi nostris fraudibus,*

---

1 Edd. quædam vett. *merito Diis.*—3 Pl. 6. et Pl. 1. pro v. l. *ulnarum;* Lamib. *humero*rūm; al. *armorum.*—4 *Adrostium*, omisso *Qui*, edd. quædam

#### NOTÆ

1 *Perfidiae laudes*] ‘Ἀνακόλουθον de industria factum, ut exprimat affectum servi lætitia exultantis, quod Mercatore luso subduxerit viginti minas Saureæ. Sed ea est natura lætitiae, et aliis enjusvis mentis affectus, ut quamvis in perturbata oratione errmpat, tamen attentius inspicienti apparent nexus orationis

aut latentes, aut expressi ; id interpretationis est exequi.

3 *Virtute ulmorum*] Quasi dicat, ‘fiducia humerorum ulmis parta,’ sen ‘ulmorum virtute.’ Induratis enim humeris nata erat fiducia ad perferenda verbera, si fraus detegretur. Alii, *virtute humerorum*; alii, *virtute armorum*, ab ‘armis.’

Nervos, catenas, carceres, numellas, pedicas, boias, 5  
 Indoctoresque acerrimos, gnarosque nostri tergi,  
 Qui saepe ante in nostras scapulas cicatrices indiderunt :  
 Eae nunc legiones, copiae, exercitusque eorum,  
 Vi, pugnando, perjuriis nostris, euge, potiti.  
 Id virtute hujus collegae, meaque comitate 10  
 Factum est. *Ll.* qui me vir fortior est ad sufferendas  
 plagas ?  
**Le.** Edepol virtutes qui tuas nunc possit collaudare,  
 Sicut ego possim, quae domi duellique male fecisti.  
 Nae illa edepol pro merito nunc tuo memorari multa pos-  
 sunt.  
 Ubi fidentem fraudaveris, ubi hero infidelis fueris, 15  
 Ubi verbis conceptis sciens libenter perjuraris,  
 Ubi parietes perfoderis, in furto ubi sis prehensus,  
 Ubi saepe causam dixeris pendens adversus octo  
 Astutos, audacis viros, valentes virgatores.

*versutiis, technis, perjuriis, fiduciaque humerorum induratorum verberibus dimicavimus fortiter contra virgas, laminationes, cruces, compedes, nervos, catenas, carceres, numellas, pedicas, boias. Illud autem gestum est fortitudine hujus socii, meaque urbanitate. *Ll.* Quis est constantior me ad toleranda verbera? *Le.* Per adem Pollucis, qui vuleat iam celebrare tuas virtutes, sicut ego possim, et quae male fecisti in pace et bello. Per adem Pollucis possunt nunc enumerari illa pro tuo merito, vide licet ubi sefelleris confidentem tibi, ubi violuvcris fidem datum hero, ubi pejeraris sciens verbis solemibus ultro, ubi perfoderis parietes, ubi sis interceptus in latrocinio, ubi saepius defenderis causam pendens contra octo viros cullidos, audaces, ro-*

vett. laminationes Lgg. C. crosses compedesque B. 1.—6 *Indoctores acerrimos* B. 1. Hl. 1. *Tortoresque* Bon. *Intortoresque* Lgg. *Inductoresque*, vel *In doctoresque*, vel *Incluctores* al.—8 *Hæ ne nunc* Pl. 1. 2. 6. *Hæ nunc nunc* Pl. 4. *Hæ nunc cum* Pl. 5. *Pro eorum*, C. Pll. *forum*; al. *furum*; al. *fuerunt*, et *mutant*, *Eas nunc*. Both. legit: *Eas nunc legiones copias exercitusque, forum Vi, &c.*—11 *Factust* Lgg.—12 B. 1. Pll. sex, Ven. 1. aliaque quædam edd. possis.—13 *S. e. possim* Lgg. B. 1. *quæ domi duelli quæ Ven. 1. Bon.*—14 Both. *merito tuo, deleto nunc.*—16 B. 1. *lubentior perjuraveris;* Lgg. *l. pejuraris.*—17 *U. p. perforaveris* Lgg.—18 B. 1. *duxeris.*—19 *Astutus* Lgg. *audaces v. valentis* B. 1. Hl. 1. al. *pro audacis, habent artitos, vel artatos, vel limaces.* Ven. 1. Bon.

## NOTÆ

6 *Indoctores*] Præceptores moros ae piagosos strenuos virgatores notat, et sub eorum nomine lorarios, quorum erat heri imperio et judicio in facinorosos servos et mastigias animadvertere. Alii *indoctores*: alii *in-* ductores, fietum a Plauto vocabulum ἀπὸ τοῦ κλωγμοῦ, a strepitu virgarum.

9 *Potiti*] Passive, id est, in potestatem venerunt: quasi dicat, ‘potiti sunt a nobis exercitus.’

19 *Astutus*] Alii *artitos*. Festus,

LI. Fateor profecto ut prædicas, Leonida, esse vera. 20  
 Verum edepol næ etiam tua quoque malefacta iterari multa  
 Et vero possunt : ubi sciens fideli infidus fueris :  
 Ubi prehensus in furto sies, et manifesto verberatus :  
 Ubi perjuraris : ubi sacro manus sis admolitus :  
 Ubi heris damno, molestiæ, et dedecori sæpe fueris : 25  
 Ubi creditum tibi quod sit, tibi datum esse pernagaris :  
 Ubi amicæ, quam amico tuo, fueris magis fidelis :  
 Ubi sæpe ad languorem tua duritia dederis octo  
 Validos lictores, ulmeis affectos lentis virgis.  
 Num male relata est gratia ? ut collegam collaudavi ! 30  
 LE. Ut meque teque maxume atque ingenio nostro decuit.  
 LI. Jam omitte ista, atque hoc quod rogo responde. LE.  
     rogita quod vis.  
 LI. Argenti viginti minas habesne ? LE. hariolare.  
 Edepol senem Demænetum lepidum fuisse nobis.  
 Ut assimulabat Sauream med esse, quain facete ! 35

*bustos, lorarios.* LI. *Confiteor sane, Leonida, esse vera que narras, verum possunt etiam commemorari, et vere complura tua crima, ubi sciens fueris infidus fido, ubi sis deprehensus in furto, et publice vergis subjectus, ubi pejeraveris, ubi admoveris manum sacræ, ubi fueris sæpius detimento, molestiæ et pudori dominis, ubi pernegaveris tibi esse commissum quod sit tibi datum, ubi fueris magis fidus amicæ quam tuo amico, ubi reddideris duritiam tergi languidos persæpe octo strenuos virgatores armatos vergis ulmeis flexilibus.* *An male retuli gratiam? quam apposite prædicavi collegam!* LE. *Sicut decet maxime meque teque, atque nostros mores.*  
 LI. *Nunc prætermitte hæc, et responde his quæ postulo.* LE. *Postula quæ volueris.*  
 LI. *Habesne viginti minas argenti?* LE. *Divinas.* *Per eadem Pollucis senem Demænetum nobis fuisse facetum? quomodo fingebat me esse Sauream! quam festive!*



*jurgatores.*—21 Pll. 1. 2. 3. 4. 6. C. B. 1. 2. Hl. 1. Ven. 1. Bon. ni etiam. Lgg. *tua facta.*—23 *Ubi prensus Lgg.* *Ubi prænsus C. furto scies Ven. 1. et deesi in Both. 1. 2.*—24 *Ubi pejuraris Lgg.*—25 *Ubi eris B. 1. C.*—26 *Ubi creditum, quod sit tibi datum Lgg.* *Ubi c. quod sit datum tibi B. 1. Hl. 1. Pll. 3. 4.* *Ubi c. quod tibi sit datum Pll. 1. 2. 6.* *Ubi c. quod sit tibi esse pernagaris Pl. 5.*—27 Lgg. *amico fueris, omissa pronominis.*—28 Hl. 1. *langorem. C. duricia.*—29 Bos. *affectus, i. e. cæsus; sed omnes codd. servant affectos.*—30 Hl. 1. B. 1. Ven. 1. Bon. *omittunt ut.*—32 G. H. B. 1. Both. 1. 2. *quiditis.*—35 Hl.

#### NOTÆ

‘artibus instructus.’ ‘Ars’ primum cursu, saltu, ‘Artiti’ igitur ‘virgato-significavit robur corporis, quod in res’ sunt robusti, arte cædendi in-artibus seu artibus situm est, et ostendebatur in cestu, pugna, pugilatu, structissimi.

Nimis ægre risum continui, ubi hospitem inclamavit,  
Quod se absente mihi fidem habere noluisset.  
Ut memoriter me Sauream vocabat atriensem !

**Li.** Manedum. **Le.** quid est ? **Li.** Philenium est ne hæc  
quæ intus exit ?

Atque Argyrippus una. **Le.** opprime os : is est : etiam  
subauscultemus. 40

Lacrumantem lacinia tenet lacrumans : quidnam esse di-  
cam ?

Tacite auscultemus. **Li.** attate ! modo hercle in mentem  
venit.

Nimis vellem habere perticam. **Le.** quoi rei ? **Li.** qui  
verberarem

Asinos, si forte occuperint clamare hinc ex crumina.

*ubi increparit hospitem quod renuisset mihi credere se absente, nimis ægre tenui-  
risum. Quomodo me appellabat memoriter Sauream atriensem ! Li. Manedum.  
Le. Quid est ? Li. Estne hæc Philenium quæ domo exit cum Argyrippo ? Le.  
Contine linguam : is est : subauscultemus. Lugens hæret lugenti lacinia. Quid  
est quod luget ? Audiamus taciti. Li. Attate ! Per Herculem id venit jam in  
animum : utinam haberem perticam ! Le. Cur ? Li. Ut pulsarem asinos, si forte  
cœperint rudere in crumena.*

\*\*\*\*\*

1. C. Pll. 3. 4. 5. *me esse* ; Pll. 1. 2. 6. *quam facete me esse* ; Pll. 3. 4. 5. *quem  
facete* ; Ven. 1. *quam facere*.—36 *Nimis æ. r. contini* Both. ex antiquis edd.  
*Ægre nimis* edd. quædam ante Lang. *ubi ospitem* Lgg.—37 *Quod sese Reiz. et  
Both. 1. 2. Q. se habente* Hl. 1. *voluisset* B. 1. *noluisset tamen Parei 2. et al.  
vett.*—40 *Grut. Suspic. III. 7. et Both. 1. 2. exit, atque Unu Argyrippus?*  
**Le.** *Opprime os ! est : clam subauscultemus.* Lgg. *Atque Argyrippus.* C. Pll. sex,  
*os opprime.* Mox, etiam deest in Pll. sex, C. B. 1. 2. Ven. 1. Bon.—41 B. 1.  
in marg. *lacruma terit lacrumas.* Edd. quædam vett. *quid id nam.*—42 Boxh.  
*Tace tu.* B. 1. 2. Hl. 1. Ven. Bon. *at at* ; Pll. Lgg. *at at modo* ; edd. vett. *at at*  
*enim hercle.*—43 C. *quo cui rei ?* Pl. 1. *quo reii ?* Pll. 2. 3. 4. 5. 6. *cui rei ?*  
Lgg. *quo verberarem.*—44 B. 1. 2. Hl. 1. Pl. 6. *ex crumena* ; Pl. 2. *excrumina-*  
*minam.*

#### NOTÆ

38 *Memoriter*] Id est, meditate, et pars insignis togæ.  
non ex tempore et tumultuarie. 44 *Asinos*] Metonymia rei pro pre-  
41 *Lacinia*] Est vestis angulus, et tio.

## ACTUS TERTII SCENA TERTIA.

ARGYRIPPUŚ, PHILENIUM, LIBANUS, LEONIDA.

- AR. CUR me retentas ? Ph. quia tui amans abeuntis egeo.  
 AR. Vale. Ph. aliquanto amplius valerem, si hic maneres.  
 AR. Salve. Ph. salvere me jubes, quoi tu abiens affers morbum.  
 AR. Mater supremum mihi tua dixit, domum ire jussit.  
 Ph. Acerbum funus filiae faciet, si te carendum est. 5  
 Li. Homo hercle hinc exclusu'st foras. Le. ita res est.  
 AR. mitte quæso.  
 Ph. Quo nunc abis ? quin tu hic manes ? AR. nox si voles manebo.  
 Li. Audin' hunc ? opera ut largus est nocturna ? nunc enim est

ARG. Quare me retines modo ? Ph. Quoniam amans indigeo, te proficiscente. ARG. Valeas. Ph. Si non abires hinc, valerem aliquanto melius. ARG. Salve. Ph. Optus me salvam cui tu discessu arcessus agravitudinem. ARG. Tua mater mihi renuntiavit ultimum vale. Imperavit ut irem domum. Ph. Indicit nata exequias acerbas, si oportet privari te. Lib. Per Herculem homo ejactus est foras. Le. Ita se res habet. ARG. Dimitte rogo. Ph. Quo proficisceris jam ? Quid tu non manes hic ? ARG. Nocte si cupias, manebo. Lib. Intelligisne tu hunc ? Videsne quam sit profusus laboris nocturni ? nam hic est occupatus nunc de die ; nimirum est

\*\*\*\*\*

1 Cur me retentas nunc edd. vett. τὸ δὲ νῦν ἀβέστι απὸ ὄmnibꝫς κόδδ. —2. 3 Hi versus transpositi sunt in Hi. 1. ah quanto amplius Grut. valerem si hic Lgg. abies offers Bon. abiens offers Lgg. C. Pl. 3. effers Pl. 4. Pal. vero sextus tertium versum omisit.—4 Hi. 1. tua mihi.—5 Bon. facit.—6 Lamb. extrusu'st; Bon. hic exclusus est.—7 Quo oho quin, &c. Lgg. Quomodo B. 1. mane B. 1. mox si B. 1. C. Pl. Ven. 1. Bon.—8 Audin' tu hunc Parei 2. et al. vett. mox in iisdem, nunc enim hic est. Pronomina tu et hic desunt in omnibus codd.—9 Solon

## NOTÆ

4 Supremum] Cadavere in cineres redacto in funeribus Romanorum, et ceteris peractis, præfica alta voce in-clamatbat, 'I, licet.' Virgilius vocat illud 'I, licet,' 'novissima verba :' 'Lustravitque viros, dixitque novissima verba.' Ad vocem illam, 'I, licet,' omnes qui comitati fuerant fu-

nus, respondebant contenta voce, 'Vale : et vocabatur illud 'vale supremum.' Virgilius : 'Condimus et magna supremum voce ciemus.' Supremum igitur significat, 'supremum vale :' unde quadrat quod reponit Philenum, 'faciet filiae funus.'

7 Nox manebo] Nocte, aut noctu.

Negotiosus interdius: videlicet Solonem,  
 Leges ut conscribat, quibus se populus teneat: gerræ. 10  
 Qui sese parere apparent hujus legibus, profecto  
 Nunquam bonæ frugi sient, dies noctesque potent.  
**LE.** Næ iste hercle ab ista non pedem discedat, si licescit,  
 Qui nunc festinat, atque ab hac minatur sese abire.  
**LI.** Sermoni jam finem face tuo: hujus sermonem acci-  
 piam. 15  
**AR.** Vale. **PH.** quo properas? **AR.** bene vale: apud  
 Orcum te videobo. ♦  
 Nam euidem me, jam quantum potest, a vita abjudicabo.  
**PH.** Cur tu obsecro immerito meo me morti dedere optas?  
**AR.** Ego te? quam si intellegam deficere vita, jam ipse  
 Vitam meam tibi largiar, et de mea ad tuam addam. 20  
**PH.** Cur ergo minitaris tibi te vitam esse amissurum?  
 Nam quid me facturam putas, si istuc quod dicis, faxis?

alter Solon, ut componat leges quibus plebs obtemperet. *Nugæ: qui sese accingant ad obsequendum placitis ejus, hi fuerint nunquam bonæ frugis, pergræcentur diebus et noctibus.* **LE.** Certe hic non recedat ab hac vel pedem, si dimittatur, qui properat jam, et minitur sese discedere ab illa. **LIB.** Fac jam finem tuæ orationi: hujus verba recipiam. **ARG.** Vale. **PII.** Quo pergis? **ARG.** Bene vale: te videobo in inferis: etenim ego me sejungam jam a vita studio, quantum in me erit. **PHI.** Quare, amabo, cupis tu me immeritare dedere morti? **ARG.** Ego te morti dedam? immo si videam carere luce, jam ipse tibi impertiar meam vitam, et adjicium tuæ de mea. **PHI.** Quare ergo minitaris te tibi erupturam esse vitam? Quidnam arbitraris me acturam, si egeris



*est B. 1. 2. HI. 1. PII. 1. 4. 5. 6. Ven. 1. Bon.—10 Pro gerræ, nonnulli codd. ap. Pareum, gerere.—13 Ne iste C. Bon.—15 Edd. quædam vett. hujus s. accupem; codd. vero omnes accipiam.—16 Parei 2. et al. vett. quo nunc properas? contra omnes codd. apud horcum Ven. 1. Bon. apud orchum C. PII. 1. 2. 3. quo properas? orcum Lgg.—17 Nam e. jam me B. 1. potes edd. vett.—19 HI. 1. intelligo; Bon. intelligam.—22 Nam quid de me HI. 1. facturum edd.*

## NOTÆ

9 *Solonem*] Solon legislator Atheniensis et suis legibus et sua ipsius gravitate nobilis. Ironia est, quando cum eo confertur Argyrippus insignis adolescens levitatis.

10 *Gerræ*] Id est, *nugæ*. Unde, ‘gerrones,’ ‘congerrones.’ Proprie sunt illæ crates quas pedibus suis supponunt qui ædificant domos, et quorum altius e terra surgit opus.

*Delph. et Var. Clas.*

*Plaut.*

Quæ crates, quoniam pellicidæ sunt et transmittunt facile aciem oculorum, inde sermones futile, in quibus est nihil ferme solidi ac gravis, gerræ vocantur.

17 *Abjudicabo*] Id est, separabo. Translatio a judicium sententiis, qui reos a vita abjudicant, id est, e vita ejiciendos judicant, et morti adjicent.

**O**

Mihi certum est, efficere in me omnia eadem quæ tu in te  
faxis.

**AR.** O melle dulci dulcior mihi tu es. **PH.** certe enim tu  
vita es

Mihi: complectere. **AR.** facio lubens. **PH.** utinam sic  
efferamur ! 25

**LE.** O Libane, ut miser est homo qui amat! **LI.** immo  
hercle vero,

Qui pendet, multo est miserior. **LE.** scio, qui periculum  
feci.

Ciscumsistamus: alter hinc, hinc alter appellemus.

**LI.** Here, salve : sed num fumus est hæc mulier, quam  
amplexare ?

**AR.** Qui dum? **LI.** quia oculi sunt tibi lacrymantes, eo  
rogavi. 30

**AR.** Patronus qui vobis fuit futurus, perdidistis.

**LI.** Evidem hercle nullum perdidisti: ideo, quia nunquam  
ullum habui.

**LE.** Philenum, salve. **PH.** dabunt Di, quæ velitis, vobis.

**LI.** Noctem tuam et vini cadum velim, si optata fiant.

*id quod commoraras? Statui in animo committere eadem quæ tu commiseris in te.*  
**ARG.** O tu mihi es suavior melle suavissimo. **PHI.** Enimvero tu mihi es vita. Am-  
plexare. **ARG.** Facio lubens. **PHI.** Utinam ita seplianur! **LE.** O Libane, quam  
homo, qui amat, est infelix! **LIB.** Immo vero per Herculem qui pendet, est longe in-  
felicior. **LE.** Novi; nam expertus sum rem. Ambiamus! Unus hinc et alter il-  
tine vocenus. **LIB.** Here, salve. At numquid ista mulier quam amplecteris, est  
fumus? **ARG.** Quare? **LIB.** Ideo id rogari, quia tu habes oculos lacrymis ples-  
nos. **ARG.** Amisisti illum patronum quem vos eratis habituri. **LIB.** Ego per  
Herculem amisi neminem, quia nunquam habui illum. **LE.** Philenum, ave.  
**PHI.** Dii vobis donabunt quæ optatis. **LIB.** Si vota sint rata, cupiam dormire te-

\*\*\*\*\*

vett.—23 *Mihi certust* Lgg. *omnia tandem quæ* B. 1. Hl. 1. Ven. 1.—24 *O m. dulce*  
B. 1. 2. Hl. 1. certe nam tu Bon. vita es mihi B. 1. 2. Hl. 1. Ven. 1. Bon.—  
25 *Complectere* B. 1. 2. Hl. 1. Ven. 1. Bon.—26 *O Libane, Libane* ed. Grut.  
1612. ‘Hæc dictio in nullo Ms. neque Pll. neque Lgg. geminatur.’ Pareus.  
—28 *Circumstems* B. 1. 2.—29 B. 1. *funus est.*—30 B. 1. 2. Hl. 1. *tibi sunt.*  
B. 1. 2. Hl. 1. C. a m. pr. sex Pll. Ven. 1. *ego rogavi.*—32 Pll. 2. 3. 4. 5. 6.  
*illum hui;* edd. vett. *habuvi, vel habiti;* Pl. 1. C. *habui.*—33 Lgg. *salve, sed.*

#### NOTÆ

25 *Efferamur]* Pars funerum, pro totto apparatu: quasi dicat, ‘sic com- moriamur, sic efferamur, sic conda-

nur sepulcro.’ ‘Efferre’ antem ‘mortuum,’ erat, a limine domus ; ‘deferre’ ad sepulcrum.

AR. Verbum cave faxis, verbero. LI. tibi equidem, non mihi opto. 35

AR. Tum tu igitur loquere quod lubet. LI. hunc hercle verberare.

LE. Quisnam istuc aceredat tibi, cinæde calamistrate?

Tun' verberes, qui pro cibo habeas te verberari?

AR. Ut vestræ fortunæ meis præcedunt, Libane, longe, Qui hodie nunquam ad vesperum vivam! LI. quapropter quæso? 40

AR. Quia ego hanc amo, et hæc me amat: huic quod ego dem, nusquam quiequam est.

Hinc med amantem ex ædibus delegit hujus mater.

Argenti viginti minæ me ad mortem appulerunt,

*cum unam noctem, et cadum vini.* ARG. *Vide ne feceris verbum, flagrio.* LIB. *Ego profecto non opto mihi, sed tibi.* ARG. *Tum tu verba fac ergo quæ volcs.* LIB. *Per Herculem libet pulsare Leonidum.* LE. *Quis patiatur id, impudice, calamistrate?* Mene excipies, tu cui sunt pro cibo verbera? ARG. *Quam restrra sors longe præstat meæ, Libane, qui nullo modo vivam hodie ad vesperam!* LI. *Quare, anabo?* ARG. *Quia ego hanc depereo, et hæc me deperit, et nihil prorsus habeo quod ego huic offeram.* Hinc hujus mater me exclusit amantem domo: viginti minæ argenti



—36 C. ercle.—37 C. cinele. Ven. 1. Bon. tibi accredat.—38 Tum verberes Bon.—39 Ut nostræ B. 1. 2. HI. 1.—40 Hodie qui edd. vett. Qui hodie Lgg. C. Pll. HI. 1. B. 1. 2. Ven. 1. Bon. usque ad vesperum Ven. 1.—41 B. 1. 2. HI. Lgg. C. Pll. sex, Bon. *huic quod dem.* C. et Lgg. *nunquam.*—42 Hinc me clamantem B. 1. 2. Ven. 1. Pll. *Hinc me clamore ed.* Grut. *Hinc me amantem HI. 1. exegit Pl. 5. delegit B. 1. 2. HI. 1. C. Pll. 1. 2. 3. 4. 6. Ven. 1. Bon. deligit, vel abegit, vel dejicit al.*—43 Edd. quædam vett. *me modo ad mortem;*

#### NOTÆ

34 *Noctem tuam]* Propter affinitatem duarum syllabarum *le* et *li*, quibus incipiunt Leonidæ et Libani nomina, et quibus notantur eorum in hac fabula personæ, permutationem personarum a librariis irrepssisse putavero. Itaque hæc verba credidimus esse Leonidæ, non Libani, ut Leonidæ sunt hæc superiora vss. 33.

‘Philenium salve,’ quorum continua-  
tio esse videtur illud v. 34. ‘Noctem  
tuam.’ Nam subirascitur Leonidæ  
propter hæc verba Argyrippus. Leo-  
nida deprecatur a se invidiam teme-

rarii voti: Libanus officii ergo et de-  
merendi domini, minatur Leonidæ  
verbera, ita ut tamen jocando faciat  
quod animadvertisit Argyrippus, ut  
patet ex iis quæ subjicit idem Argy-  
rippus. Ut ut sit, parum interest  
utrum Libano an Leonidæ tribunas  
hæc verba, nisi ratio operis clamare  
videatur.

36 *Verberare]* Libet Leonidam pro-  
pter temerarium ejus votum, quo optat  
unam Philenii noctem, verberare.

42 *Ex ædibus delegit]* Pro ‘delega-  
vit,’ id est, ablegavit, ejecit.

Quas hodie adolescens Diabolus ipsi datus dixit:  
Ut hanc ne quoquam mitteret, nisi ad se hunc annum to-  
tum. 45

Videtin' viginti minæ quid pollut, quidve possunt?  
Ille, qui illas perdit, salvus est: ego, qui non perdo, pereo.  
Lit. Jam dedit argentum? Ar. non dedit. Lit. bono ani-  
mo es, ne formida.

Le. Secede huc: Libane, te volo. Lit. si quid vis. Ar.  
obsecro vos,

Eadem istac opera suavius est complexos fabulari. 50  
Lit. Non omnia eadem æque omnibus, here, suavia esse  
scito:

Vobis est suave amantibus complexos fabulari:  
Ego complexum hujus nihil moror. Le. meum autem  
haec aspernatur.

Proinde istud facias ipse, quod faciamus, nobis suades.

Ar. Ego vero, et quidem edepol lubens: interea, si vide-  
tur, 55

Concedite istuc. Le. vin' herum deludi? Lit. dignu'st  
sane.

Le. Vin' faciam ut me Philenum præsente hoc amplexe-  
tur?

*me adegerunt jam ad interitum, quas adolescens Diabolus affirmavit ipse se daturum  
esse hodie, ut non hanc mitteret ad quenquam nisi ad se toto hoc anno. Animadver-  
tisne quid valent et quid possunt viginti minæ? Ille qui illas amittit, est incolu-  
mis; ego, qui non amitto, intereo. Lit. Jam numerarit pecuniam? Arg. Non  
numeravit. Lit. Esto a quo animo; noli mctuere. Le. Secede huc, Libane, te volo  
huc. Lit. Dic si aliquid vis dicere. Arg. Projeto malum vos complexos confabu-  
lari, quam sic colloqui ut facitis. Lit. Disce, here, omnia eadem non esse omnibus  
perinde jucunda: vobis est jucundum, utpote amantibus, complexos loqui. Ego non  
euro complexum hujus. Le. Hæc vero Philenum contemnit meum. Itaque fac ipse id  
quod nobis suades. Arg. Ego vero facio, et quidem ultro. Interim, si placet, concedite  
huc. Le. Visne illudi hero? Lit. Meretur sane. Le. Visne ut efficiam ut Phile-*



Pll. sex, med ad mortem; C. me ad mortem.—44 Ven. 1. Bon. ipse. Lgg. Vatt.  
C. Pll. 2. 6. Pl. 1. a m. pr. et Pl. 3. a m. pr. ipsi datus; B. 1. Pll. 4. 5.  
Pl. 1. a m. sec. Pl. 3. a m. sec. ipsi daturum; al. ipso datus; vel, daturum  
ipsi se; vel, ipse se daturum.—45 C. a m. sec. nequoquam.—46 Pll. 1. 2. pol-  
lent q. possint.—47 Hic qui edd. quædam vett.—49 Lit. quid vis Pl. 1. Hl.  
1.—51 Hic versus abest ab omnibus Pll. et hic et sequens desunt in B. 1.  
Non eadem omnia Ven. 1. B. atque omnibus C. Ven. 1. Bon.—53 Hl. 1.  
aspernatur.—54 Proinde istuc B. 1. 2. Hl. 1. facias, nobis quod faciamus  
suades Lgg.—55 Ego v. equidem B. 1.—56 Pll. sex, C. et B. 1. dignum est.—

Li. Cupio hercle. LE. sequere hac. AR. ecquid est salutis? satis locuti.

LE. Auscultate, atque operam date, et mea dicta devorate. Primum omnium servos tuos nos esse non negamus: 60  
Sed si tibi viginti minæ argenti proferentur,  
Quo nos vocabis nomine? AR. libertos. LE. non patrones?

AR. Id potius. LE. viginti minæ hic insunt in crumina.  
Has ego, si vis, tibi dabo. AR. Di te servassint semper,  
Custos herilis, decus populi, thesaurus copiarum, 65  
Salus interioris hominis, amorisque imperator.

Hic pone, hic istam colloca cruminam in collo plane.

LE. Nolo ego te, qui herus sis mihi, onus istuc sustinere.

AR. Quin tu labore liberas te, atque istam imponis in me.

LE. Ego bajulabo: tu, ut decet dominum, ante me ito  
inanis. 70

nium me complectatur coram eo? LIB. Volo sane. LE. Seqvere me hac. ARG. Quæ spes est salutis? Satis rerborum. LE. Audite, et adhibete mentem, accipite aride mea verba. Primo, minime negamus nos esse tuos famulos. Sed si tibi ostendatur viginti minæ argenti, quo titulo nos ornabitis? ARG. Libertos salutabo. LE. Non patronos? ARG. Id satius. LE. Viginti minæ insunt hic in ista crumenam. Ego tibi has dabo, si cupis. ARG. Dii te servent semper: præsidium heri, ornamentum populi, thesaurus opum, salus humanæ ritæ, et arbitrus amoris. Depone hic, colloca hic plane istam crumenam in humeris. LE. Ego nolo te, utpote meum herum, ferre istud onus. ARG. Quare non tu te vendicas a labore, et imponis istam crumenam mihi? LE. Ego feram; tu, ut dignum est domino, i ante me sine onere. ARG.



58 Pll. 2. 3. 4. 6. equidem salutis satis eloquenti; B. 1. equidem salutis satis locuti; Pll. 1. 5. equidem est salutis? satis eloquenti; Hl. 1. Lgg. ccquid salutis satis locuti; Ven. 1. Bon. ecquid salutis locuti; edd. quædam vett. satis locuti jam? equid est salutis?—59 Oscultate Pl. 2. dato . . . devorato edd. vett. Auscultate . . . date . . . devorate C. Pll. 1. 3. 4. 5. 6. Hl. 1. B. 1. 2. Ven. 1. Bon.—61 Si tibi Pll. sex, B. 1. 2. Hl. 1. Sed tibi si C. a m. sec. Sed tibi argenti viginti minæ si proferentur Lgg.—62 B. 1. libertos num ne patronos.—63 B. 1. hic sunt in crumenam; Grnt. hic insunt in hac crumina.—65 C. et Parei 2. thesaurus.—66 S. i. corporis Pll. sex, B. 1. 2. Hl. 1. Ven. 1. Bon. et sic Longol.—67 Edd. quædam vett. cruminam colloca, contra omnes codd.—69 Lgg. libera, atque

#### NOTÆ

63 Crumina] Nonius: ‘ Bulga est pendere. folliculus omnis, quam et crumenam 70 Ego bajulabo] ‘ Bajulare’ est, Veteres appellavunt; et est sacculus ferre humeris: ‘ portare,’ quæ jumenta rachio dependens; unde ‘ crumena’ videtur dici ἀπὸ τοῦ κρεμᾶν,

to imponuntur.

AR. Quid nunc? quid est? quin tradis huc cruminam  
pressatum herum?

LE. Hanc, cui datus hanc, jube petere atque orare me-  
cum.

Nam istuc proclive est, quod jubes, me plane collocare.

PH. Da meus ocellus, mea rosa, mi anime, da mea vo-  
luptas,

Leonida, argentum mihi; ne nos dejunge amantis. 75

LE. Dic igitur me tuum passerculum, gallinam, coturnicem,  
Agnellum: hoedillum me tuum dic esse, vel vitellum:

Prehende auriculis, compara labella cum labellis.

AR. Ten' osculetur, verbero? LE. quam vero indignum  
visum est!

Atqui pol hodie non feres, ni genua confricantur, 80

AR. Quidvis egestas imperat: fricentur, da nunc quod oro.

*Quid nunc? Quid est? Quin das crumenam quæ premat huc herum? LE. Manda hanc cui hanc exhibitus postulare et exorare a me: etenim collum tuum est proclive, in quo mandas me collocare quasi in plano. PH. Da mihi pecuniam, mi ocellus; da, mea rosa; da, mi unime; da, mea voluptas, Leonida: ne nos disjunge amantes. LE. Dic ergo me tuum passerculum, gallinam, coturnicem, agnellum: apprehende auriculis, compone labra cum labris. ARG. Tene osculetur, mastigia? LE. Quam vero videtur indignum! Atqui per Pollucem non accipies hodie, nisi tenueris genua. ARG. Inopia cogit facere quid vis: teneantur: da jun quod rogo. PH.*

\*\*\*\*\*

*istam pone; ed. Grut. 1612. istam ponis in me.—70 Ven. 1. ante te.—71 B. 1. quin tradas hac crumenam impressatum herum; Hl. 1. quin tradis hac crumenam impressatum herum; Lgg. pressatum ære; C. pressatum erum; Pl. 1. crumina impressatum herum; Pl. 4. 5. crumina impressatum scenem; Pl. 3. hac crumina impressatum herum; al. cruminam ære prægnantem; vel, ære pressatum.—72 Istanc edd. quædam vett.—73 Ven. 1. quod jubes plane.—74 Da m. o. da mea Parei 2. et al. vett. mi anime, da mea in iisdem; mi anime, mea B. 1. 2. Hl. 1. C. Pl. Lgg. Ven. 1. Bon.—76 B. 1. coturnicem.—78 Prende auriculas B. 1. auriculas etiam Ven. 1. Bon. Hl. 1. labelli labellis Lgg.—79 B. 1. indignum visum est.—80 Atque pol B. 1. At pol non feres, quia genua confringantur Lgg. confringantur C. confricantur Pl. 1. confricentur Pl. 5. 6. et Pl. 3. a m. sec. confricantur Pl. 2. 3. 4.—81 Quid vis? Pl. 2. 5. dant quod C. dane quod*

#### NOTÆ

73 *Proclive*] Ostendit quam parum tutum sit dare pecuniam Argyrippo; nam quæ sunt in proclivi posita, vici- na sunt ruinæ.

78 *Prehende auriculis*] Solebant veteres enim quem carissimum habebant, auriculis apprehensis, deoscu- lari. Tibull. 'Oscula compressis au-

ribus eripiet.'

80 *Ni genua confricantur*] Moris erat, et est etiamnum, ut quorum animos flectere aggredenter, genibus provoluti, ipsi genua comprehendenter.

81 *Quidvis egestas imperat*] Horatius: 'Magnum pauperies oppro-

**PH.** Age, mi Leonida, obsecro fer amanti hero salutem.  
Redime istoc beneficio te ab hoc, et tibi eme hunc isto argento.

**LE.** Nimis bella es atque amabilis : et si hoc esset meum, hodie

Nunquam me orares quin darem : illum te orare melius' st. 85  
Illic hanc mihi servandam dedit : i sane, bella, belle.

Cape hoc sis, Libane. **AR.** furcifer, etiam me delusisti ?

**LE.** Nunquam hercle facerem, genua ni tam nequiter fricares.

Agesis tu in partem nunc jam hunc delude, atque amplexare hanc.

**LI.** Taceas, me spectes. **AR.** quin ad hunc, Philenum, aggredimur, 90

Virum quidem pol optumum, et non similem furis hujus.

**LI.** Inambulandum est : nunc mihi vicissim supplicabunt.

**AR.** Quæso hercle, Libane, sis herum tuis factis sospitari,  
Da mihi istas viginti minas : vides me amantem egere.

*Age, mi Leonida, amabo, fer opem domino amanti, redime te ab hoc isto pretio, et eme hunc ista pecunia. LE. Es admodum pulchra, et amore digna: et si hoc ad me pertineret, nunquam me rogares hodie quin concederem. Jam est conductibilis tibi te hunc rogare. Hic mihi hanc dedit custodiendam. Isane, pulchra pulchre. Accipe id, si vis, Libane. ARG. Furcifer, me delusisti etiam? LE. Per Herculem non facerem, nisi confricares adeo male genua. Age si vis tu, jam illude huic nunc tua vice, atque hanc complectere. LIB. Sile, me aspice. ARG. Aggrediamur hunc, Philenum, virum sane bonum, et non similem huic furi. LIB. Deambulandum est: jam te implebant mea vice. ARG. Rogo per Herculem, Libane, si vis salvum esse herum tuis factis, da mihi istas viginti minas: cernis me indigere*

\*\*\*\*\*

al. ap. Pareum.—83 C. beneficio. HI. istoc argento.—85 Nunquam morarem Pl. 4. B. 1. 2. HI. 1. N. remorarem Pl. 1. 2. Pl. 3. a m. see. Ven. 1. Bon. N. memorarem Pl. 3. N. morarer Pl. 5. N. remorares Pl. 6. N. meo rares C.—86 C. a m. pr. dedit, et sane ; et sic omnes Pl. B. 1. 2. HI. 1. Ven. 1. Bon. bella bellæ B. 1.—87 Cape hoc, hoc sis Lgg. et jam me Ven. 1. Bon.—89 Edd. quædam vett. hanc complexare.—90 Ven. 1. Bon. quin adluc; B. 1. quin ad huc.—93 Pl. 3. 5. scis erum; B. 1. scis herum; Pl. 1. sic herum; Pl. 6. hospitari sis; Pl. 4. sis erum; tñd sis deest in Pl. 2.—94 HI. 1. vides me amica ante mergere ; Pl. sex, Ven. 1. Bon. vides meam ante mergere ; C. vides mea ante me gere ; Pl. 1. a m. see. vides me mean ante mergere ; B. 1. vides me

#### NOTÆ

brium, jubet Quidvis et facere et valet septemdecim libras cum dimidiati; Virtutisque viam deserit arduæ.' dia: itaque viginti minæ sunt trecentæ quinquaginta libræ.

91 Viginti minas] Mina, seu mina,

LI. Videbitur, factum volo, redito huc conticinio. 95  
 Nunc istanc tantisper jube sis petere atque orare mecum.  
 PH. Amandone exorarier vis te, an osculando?  
 LI. Enimvero utrumque. PH. ego obsecro te, et tu utrumque nostrum serva.  
 AR. O Libane, mi patrone, mihi trade istuc. LI. magis decorum'st,  
 Libertum potius, quam patronum, onus in via portare. 100  
 PH. Mi Libane, ocellus aureus, donum decusque amoris,  
 Amabo, faciam quod voles, da istuc argentum nobis.  
 LI. Dic igitur me anaticulam, columbam, vel catellum,  
 Hirundinem, monedulam, passerculum, putillum.

*utpote amantem.* LIB. Deliberabitur, fiat. Reverttere huc cum noctescet. Jam manda si lubet ut ista paulisper a me petat et oret. PH. Placetne te rogari amando, an osculando? LIB. Immo vero utrumque. PH. Ego te rogo, et tu custodi utrumque nostrum. ARG. O Libane, mi patrone, trade mihi istud. LIB. Est aequius libertum bajulare onus in via, quam patronum. PH. O Libane, ocella pretiosae, munus ornamentiisque amoris, obsecro, faciam quod lubebit, da nobis istum pecuniam. LIB. Appella me ergo anaticulam, columbam, vel catellum, hirundinem,



ante mergere; edd. quædam vett. vides Mithram ante mergere.—95 B. I. fac-  
 tum nolo. Pll. 2. 3. 6. continuo; Lgg. conticino; C. conticinno; B. 1. 2. Hl. 1.  
 Pll. 1. 4. 5. conticinio.—96 Nunc istam nunc t. jubes Ven. 1. jubes petere C.  
 Pll. Lgg. B. 1. 2. Ven. 1. Bon. jube petere Hl. 1. atque o. meum Ven. 1.—97  
 Pro vis te, C. a m. pr. juste; edd. quædam vett. te ris. Pl. 3. an oscultando.—  
 98 Immo vero Hl. 1. B. 1. 2. Pll. 1. 2. 3. 5. 6. Ven. 1. Bon. Enimvero obsecro  
 et tu Lgg. Imo in numero utrumque Pl. 4. ergo obsecro C. Pll. sex; ego obsecro  
 et tu Hl. 1. B. 2. Ven. 1. Bon.—99 O Libane mihi Hl. 1. B. 1. 2. C. Pll. 1. 2.  
 3. 4; 6. Ven. 1. Bon.—101 O Libane Ven. 1. Bon. al. vett.—103 Dic i. mihi  
 te B. 1. Ven. 1. Dic ergo mihi tibi Hl. 1. aniticulam Pll. 3. 4. B. 1. aneticulam  
 C. a m. pr. ariticulam Pl. 5. aviculam Pl. 6. me tuam niticulam Lgg. tibi  
 aviculam al.—104 C. Pl. 4. Exc. Lgg. monerulam; C. a m. sec. Pll. 1. 2. 3.  
 5. 6. monedulam. Lgg. Hl. 1. B. 1. 2. Ven. 1. Bon. putillum passerculum.—105

## NOTÆ

95 *Conticinio*] ‘Conticinum,’ pri-  
 ma pars noctis, a silentio dictum.

104 *Monedulam*] In Neustria nos-  
 tra appellamus ‘cornicem clitella-  
 riā,’ une corneille bâtie; quia vide-  
 licet supra utramque alam est amplior  
 nota cinericia, similis clitellis. Olim  
 vocabant Gallice *chucas*.

*Putillum*] A ‘pntus’ aut ‘potus’  
 dicitur; unde Gallis *petit*. Est et  
 ‘pntus’ aut ‘potus’ a πόσθη, et πόσθος,  
*præputium*, pars illa corporis qua cen-

setur sexus uterque. A ‘pntus’ fit  
 ‘pntillus’ et ‘putilla,’ Gallis ‘mer-  
 trix juvenis.’ Arbitrati sunt nonnulli  
 ‘præputium’ dici a ‘præputando,’  
 quod præputaretur Judæis. Sed per-  
 eram, quia ‘præputium’ habet ‘pu-  
 longum, deinde Latinis fuit nomen  
 ‘præputii’ antequam notum esset  
 nomen Judæi. Igitur *præputium* est  
 προπόσθιον Græce, et Plantus nihil  
 aliud significat hoc loco quam ‘voca-  
 me tuum amatoreculum.’

Fac proserpentem bestiam me, duplicem ut habeam lingua,  
105

Circumdatoque me brachiis: meum collum circumplete.

**AR.** Ten' complectatur, carnufex? **Lt.** quam vero indignus videor!

Ne istuc nequicquam dixeris tam indignum dictum in me:  
Vehes pol hodic me, siquidem hoc argentum ferre speres.

**AR.** Ten' ego veham? **Lt.** tun' hoc feras argentum hinc  
aliter a me?

**AR.** Perii hercle! si verum quidem est decorum, herum  
vehere servom,

Inscende. **Lt.** sic isti solent superbi subdomari.

Asta igitur, ut consuetus es puer olim: scin' ut dicam?

Hem sic: abi: laudo: nec te equo magis est equus ullus  
sapiens.

**AR.** Inscende actatum. **Lt.** ego fecero: hem! quid istuc  
est? ut tu incedis!

115

monedulam, passerculum. *Du ut ego sim serpens, ut habeam duplice linguam, et me cinge lacertis: complectere meum collum.* ARG. Tene complectatur, furcifer?  
**Lt.** Quam vero videor indignus! *Tu ne miseris hoc verbum tam indignum in me impune.* Per Pollucem me portabis hodic, si tu speres hanc obtinere pecuniam.  
ARG. Tene portabo ego? **Lt.** Tunc obtinebis aliter a me hanc pecuniam? ARG.  
Nullus sum sane. *Si verum quidem est honestum ab hero portari servum, inscende.*  
**Lt.** Ita superbia horum hominum frangitur: asta ergo, ut solebas quandam cum  
puer eras. *Capisne quae dico? sic ambula: bene est.* Neque est ullus equus sa-  
pienter te equo. ARG. Inscende celeriter. **Lt.** Ego fecero: hem! quid istud

\*\*\*\*\*

*Fac proserpente Hl. 1. Fac eduplicem Lgg. bestiam e duplichen Pll. bestiam du-  
plicem Bon.—106 Circundatorque C. a m. pr. Circundatoque brachiis Lgg. Cir-  
cundato me Hl. 1. circumplete Hl. 1. B. 1. 2.—108 C. Lgg. nequicquam;  
Grut. an. 1612. necquicquam. Haec dixeris tam indignum desunt in Lgg. dic-  
tum tu in me edd. qnaedam vett.—110 Tum hoc feras B. 1. argentum aliter Lgg.  
B. 1. 2. Hl. 1. Ven. 1. Bon.—111 Peri Ven. 1. Perii jam illice homo meas hic  
lumbos flocco habebit. Hercle, si, &c. Parei 2. e cod. Augerii Busqnebii. Pro  
flocco habebit, al. defloccabit. B. 1. 2. Hl. 1. est quidem; Parei codd. si verum  
quidem decorum; al. verum si quidem est erum. B. 1. 2. Hl. 1. servom.—112 Pll.  
sex, C. Hl. 1. B. 1. 2. Ven. 1. 2. Bon. sic istuc. Lgg. edomari.—113 Lgg.  
stabim' ut dico.—114 Pll. sex, Hem sic age. Pl. 1. te est equ magis. Pl. 3. magis  
es equus.—115 B. 1. Ascende. B. 1. Pll. 3. 6. ut tu idem is; Pll. 1. 2. 4. 5. ut  
tu inde is; Pll. 3. 6. ut tu vide, a m. sec. vide is Ven. 1. ut tumide, vel tumide*

#### NOTÆ

105 *Fac proserpentem bestiam]* Est latet in his verbis virus turpissimæ insignis obscoenitas in his et sequen- libidinis ipso serpentino veneno ju-  
tibus verbis: cum enim optat habere ventuti fnesius. Aristoteles 'du-  
uplicem linguam, instar serpentis, plicem linguam' tribuit serpentibus,

Demam hercle jam de ordeo, tolutim ni badizas !

AR. Amabo, Libane, jam sat est. LI. nunquam hercle  
hodie exorabis.

Nam jam calcari quadrupedem agitabo advorsum clivum,  
Postea ad pistores dabo, ut ibi cruciere currens.

Asta, ut descendam nunc jam in proclivi, quanquam ne-  
quam es. 120

AR. Quid nunc ? quoniam ambo, ut est libitum, nos *ambo*  
delusistis,

Datisne argentum ? LI. siquidem mihi statuam et aram  
statuis,

Atque ut Deo mihi hic immolas bovem : nam ego tibi Sa-  
lus sum.

LE. Etiam tu, here, istunc amoves abs te, atque ipse me  
aggredire ?

Atque illa sibi quæ hic jusserat, mihi statuis, supplicas-  
que ? 125

est ? Quomodo ambulas ? Sane modo de tuo aufcram hordeo, nisi procedas sublati  
ad numerum pedibus. ARG. Obsecro, Libane, jam satis est. LIB. Per Herculem  
non id consequeris hodie : ctenim jam compellendus est mihi quadrupes admoto cal-  
cari adverso clivo, deinde tradam ducendum ad pistrinum, ut rexeris ibi currendo.  
*Stu* ut pedem ponam nunc jam in prono : tametsi es improbus. ARG. Quid nunc ?  
Quoniam nobis ambobus illusistis ad libitum, præbetis pecuniam ? LIB. Dabo, si  
mihi erigitis imaginem et altare, et mihi mactatis bovem, ut numini : nam ego sum  
tua Salus. LE. Quin arcet istum a te, here, atque ipse me aggredieris ? et mihi



is al. vett. ut incedis Lgg.—116 Pl. 1. HI. 1. tollutim ; Pl. 4. de o. tuo ut hin-  
nibadizas, et supra lin. tolutim ; Pl. 5. ut tollutim vadizas ; B. 1. etiam vadizas.  
—118 Pil. 1. 2. 3. 4. 6. C. HI. 1. Ven. 1. Bon. quadrupedo ; Pl. 5. quadrupedum.  
—119 Tum postea edd. vett. Tum deest in B. 1. 2. HI. 1. C. Pl. sex, Ven. 1.  
Bon. al.—121 C. Pl. 1. 3. 6. quoniam amabo. B. 1. 2. HI. 1. C. Pl. sex,  
Ven. 1. Bon. Ald. Junt. nos delusistis, onissos ambo ; quam vocem primus  
invexit Gruterus. Lgg. habent, Nunc ? quom delusistis nos, ut est libitum.  
Amabo datis argentum ?—122 HI. 1. B. 1. 2. et aras.—123 B. 1. mihi inolas.—  
124 Etiamne here Lgg. amove B. 1. HI. 1. me ipse Grut. aggredere B. 1. HI. 1.  
Ven. 1. Bon. et sic Acidal.—125 Parei 2. nunc supplicasque ; τὸ nunc deest

#### NOTÆ

‘ bisulcam’ Plinius, ‘ trisulcam’ Vir- gradarii equi, *haquenée*. Βαδίζω et  
gilius. ‘ Linguis micat ore trisulcis.’ βαδιστής, a βαδίνω.

116 *Tolutim*] Volutim et glomera- 118 *Quadrupedem agitabo*] Virgiliius :  
tim. Virgilius : ‘ Insultare solo et ‘ Spumantemque agitabat equum.’  
gressus glomerare superbos.’ Idem, ‘ agitator aselli,’ id est, ver-  
Badizas] Est proprium tolutarii et berator.

AR. Quem te autem Deum nominem? LE. Fortunam atque Obsequentem.

AR. Jam istoc es melior. LI. an quid est olim homini salute melius?

AR. Licet laudem Fortunam, tamen, ut ne Salutem culpem.

PH. Ecastor ambæ sunt bonæ. AR. sciam ubi boni quid dederint.

LE. Opta id, quod, ut contingat, tibi vis. AR. quid si optaro? LE. eveniet. 130

AR. Opto annum hunc perpetuum mihi hujus operas. LE. impetrasti.

AR. Ain' vero? LE. certe, inquam. LI. ad me adi vi-cissim, atque experire.

Exopta id quod vis maxume tibi evenire, fiet.

AR. Quid ego aliud exoptem amplius, nisi illud cuius inopia'st,

Viginti argenti commodas minas, hujus quas dem matri? 135

LI. Dabuntur: animo sis bono face: exoptata obtingent.

AR. Ut consuevere, homines Salus frustratur et Fortuna.

LE. Ego caput huic argento fui hodie reperiundo.

*concedis illa quæ imperaverat pro se Libanus, et supplicas? ARG. Quem vero Deum te appellabo? LE. Fortunam et Obsequentem. ARG. Jam melior es isto. LIB. An est aliquid quod melius sit homini salute? ARG. Tametsi sic prædicto Fortunum, ut non vituperem Salutem. PHI. Sane utraque est bona. ARG. Resciscam quando dederint aliquid boni. LE. Rogo id quod cupis ut tibi contingat. ARG. Quid si optavero? LE. Continget. ARG. Mili cupio operas hujus continuo hoc anno. LE. Obtinuisti. ARG. Aisne vero? LE. Aio enim vero. LIB. Veni ad me vicissim, et periculum fac. Rogo id quod volueris maxime tibi contingere. ARG. Quid ego exoptem aliud amplius, nisi id cuius inopia labore? Præbes viginti minas argenti quas numerem hujus matri, LIB. Dabuntur, fac sis aequo animo, exoptata contingent. ARG. Salus et Fortuna fallit homines, ut nos est. LE. Ego fui hodie auctor reperiendæ hujus pecunia. LIB. Ego fui pes ad eam querendam. ARG. Profecto*



in omnibus codd.—126 Q. autem Dcum te B. 1. nominem Deum edd. quædam vett. Fortunam. AR. at quam edd. vett. obsequelam in iisdem; Bon. obsequellam.—127 B. 1. Hl. 1. et quedam edd. vett. est homini; τὸ oīm extat in C. et Pll. sex.—132 Ad me adis B. 1. Ad me adsis Pl. 3. Ad me advicissim C. A me vicissim Lgg.—134 B. 1. quovis inopia est.—135 B. 1. 2. H. 1. quinque Pll. Ven. 1. Bon. hujus quidem matri; C. hujus quasdam matri. Lgg. commodes.—136 Hl. 1. B. 1. Pll. 3. 4. 5. Ven. 1. Bon. sis bono: facile, &c. Pll. 1. 2. 6. animo sis bono facie; C. face optingere; quidam ap. Pareum, faciem. Ven. 1. Bon. obtigent.—137 Ut consuere B. 1. C. Pll. sex, Ven. 1. Bon.—138 Lgg.

**L.** Ego pes fui. **A.R.** quin nec caput, nec pes sermonum  
apparet.

Nec quid dicatis, nec me cur ludatis scire possum. 140

**L.** Satis jam delusum censeo: nunc rem, ut est, cloqua-  
musr.

Animum, Argyrippe, advorte sis! pater nos ferre hoc jussit  
Argentum ad te. **A.R.** ut tempore oportuneque attulisti!

**L.** Hic inerunt viginti minæ bonæ, mala opera partæ:  
Has tibi nos pactis legibus dare jussit. **A.R.** quid id est  
quæso? 145

**L.** Noctem hujus et cœnam sibi ut dares. **A.R.** jube  
advenire quæso.

Meritissimo ejus quæ volet faciemus, qui hosce amores  
Nostros dispulso compulit. **L.E.** patieris, Argyrippe,  
Patrem hanc amplexari tuum? **A.R.** hæc facile faciet ut  
patiar.

Leonida, curre obsecro; patrem huc orato ut veniat. 150

**L.** Jamdudum est intus. **A.R.** hac quidem non venit.

**L.** angporto

*non appetat aut caput aut pes in vestra oratione: nec possum capere quid dicatis,  
nec cur ine conreniatis.* **L.B.** Existimo jam satis irrisum: aperiamus nunc rem  
qualis est. Adhîbe, si placet, animum, Argyrippe: pater imperavit ut nos ad te  
deserremus hanc pecuniam. **ARG.** Et adrexistis tempestive opportuneque. **L.B.**  
*Hic insunt viginti minæ, bona quidem, sed partæ malis artibus: jussit ut ad te  
deserrentur certa lege.* **ARG.** Quid id est, rogo? **L.B.** Ut sibi des noctem hujus  
et cœnam. **ARG.** Manda ut veniat, rogo; agamus quod placebit merito, utpote  
qui instaurarit nostros hosce amores depulso. **L.E.** Sines, Argyrippe, tuum pa-  
trem amplexari hanc? **ARG.** Hæc efficiet ut sinam æquo animo. Leonida, prope-  
ra, obsecro, ora patrem ut veniat huc. **L.B.** Jampridem est domi. **ARG.** Non

fui huic argento.—139 **C.** quin ne caput. **C.** Pil. B. 1. 2. Hl. 1. Ven. 1. Bon.  
sermonis.—140 Ne quid Ven. 1. nec cur me deludatis Hl. 1.—141 Hl. nunc res  
ut est; al. ap. Pareum, rem ut est nunc.—142 Argyrippe Lgg.—143 Ad te  
argentum Lgg.—145 Quid id quaso B. 1.—146 Jube venire Lgg.—148. 149  
Lgg. compulit. **A.R.** Hac facile, &c. Hl. 1. B. 1. 2. Bon. compulit. **L.E.** Hoc faciet  
facile, &c. Ven. 1. discipulos compulit. **L.E.** Hoc faciet facile, &c. Verba, patieris,  
Argyrippe, desunt in omnibus codd. Parei: vs. vero 149 Patrem hanc a.  
tuam, &c. extat in **C.** et Pil. sex; sed C. a m. pr. habuit hoc facile.—150 B. 1.

#### NOTÆ

138 *Ego caput*] Donatus. ‘Caput origo et summa cuiusque rei est.’  
Propert. ‘Non ego nequitia diceret  
esse caput,’ id est, dux, signifer, prin-  
ceps ad nequitiam.

139 *Ego pes fui*] Basis, fundamen-  
tum.

147 *Meritissimo ejus*] ‘Meritissi-  
mum’ est substantivum, ut patet ex  
genitivo sequenti ‘ejus.’

Illac per hortum circuit clam, ne quis se videret  
 Huc ire familiarium : ne uxor resciscat, metuit.  
 De argento, si mater tua sciat ut sit factum. AR. heia !  
 Benedicite : ite intro cito : valete. LE. et vos amate. 155

*quidem venit huc.* LIB. *Circuit clam illac angiporto per hortum, ne a quopiam familiarium videatur quando huc venit: reveretur ne uxor cognoscet: si enim tua mater noverit quod sit factum de argento.* ARG. *Heia ! benedicite. Ite domum velociter: valete.* LE. *Et vos amate.*

---

orato huc.—151 G. ne venit.—152 B. 1. 2. HI. 1. C. Pll. sex, circumit clam. B. 1. 2. HI. 1. C. Pll. 1. 2. 3. 4. 5. viderit.—153 HI. 1. ne uxor resistat.—154 De argento enim si edd. vett. De argento enim ni al. De argento, si Lgg. HI. 1. B. 1. 2. C. Pll. Ven. 1. Bon.—155 Guelph. Benedicito. B. 1. 2. HI. 1. Et nos amate.

## NOTÆ

154 *Heia ! Benedicite*] Εὐφημεῖτε· las comprecationes, ne eas Dii facerent ratas, et in primis sanguine et contrarium, βλασφημεῖν, male precari. Reformidabant veteres in primis ma-

## ACTUS QUARTI SCENA PRIMA.

## DIABOLUS, PARASITUS.

DI. AGEDUM, istum ostende quem conscripsisti syngraphum  
 Inter me et amicam et lenam : leges perlege.  
 Nam tu poëta es prorsus ad eam rem unicus.  
 PA. Horrescit falso lena, leges cum audiet.

DIA. Agedum deprome illum syngraphum quem conseripsisti inter me et amicam et lenam. Perlege leges. Etenim es artifex omnino unicus in iis rebus. PAR. Efficiunt ut lena exanimetur quando accipiet leges. DIA. Age obsecro, perlege a

---

1 Edd. vett. *conscripti*.—2 B. 1. et leges pellege ; HI. 1. leges pellege.—5 C.

## NOTÆ

1 *Syngraphum*] ‘Syngraphus’ et ‘syngrapha’ est tabula quam plures subscripterunt. ‘Chirographum’ est privata scriptura unius exarata manu et subsignata.

3 *Ad eam rem unicus*] ‘Unicum’ est egregium, praclarum, singulare. Festus : ‘Sardanapalus rex Assyriorum fuit unicæ luxuriæ.’ Cicero, ‘in quem illud elogium unicum.’

**Dicitus**. Age quæso, mi, hercle, translege. **Procul**. audin' ? **Dicitus**.  
audio. 5

**Procul**. Diabolus Glauci filius Cleæretæ  
Lenæ dedit dono argenti viginti minas,  
Philenium ut secum esset noctes et dies  
Hunc annum totum. **Dicitus**. neque cum quiquam alio qui-  
dem.

**Procul**. Addone ? **Dicitus**. adde : et scribas, vide, plane et probe. 10

**Procul**. Alienum hominem intromittat neminem.

Quod illa aut amicum aut patronum. **Dicitus**. neminem.

**Procul**. Aut quod illa amicæ suæ amatorem prædicet.

Fores occlusæ omnibus sient, nisi tibi.

In foribus scribat, ‘occupatam esse se.’ 15

Aut quod illa dicat peregre allatam epistolam,

Ne epistola quidem ulla sit in ædibus,

Nec cerata adeo tabula: et si qua inutilis

*capite ad calcem.* **Parvus**. Audisne ? **Dicitus**. Audio. **Parvus**. *Diabolus, filius Glauci, numeravit viginti minas argenti Cleæretæ lenæ, ut Philenium sit secum diebus et noctibus toto hoc anno.* **Dicitus**. Neque cum quoquam alio. **Parvus**. Adiuvanne ? **Dicitus**. Adjice, et da operam ut scribas plane et probe. **Parvus**. Inducat neminem alium hominem, quem hæc aut amicum aut patronum appelleret. **Dicitus**. Neminem. **Parvus**. Aut quem hæc dicat amatorem sue amicæ. Fores sint clausæ omnibus, nisi tibi. Scribat in foribus hæc verba, ‘Occupata sum.’ Ne hac dicat epistolam redditam a longe, sit nulla epistola apud eam, neque tabula cera obducta. Si sit aliqua pictura



*mi ercle; pro quo nonnulli ap. Pareum, hasce, vel clare.—6 Niclauci filius clerete Diabolus Hl. 1. D. niclauci filius cleretæ B. 1. Ven. 1. Bon. Claudi C. Pll. 2. 6. Niclauci Pll. 1. 3. 4. Nudaci Pl. 5. Cleretæ C. et Pll. sex.—7 Both. delet dono.—9 Hl. 1. quiequam.—10 Lgg. B. 1. 2. Hl. 1. Ven. 1. Bon. ut scribas. B. 1. plane. Etiam probe.—11 Hominem alienumque edd. quædam vett. —12 Lgg. B. 1. 2. Hl. 1. Ven. 1. Bon. aut patronum neminem ; Pl. 5. aut patronum nominet. In quibusdam editis additur, patronum suum ad se.—13 B. 1. 2. Hl. 1. Lgg. C. Pll. sex, Ven. 1. Bon. illa amica. Lgg. non agnoscunt r̄d suæ. Al. ap. Pareum, amicam suam, aut sororem prædicet.—14 G. H. M. C. Pll. sex, B. 1. 2. Hl. 1. Ven. 1. Bon. Parei 1. 2. Both. 1. 2. sint.—15 Pl. 2. et Ven. 1. *occupatum.* Post hunc versum Pll. sex, C. B. 1. 2. Hl. 1. Ven. 1. Bon. inserunt vs. 149. superioris scenæ. *Hoc faciet facile Hl. 1. Hæc faciet facile B. 1. Hic faciet facile Ven. 1. Bon.*—16 B. 1. *illatam.*—17 Pll. sex, et B. 1. *ulla quidem sit ; edd. quædam vett. ulla uspiam sit ; Both. 1. 2. ulla siet.**

#### NOTÆ

18 *Nec cerata]* Propertius : ‘ Me remove : quid imagine muta Carpe-  
juvenem facies picta, me numina læ-  
dunt.’ Veretur videlicet Deos habere  
rivales. Ovidius : ‘ Si potes et ceras  
bebat Sichæ viri sui imaginem Dido,  
testa Virgilio. Sic eorum quos im-

Pictura sit, eam vendat: ni quatriduo  
 Abalienarit, quo abs te argentum acceperit, 20  
 Tuus arbitratus sit, comburas, si velis.  
 Ne illi sit cera, ubi facere possit literas.  
 Vocet convivam neminem illa; tu voces.  
 Ad eorum ne quem oculos adjiciat suos.  
 Si quem alium aspexit, cæca continuo siet. 25  
 Tecum una postea æque pocula potitet.  
 Abs ted accipiat, tibi propinet, tu bibas.  
 Ne illa minus, aut plus quam tu, sapiat. DI. satis placet.  
 PA. Suspiciones omnes abs se segreget,  
 Neque illæc ulli pede pedem homini premat, 30  
 Cum surgat, neque in lectum inscendat proximum,  
 Neque cum descendat, inde det cuiquam manum.

*inutilis, eam vendat: nisi abalienarit intra dies quatuor a quibus acceperit pecuniam abs te, conjicies in ignem, si volueris. Ne illi sit cera in qua possit scribere epistolas. Eadem invitet neminem convivam: tu invita. Ne conjiciat suos oculos in ulla eorum. Si viderit quempiam alium, sit statim oculis capta. Postea potet tecum pariter: pocula accipiat abs te, propinet tibi, tu bibas. Ne illa minus, aut plus quam tu, sapiat. DIA. Placet satis. PAR. Amoveat omnes suspiciones a se, neque illa terat cuipiam homini pedem suum pede, cum surget; non ascendet in tecum vicinum; neque cum descendet, inde præbeat cuiquam munum, ne det cuiquam*



—18 *Ne cerato Ven.* 1. Bon. et si quæ Both. 1. 2. e conj. Reizii.—19 C. Hl. 1. Ven. 1. Bon. vendat ni quadriduo; Pll. sex, et B. 1. vendat in quadridua; Pl. 1. a m. sec. vendat ni quadridua; Pl. 5. a m. sec. vendat in quadriduum; Lgg. vendat ni in quatriduo.—20 Pll. 1. 2. 6. *Abalienarit quod ex te;* Pl. 3. *Abalienant quidem ex te;* Pl. 4. *Abalienaris quo ex te;* B. 1. 2. Hl. Bon. *quod ex te;* M. Ven. 1. 2. Med. 2. Arg. 3. Ald. Junt. *quo ex te;* B. 1. *recepit.*—22 *Ne ulla Ven.* 1. Bon. *possit facere* M. Both. 1. 2.—23 B. 1. 2. Hl. 1. Pll. 1. 2. 4. 5. 6. et Pl. 3. a m. pr. Ven. 1. Bon. *neminem illam.*—24 *Ad forum* Lgg. Pll. sex, C. B. 1. 2. Hl. 1. Ven. 1. Bon. *ne qua* B. 1. *ne cuiquam G. ne quemquam* Both. 1. 2. *adiciat* C. Pl. 1.—25 Hl. 1. *aspexerit.*—26 Pll. 1. 2. C. *poda potitet;* C. a m. sec. Pll. 3. 4. 5. 6. *pocula potitet;* Pl. 1. a m. pr. *poca potitet;* edd. quædam vett. *una poscat, æque pocula potitet.*—27 Pll. sex, B. 1. 2. Hl. 1: Ven. 1. Bon. *Adstet.* Both. 1. 2. *tum bibat.*—28 *Nec illa B. 1. Næ illa Bon.*—29 *Suscipiones* Both. 2. *abs te* Hl. 1.—30 Edd. quædam vett. *ulli suo pede.* C. *præmat.*—31 *Cum surget B. 1. Consurgat Ven. 1. Bon. non in lectum.* al. ap. Pareum B. 1. *inscendat.*—32 B.

## NOTÆ

pensius amamus, imagine delecta- subauditur ‘poculis potum.’ ‘Simul’ mur.

26 *Potitet]* Alii malunt *poscat.* ‘Poscere’ autem est vocabulum in conviviis adhibere solitum, et in potationibus. ‘Poscere majoribus’

autem ‘poscere potum,’ ‘simul bibere,’ sunt indicia amoris.

30 *Pede pedem]* Ovidius: ‘Velle latutus digitis, et pede tange pedem.’ Indicia sunt amoris.

Spectandum ne cui annulum det, neque roget.  
 Talos ne cuiquam homini admoveat, nisi tibi.  
 Cum jaciat, Te, ne dicat: nomen nominet. 35  
 Deam invocet sibi, quam lubebit, propitiam,  
 Deum nullum: si magis religiosa fuerit,  
 Tibi dicat, tu pro illa ores, ut sit propitius.  
 Neque illa ulli homini nutet, nietet, annuat;  
 Post, si lucerna extincta est, nequid sui 40  
 Membri commoveat quicquam in tenebris. DI. optumum  
 est:  
 Ita scilicet facturam: verum in cubiculo  
 Deme istuc: equidem illam moveri gestio.  
 Nolo habere illam causam, et votitam dicere.

*annulum videndum, neque postulet a quoquam homine neque admoveat cuiquam talos nisi tibi. Quando mittet manu talos, ne dicat, Te invoco, appellat nomen: invocet Deam quam volet sibi propitiā, sed nullum Deum. Si fuerit magis pia, tibi dicat ut tu pro illa roges, ut fareut: neque haec nutet, sternutet, connireat ulli homini. Si lucerna extinguitur, ne illum membrum moveat in tenebris. DIA. Bene est si ita fecerit: sed excipe illud, quando erit in cubiculo, num volo moveri ibi, et nolo illum habere hunc praetextum, ut sese dicat rcam roti. PAR. Capio:*



1. 2. Hl. 1. descendet.—33 G. neque cuiquam; Arg. 3. ne cuiquam; Ald. Junt. ne quoiquam. C. Pll. 1. 2. 4. 5. 6. anulum; Pl. 3. anulum.—34 B. I. neque cuiquam.—35 Cum jaceat B. 1. 2. Hl. 1. Pl. 1. 2. 4. 6. Ven. 1. Bon. Cum jaciet al. ap. Parcum. tene dicat Hl. 1. et sic Meurs.—36 Deam sibi invocet Ven. 1. Bon. al. vett. libebit Ven. 1. Bon. propicius C.—37 Both. 1. 2. si m. r. fuerit, e conj. Reizii.—39 B. 1. ulli hominum mutet. Lgg. Pl. 5. innuat.—40 Post id si Pll. 1. 2. 3. 4. 5. B. 1. 2. Hl. 1. Lgg. Ven. 1. Bon. Post id lucerna Pl. 6. extincta sit Ven. 1. extinctast Pll. sex, C.—41 Membri sui com. Ven. 1. Menbri com. C. optumist C. Lgg.—43 De me istuc Ven. 1. Both. 1. 2. illanc.—44 Nolo illam habere Both. 1. 2. et retitum G. M. Both. 1. 2. et retitam Pll. 1. 2. 4. 5. 6. et volittam,

## NOTÆ

35 *Te, ne dicat*] Quando antiqui talos jaciebant, solebant appellare nomen ejus quem plurimi facerent, ac potissimum amarent. Diabolus non veretur ne quemvis alium appellat in jaciendis talis: nimium enim fuerit impdens et professi amoris; sed ne jaciendo dicat tantum ‘te,’ tacito nomine ejus quem invocet, sed dicat, ‘te Diabole invoco,’ et non ‘te invoco’ tantum, ne lateat sub illo ‘te’ nomen alias amatoris.

37 *Deum nullum*] Propertius: ‘Ri-

valem possum non ego ferre Jovem.’

39 *Nutet*] ‘Nutare’ capite, ‘nictare’ oculis, ‘indicare’ digitis, ‘innuere’ naribus, labiis, superciliis dicitur.

44 *Votitam*] Id est, voto quo se obstrinxit, et religione prohibitam; quia pollicita est futurum, ut non se loco moveat, id est, a cubiculo non discedat. Inde per cavillationem negat Diabolus esse oportere Philenum sine motu in cubiculo. Sunt sordes vere hoc loco diabolicæ.

PA. Scio: captiones metuis. DI. verum. PA. ergo, ut  
jubes, 45  
Tollam. DI. quid ni? PA. audi reliqua. DI. loquere,  
audio.  
PA. Neque ullum verbum faciat perplexabile.  
Neque ulla lingua sciat loqui nisi Attica.  
Forte si tussire occœpsit, ne sic tussiat,  
Ut cuiquam linguam in tussiendo proferat. 50  
Quod illa autem simulet, quasi gravedo profluat,  
Hoc ne sic faciat: tu labellum abstergeas  
Potius, quam cuiquam savium faciat palam.  
Nec mater lena ad vinum accedat interim,  
Nec ulli verbo male dicat: si dixerit, 55  
Hæc multa ei esto, vino viginti dies  
Ut careat. DI. pulchre scripti: scitum syngraphum!  
PA. Tum si coronas, serta, unguenta jusserit

*pertimescis fallacias verborum.* DIA. Dicis vere. PAR. Ergo erudiam ut  
mandas. DIA. Cur non? PAR. Accipe cetera. DIA. Dic, intelligo. PAR.  
Neque mittat ullum dictum anceps, neque noscat loqui lingua, nisi Attica: si forsi  
tan tussire cœperit, ne sic tussiat, ut ostendat cuiquam linguam. Si vero illa fini  
git se gravedine laborare, hoc ne sic faciat: tu absterge potius labellum, quam præ  
beat cuiquam osculum: nec mater lena accedat interea ad vinum, nec concicium di  
cat ulli vel verbo. Si dixerit, esto pœna, ut abstineat vino viginti dies. DIA. Bene  
scripsisti. Quam elegans syngrapha! PAR. Tunc temporis si mandavit ancille



vel votutam, sive rotictam, C.—46 Hl. 1. eloquere.—47 Pl. sex, Ven. 1. Bon.  
perplexibile; B. 1. audiat perplexibile; al. ap. Pareum, jaciat perplexibile.—  
49 B. 1. luscire occépit. Ven. 1. Bon. nec sic. B. 1. ne sic lusciat.—50 Ut  
cuique Pl. 1. 2. Lgg. Ut quoiquam Ald. Junt. Both. 1. 2. Ut quiquam al. ap.  
Pareum. proserat C. Pl. 4. Parei 1. 2. quod placebat Grutero et Scioppio  
Susp. Lect. v. 19.—51 Q. i. hanc simulet Pl. 4. a m. sec. B. 1. Hl. 1. præfluat  
Pl. 6. profuat Pl. 4.—52 C. a m. pr. absterguas.—53 Pl. 1. 3. 4. 5. B. 1. 2.  
Hl. 1. Ven. 1. Bon. salivum; Pl. 2. salivura; Pl. 6. salivium.—55 Nec illi v.  
vale Lgg. malo Ven. 1.—56 Hæc mulcta Bon. Hæc multa esto Lgg.—57 C.  
H. 1. B. 1. 2. Pl. 1. 2. 3. 4. 5. Ven. 1. Bon. scriptes; Pl. 6. scriptas; Lgg.

## NOTÆ

45 *Captiones*] Cic. ‘Captiones dia- plexe loqui.’ Plautus, ‘perplexim  
lecticæ, captiosum genus interro- lacementum oratione.’ *Perplexus, πε  
ριέγμένος.*

47 *Verbum perplexabile*] Nonius: ‘Figuratum, quod aliud audiatur, aliud sentiatur.’ Terentius, ‘per- 54 *Ad vinum accedat*] Nec interea  
ad nos, nec convicetur ulli.

Ancillam ferre Veneri aut Cupidini,  
 Tuus servus servet, Venerine eas det, an viro. 60  
 Si forte pure velle habere dixerit,  
 Tot noctes reddat spurcas, quot puras habuerit :  
 Hæc sunt non nugæ : non enim mortualia.  
**Dicitus**. Placent profecto leges : sequere intro. **Paratus**. sequor.

*sue, ut offerat Veneri aut Cupidini coronas, sertas, unguenta, tuus servus observet eas, ne det Veneri, an viro. Si dixerit forte velle se caste virere, spurca sit tot noctibus, quot fuerit pura. Hæc non sunt nugæ. Etenim non sunt funeralia. Dicitus. Certe leges mihi probantur. Sequere domum. Paratus. Sequor.*

scribis. **Consulens**. singraphum.—58 Lgg. ungenta.—59 *Ancillam suam* edd. quædam vett.—60 *Tuus observet Veneri ne, &c.* Ald. Junt. *T. s. servet* : *Veneri : ne, &c.* B. 1. *ea det* Lgg. H.—61 *Se forte Camer. puras* Ald. Junt.—62 *Tot reddat Camer. omisso τῷ noctes, quod tamen servant omnes codd.* Al. ap. Pareum, *quot p. habuverit.*—63 Lgg. *mortalia* ; al. ap. Pareum, *mortuaria, vel mortaria.*

#### NOTEE

61 *Si forte pure*] Matronæ et mere-trices secubabant olim a viris et amatoribus per decem dies integros, antequam ad sacrificandum aut Cereri aut Isidi accederent. Id Latini *pure habere* sese appellabant, Græci ἄγνενειν, ἄγνωστοι οὐχειν. Tibull. ‘et puro secubuisse toro.’

62 *Tot noctes reddat spurcas*] Parasitus statuit tot esse dependendas a

meretrice Diabolo noctes, quot fuerunt puræ. Propertins; ‘Votivas noctes et mihi redde decem.’

63 *Nugæ*] ‘Nugæ’ sunt mortualia seu carmina præficarni in funeralibus : ‘nugæ’ et ‘neniæ’ idem sunt : et ‘nugæ’ dicuntur passim de rebus inutilibus, quales sunt lacrymæ in funeralibus; necessitatibus enim naturæ parendum est, et semel moriendum.

## ACTUS QUARTI SCENA SECUNDA.

### DIABOLUS, PARASITUS.

**Dicitus**. SEQUERE hac: egon' hæc patiar? aut taceam? emori Me malim, quam hæc non ejus uxori indicem.  
 Ain' tu? apud amicam munus adolescentuli

**Dicitus**. Veni huc. Egon' feram hæc? aut silebo? Dispeream potius, quam non aperiam hæc ejus conjugi. Aisne tu? Obeas pares juvenis cum amica? Excuses

1 Hl. 1. ego ne hæc; Vet. 1. ego hæc.—3 Ain tu apud amicam? Ven. 1.

Fungare? uxori excuses te, et dicas senem?  
 Præripias scortum amanti, atque argentum obicias        5  
 Lenæ? suppiles clam domi uxorem tuam?  
 Suspendas potius me, quam tacita tu hæc auferas.  
 Jam quidem, hercle, ad illam hinc ibo, quam tu propediem,  
 Nisi quidem illa ante occupassit te, effliges scio,  
 Luxuriae sumtus suppeditare ut possies.        10  
**P.A.** Ego sic faciendum censeo: me honestiu'st,  
 Quam te, palam hanc rem facere, ne illa existumet  
 Amoris causa percitum id fecisse te,  
 Magis quam sua causa. **D.I.** at pol qui dixti rectius.  
 Tu ergo fac ut illi turbas, lites concias,        15  
 Cum suo sibi gnato unam ad' amicam de die

*te uxori in mutuis officiis conjugalibus, et dicas senem? Eripias scortum filio amanti? Atque offeras lenæ pecunianæ? Spolies occulte tuam uxorem domi? Me suspendas potius quam tu feras hæc impune. Modo per Herculem ibo hinc ad illam quam tu ad summum inopium rediges brevi ut scio, nisi illa te anteverterit, ut possis facere satis sumtibus luxuriae.* PAR. *Ego existimo ita agendum, honestius est me pervulgare publice hanc rem quam te, ne illa putet te fecisse id incitatum amore magis quam sua causa.* DIA. *At per Pollucem cum dixisti melius. Igitur tu perfice, ut illi concites tumultum, discordiam, quod potet cum suo ipsius filio juxta unam*



Bon. adolescenti C. et plerique Pll.—4 *Fungare uxori excuses te?* B. 1.—5 Pll. 2. 3. 4. 5. 6. et Hl. 1. *objicias.*—6 B. 1. *supiles;* C. *suppeiles;* Pll. 1. 4. Lgg. *suppelles;* Pll. 2. 5. *supplex.*—7 *Suspendas C. potius tu me* Lgg. *tacita tu* B. 1. 2. Hl. 1. H. M. G. C. Pll. sex. Ven. 1. Bon. al. *tu abest* Ald. Junt. Arg. 3. Both. 1. 2.—8 B. 1. *ad illam ibo.* Hl. 1. *ibo, atque propediem.* C. *probediem.*—9 *Nisi quid illa* Hl. 1. *te deest in G.* *effliges* Both. 1. 2. *occupas si te* *effliges* C. *affliges* al. ap. Pareum.—10 *Luxuriose* B. 1.—11 *Ego sic faciendum* B. 1. 2. H. M. Med. 2. Ald. Junt. Arg. 3. Both. 1. 2.—14 *At pol quin* Pll. sex. G. H. M. B. 1. 2. Hl. 1. Ven. 1. Bon. Med. 1. 2. Arg. 1. 2. 3. Ald. Junt. al. vett. item Both. 1. 2. *dixisti* B. 1. 2. C. Pll. sex, Ven. 1. Bon.—15 *Tu e.* *face* G. codex Meursii, et Both. 1. 2. *conscias* B. 1. *conciinas* Lgg.—16 Ven. 1.

## NOTÆ

7 *Tacita*] Passive, ‘quam haec a me taceantur.’ Alias active: Cic. ‘tacita corporis figura;’ id est, quæ tacet.

16 *De die*] *En plein jour.* Qui de die convivabantur, habebantur intemperantiores, solito cœnæ tempore minime expectato. Nimirum legitima convivii hora apud Romanos erat post solis occasum. Itaque quia cœ-

na fiebat vespere, Plautus noster in Milite dixit, ‘vespere suo vivere,’ id est, cœna vespertina. Vespertinam illam horam nonam notat fuisse Martialis: ‘Imperat exstructos frangere nona toros;’ id est, cœnare. Saturnalibus diebus cœna incipiebat a multa luce, ut helluandi esset spatium.

Potare, illam expilare jam. PA. ne me mone.  
Ego istud curabo. DI. at ego te opperiar domi.

*amicam, tota die, illam expilare jam.* PAR. Noli me admonere : ego curabo istud.  
DIA. At ego te expectabo domi.

---

Bon. una ad, &c. ita Lips.—17 Pl. 6. Pl. 5. a m. pr. *Potitare illum expilare jam emore* ; Pl. 5. a m. sec. C. Pl. 1. 2. 3. 4. H. B. 1. 2. Hl. Ven. 1. Bon. *jam emone* ; Pl. 1. *Potiare* ; Pl. 1. 2. 3. 4. C. *Portare* ; *Potitare* etiam Ven. I. Bon. *Potare expilare clam* al. ap. Pareum ; *clam* etiam J. Gul. Both. 1. 2. *Ne me mone* G. M.—18 *Ego istuc* Lgg. B. 1. 2. Hl. 1. Bon. Both. 1. 2.

---

## ACTUS QUINTI SCENA PRIMA.

ARGYRIPPUS, DEMÆNETUS.

AR. AGEDUM, decumbamus sis, pater. DE. ut jusseris,  
Mi gnate, ita fiet. AR. pueri, mensam apponite.  
DE. Numquid nam tibi molestum est, gnate mi, si hæc  
nunc mecum accubat ?  
AR. Pietas, pater, oculis dolorem prohibet, quanquam ego  
istanc amo,  
Possum equidem inducere animum, ne ægre patiar, quia  
tecum accubat. 5

ARG. Agedum, pater, accumbamus, si placet. DE. Sic fiet, mi fili, ut volueris.  
ARG. Servi, sternite mensam. DE. Estne tibi durum, mi fili, si hæc accubat jun  
mihi ? ARG. Pietas, pater, vetat lacrymas oculis : tametsi ego istam diligo. Pos  
sum certe a me impetrare, ne ferum indigne quod decumbat tecum. DE. Decet ado

---

1 *Age d. sis* Lgg. C. *Age cubamus* B. 1. Hl. Ven. 1. Bon. *Agedum accu  
bamus* Pl. 5. *pater ut jusseris* B. 1.—2 M. *ita fidet* ; Lgg. *ita fiat*.—3 C. *mo  
lestus est*. Ven. 1. Bon. *mi gnate*. B. 1. 2. Hl. 1. Ven. 1. Bon. *si hæc mecum  
accubat* ; Lgg. M. H. G. *molestumst hæc mecum una accubat* ; C. Pl. sex, *si  
hæc nunc mecum una accubat*.—4 *Pietas patris pater* B. 1. *istanc ego ano* G.—

## NOTÆ

1 *Decumbamus*] ‘Discumbere’ est qui videt quod invidet. Terentius : convivarum, ‘decumbere’ ægrotorum.

qui videt quod invidet. Terentius : ‘Vin’ facere quod tuo viro oculi de  
leant?’ id est, quod invito animo vi  
deat tuus vir.

4 *Oculis dolorem prohibet*] Dolor ille non oculorum est, sed animi ejus

- DE. Decet verecundum esse adolescentem, Argyrippe.  
 AR. edepol, pater,  
 Merito tuo facere possum. DE. age ergo, hoc agitemus  
 convivium  
 Vino et sermone suavi: nolo ego metui, amari mavolo,  
 Mi gnate, me abs te. AR. pol ego utrumque facio, ut  
 æquum est filium.  
 DE. Credam istuc, si esse te hilarum videro. AR. an tu  
 esse me tristem putas? 10  
 DE. Putem ego? quem videam æque esse mœustum, ut  
 quasi dies si dicta sit.  
 AR. Ne dixis istuc. DE. ne sic fueris, illico ego non  
 dixerim.  
 AR. Hem! aspecta: rideo. DE. utinam, male qui mihi  
 volunt, sic rideant!  
 AR. Scio equidem quamobrem me, pater, tu tristem credas  
 nunc tibi;  
 Quia istæc est tecum: atque ego quidem, hercle, ut verum  
 tibi dicam, pater, 15  
 Ea res male habet: ac non eo, quin tibi non cupiam quæ  
 velis:  
 Verum istam amo: aliam tecum esse equidem facile pos-  
 sim perpeti.

lescentem esse verecundum, Argyrippe. ARG. Per ædem Pollucis, pater, possum  
 concedere tuis meritis. DE. Age igitur, celebremus hoc convirium vino et oratione  
 festiva. Ego nolo timeri abs te, mi fili! malo dilig. ARG. Per Pollucem ego  
 præsto utrumque, ut par est natum. DE. Credam id, si conspexero te latum.  
 ARG. Tunc existimas me esse mœustum? DE. Ego arbitrabor, utpote quem videam  
 esse perinde tristem atque si causa tibi capitalis dicenda sit. ARG. Ne dixeris id.  
 DE. Ne sic egeris, statim ego dicere desinam. ARG. Hem! vide: rideo. DE.  
 Utinam, qui mihi infensi sunt, sic rideant! ARG. Video profecto, pater, quare  
 tu existimes me mœustum esse nunc propter te, quia hæc est tecum; atque ego qui-  
 dem, per Herculem, ut tibi dicam vere, pater, ea res est indecora, ac nou idcirco dico  
 id, quod non tibi exoptem quæ cupias, sed deperio istam. Certe possim ferre æquo



8 Vino ut sermone amari volo Lgg. Uvio et Pll. 2. 5. 6. Vino ut sermoni C.  
 B. 1. Ven. 1. Bon.—10 Credo edd. quedam vett. hilarem B. 1. Ven. 1. Bon.  
 video tristem, omissis intermediis, Lgg. si ego te esse M.—11 Nonnulli ap.  
 Pareum, mœustum, quasi, omissio τῷ ut.—12 Ne dixeris B. 1. 2. Pll. sex.  
 Ven. 1. Bon. Ne si fueris Hl. 1. Nec sic fueris B. 1. Ne sic, fueris illico C.—  
 13 Hem specta Lgg.—14 B. 1. M. V. et Both. 1. 2. parens. Ven. 1. me pater  
 tristem.—15 Quia istast in quibusdam ap. Parenm. ego equidem H. Hl. 1.—  
 16 Ea res me male Lgg. C. Pll. sex, B. 1. 2. Hl. 1. Bon. at non B. 1. Hl. 1.

**D.** At ego hanc volo. **A.** ergo sunt quæ exoptas: mihi quæ ego exoptem volo.

**D.** Unum hunc diem perpetere, quoniam tibi potestatem dedi,

Cum hac annum ut esses, atque amanti argenti feci copiam. 20

**A.** Hem istoc me facto tibi devinxti. **D.** quin te ergo hilarum das mihi?

*animo aliam quamvis esse tecum.* **D.** At ego volo hanc habere. **A.** *Igitur tibi sunt quæ exoptas; ego volo quæ mihi exoptem.* **D.** Concede mihi hunc diem unum, quia per me tibi licet ut sis cum hac totum annum, et suppeditavi pecuniam amanti. **A.** Ah! me obstrinxisti tibi. **D.** Cur igitur non te das mihi lætum et alacrem?

---

*quia tibi M. G. qui tibi H.—17 Lgg. esse facile. H. M. G. B. 1. 2. Hl. 1. Ven. 1. Bon. possum, quod recepit Both.—18 Lgg. quæ optas. Mox ego deest in B. 1. et H.—20 B. 1. 2. Hl. 1. annum esses.—21 B. 1. 2. Hl. 1. C. Pl. sex, Ven. 1. Bon. devinxisti. Mox Quia te in nonnullis ap. Pareum; Quia ergo te B. 1. hilarem Hl. 1. Ven. 1. Bon.*

---

## ACTUS QUINTI SCENĀ SECUNDA.

**ARTEMONA, PARASITUS, DEMÆNETUS, ARGYRIPPUS,  
PHILENIUM.**

**A.** Ain' tu, meum virum hic potare, obsecro, cum filio? Et ad amicam detulisse argenti viginti minas?

Meoque filio sciente id facere flagitium patrem?

**P.** Neque divini, neque mi humani posthac quicquam accreduas,

Artemona, si hujus rei me esse mendacem inveneris. 5

**A.** At scelesta ego, præter alios meum virum fui rata

**A.** An dicas, amabo, meum maritum bibere hic cum nato, et attulisse viginti minas argenti ad amicam, et patrem id perpetrare scelus, conscio meo nato? **P.** Deinceps me audias in re nulla neque divina neque humana, Artemona, si deprehenderis me esse mendacem in hac re. **A.** At infelix ego, arbitrabar meum maritum

---

1 Scin tu B. 1.—2 Etiam ad M. B. 1. Et jam ad conj. Both.—3 C. a m. pr. scienti.—4 C. Pl. sex, B. 1. neque mihi.—5 Arthemona B. 1. Hl. me rei Bon. mendacem me esse Hl. 1. Hic versus deest in quibusdam libris.—6 Ah scelesta B. 1. Hl. 1. 2. 3. 5. A scelesta Pl. 4. Ha scelesta Pl. 6. alias B. 1. Hl. 1.

Siccum, frugi, continentem, amantem uxoris maxime.

PA. At nunc dehinc scito, illum ante omnes minimi mortalem preci :

Madidum, nihil, incontinentem, atque osorem uxoris suæ.

ART. Pol ni vera ista essent, nunquam faceret ea quæ nunc facit. 10

PA. Ego quoque, hercle, illum antehac hominem semper sum frugi ratus.

Verum hoc facto sese ostendit, qui quidem cum filio

Potet una, atque una amicam ductet decrepitus senex.

ART. Hoc ecastor est, quod ille it ad cœnam cotidie.

Ait sese ire ad Archidemum, Chæream, Chærestratum, 15  
Cliniam, Chremem, Cratinum, Diniam, Demosthenem.

Is apud scortum corruptelæ, et liberis lustris studet.

PA. Quin tu illum jubes ancillas rapere sublimem domum ?

ART. Tace modo : næ illum ecastor miserum habebo.

PA. ego istuc scio

Ita fore illi, dum quidem cum illo nupta eris. ART. ego censeo 20

Eum etiam hominem aut in senatu dare operam, aut clientibus :

*præter ceteros mortales sobrium, temperantem, pudicum.* PAR. At jam intellige deinceps eum hominem esse nihil, si quis maxime deditum vino, vitem, impudicum, et inimicum suæ conjugis. ART. Per Pollucem nisi hæc ita se haberent, nunquam committeret ea quæ committit nunc. PAR. Ego etiam per Herculem semper existimavi hucusque eum virum esse moderatum; sed qualis sit, aperit hoc scelere, cum bibit simul cum nato, et ductet simul amicam senex capularis. ART. Idecirco per ædem Castoris est, quod ille it ad canam singulis diebus, et ait sese ire ad Archidemum, Chæream, Chærestratum, Cliniam, Chremem, Cratinum, Diniam, Demosthenem, et idem animum adhibet corruptelæ et publicis lupanaribus apud mereptrices. PAR. Cur non tu imperas ancillas illum tollere sublimem domum ? ART. Sile jam: per ædem Castoris illum reddam infelicem. PAR. Ego nosco ita futurum, quandiu quidem eris nupta cum illo. ART. Ego existimo eum etiam hominem aut studere rebus forensibus, aut clientibus, et defessum labore forensi dormire



Pil. sex. *frugi rata* B. 1. 2. Hl. 1. Ven. 1. Bon. *frugirata* Pil. sex. C. *furi rata* Both. 1. 2.—7 *Siccum continentem* Lgg.—8 Pil. 2. 5. 6. Ven. 1. *mortales*. C. Lgg. Pil. 1. 3. 4. B. 1. 2. Hl. 1. Bon.—10 *Pol* ni ista vera C. *Pol* nisi ista vera Pil. 3. 4.—11 Lgg. *semper frugi ratus*.—12 B. 1. *qui quicquid est cum*; Lgg. *esse ostendit quid est cum*.—13 *Potat* Lgg. *Potitet una*: *una amicam* B. 1. P. *una unam amicam* Hl. 1. *unam amicam etiam* Ven. 1.—14 Hl. 1. *illud it*. Pl. 1. *quotidie*.—15 *Chæream*, *Chærestratum* al. ap. Parenum.—16 *Cratinum*, *Cliniam*, *Dem.* Hl. 1. *Cliniam Dem.* etiam Ven. 1. *Cluviam Dem.* Pl. 1. *Demosthenem Dumiam* B. 1. *Clivium Dem.* Bon. *Dincam Dem.* al. ap. Parenum.—17 B. 1. Hl. 1. *curruptelæ*. Al. ap. Parenum, *et liberis*.—19 *Parei* 1. 2. al.

Ibi labore delassatum noctem totam stertere.  
 Ille opere foris faciendo lassus noctu advenit :  
 Fundum alienum arat, incultum familiarem deserit.  
 Is etiam corruptus, porro suum corrumpit filium. 25  
**P.A.** Sequere hac me modo, jam faxo ipsum hominem manifesto opprimas.  
**ART.** Nihil ecastor est quod facere mavelim. **P.A.** manendum. **ART.** quid est ?  
**P.A.** Possis, si forte accubantem tuum virum conspexeris,  
 Cum corona amplexum amicam, si videas, cognoscere ?  
**ART.** Possum ecastor. **P.A.** hem tibi hominem. **ART.**  
 perii ! **P.A.** paulisper mane. 30  
 Aucupemus ex insidiis clanculum quam rem gerant.  
**AR.** Quid modi, pater, amplexandi facies ? **DE.** fateor,  
 gnate mi.  
**AR.** Quid fatere ? **DE.** me ex amore hujus corruptum oppido.  
**P.A.** Audin' quid ait ? **ART.** audio. **DE.** egon' ut non domo uxori meæ  
 Subripiam in deliciis pallam quam habet, atque ad te defera ? 35

*tota nocte. Ille lassus in opere faciendo foris revertitur de nocte, colit agrum alienum, relinquit domesticum inaratum. Is etiam corruptus deinde corrumpit suum natum. PAR. Sequere me hac, jam efficiam modo ut occupes in flagranti delicto ipsum hominem. ART. Nihil est per ædem Castoris quod malim assequi. PAR. Manendum. ART. Quid est ? PAR. Potes cognoscere tuum maritum, si forte videris accubantem cum corona, et amplectentem amicam, si intuearis ? ART. Possum per ædem Castoris. PAR. Hem ecce hominem. ART. Nulla sum. PAR. Sine paululum: obseruemus clam ex insidiis quid faciant. ARG. Quousque tandem, pater, amplexabere ? DE. Fateor, fili. ARG. Quid fateris ? DE. Me incensum esse mirum in modum hujus amore. PAR. Audisne quid dicit ? ART. Audio. DE. Egone possim tenere manum, ut non suffurer domo ab uxore togam quam*

vett. illum mecastor. B. 1. H. 1. habeo.—21 Lgg. B. 1. 2. HI. 1. Pl. sex, C. Ven. 1. Bon. hominem in.—24 Pl. 1. 2. 6. aut incultum; al. ap. Pareum, incultu.—25 Pl. 2. Is met corruptus; Pl. 6. Is porro corruptus. C. Parei 1. 2. al. vett. corruptit filium. Post hunc versum nonnulli inserunt, *Quin etiam me miseram famosum facil flagitiis suis.*—26 C. a m. pr. hac modo. Pl. sex, C. manifesto. Haec vox deest in Lgg.—29 B. 1. 2. HI. 1. si videris.—30 Possim edd. quædam vett. Em tibi hominem Lgg.—33 Pl. sex, C. amore corruptum

## NOTÆ

23 *Opere foris]* Agriculturæ allegoria ad obvelandas res amatorias.

Non edepol conduci possum vita uxoris annua.

PA. Censen' tu illum hodie primum ire assuetum esse in  
ganeum?

ART. Ille ecastor suppilabat me, quod ancillas meas  
Suspicabar, atque insontis miseras cruciabam. AR. pater,  
Jube dare vinum; jamdudum factum est, cum primum  
bibi. 40

DE. Da puere ab summo; age, tu interibi ab infimo da  
suavium.

ART. Perii misera! ut osculatur carnufex, capuli decus.

DE. Edepol animam suaviorem aliquanto quam uxoris  
meæ.

PH. Dic amabo, an foetet anima uxoris tuæ? DE. nau-  
team

*unice amat, et ad te afferam? Per ædem Pollucis malim vitam meæ uxoris produci  
uno anno, quam non surriperi.* PAR. Existinus tu illum nunc primum ire ad lu-  
panar? ART. Per ædem Castoris ille mihi surripiebat ea quæ putabant mihi sur-  
ripi ab ancillis, et animadvertebam in infelices innocentes. ARG. Pater, manda  
propinari vinum: jampridem factum, cum primum potavi. DE. Da, serre, ab sun-  
ma lecto, age interim tu das suavium ab imo trictinio. ART. Nulla sum, infelix!  
quonodo furcifer capularis amplectitur! DE. Per ædem Pollucis spiritum multo  
amæniorem quam spiritum meæ conjugis. PHI. Dic, obsecro, an spiritus tuæ con-

oppido. Vatt. et Lips. corruptum; al. ap. Pareum, amore hujus c. esse oppido.  
—34 Egon' domo Lgg.—35 Subrupiam C. et Parei 1. 2.—36 Edd. quædam  
vett. possim.—37 Edd. quædam vett. illunc hodie; B. 1. hodie illum. Mos esse  
deest in Ven. 1. assuetum ire in ganeum B. 1.—39 C. cruciebam.—40 Jubet  
Hl. 1.—41 B. 1. tu introabi. C. da savium.—44 B. 1. an fatet. Hl. 1. uxori.—

#### NOTÆ

36 *Vita uxoris annua]* Si quis mihi  
spondeat fore ut mea uxor intra an-  
num moriatur, si non ei suffurer pal-  
lam quam amat; nolim polliceri id,  
quamvis nihil mihi sit optatius quam  
mors uxoris.

37 *Ganeum]* Γάνειον, fornix. Do-  
natus: ‘Veteres ganeum tabernam  
meritoriam dixerunt, ἀπὸ τᾶς γῆς,  
τοῦτ' ζεστὶ τῆς γῆς, quod ea sint in ter-  
ra, non ut coenacula, supra terram.’

41 *Ab summo]* Medius erat inter  
filium et Philemum Demænetus:  
mandat libari pocula ab Argyrippo,  
et oscula ab Philenio.

42 *Capuli decus]* Nonius: ‘Capu-  
lus a capiendo; nam sarcophagum,  
id est, sepulcrum, veteres capulum  
dici voluerunt, quod corpora capiat.’  
Festus: ‘Capulum et manubrium  
gladii vocatur, et id quo mortui effe-  
runtur, utrumque a capiendo dictum:  
sane a capulo fit capularis.’ Porro  
‘capuli decus’ dicitur Demænetus,  
id est, ornamentum implendo capulo  
aptum.

44 *Nauteam]* Nonius: ‘Nautea est  
aqua de sentina, a nautis dicta.’ Fes-  
tus: ‘Nautea herba est granis nigris  
qua coriarii utuntur, dicta quasi nau-

Bibere malim, si necessum est, quam illam oscularier. 45

ART. Miser ecastor es. PA. mecastor dignus est. AR.  
quid ais, pater?

ART. Ain' tandem? edepol næ tu istuc cum malo magno  
tuo

Dixisti in me: sine! venias modo domum, faxo ut scias  
Quid pericli sit dotatæ uxori vitium dicere.

AR. Ecquid matrem amas? DE. egone? illam nunc amo,  
quia non adest. 50

AR. Quid, cum adest? DE. periisse cupio. PA. amat  
homo hic te, ut prædicat.

ART. Næ ille ecastor fœnerato funditat: nam si domum  
Redierit hodie, osculando ego ulciscar potissimum.

AR. Jace, pater, talos, ut porro nos jaciamus. DE. maxime.  
Te Philenium mihi, atque uxori mortem: hoc Venerium  
est. 55

*jugis grave olet? DE. Malim potare sentinam, si necesse est, quam illom osculari.*  
ART. Per ædem Castoris es infelix. PAR. Per Castorem meretur. ARG. Quid  
dicis, pater? ART. Aisne demum? Per ædem Pollucis certe tu dixisti id adver-  
sum me cum tuo magno periculo: sine: revertere mox domum, efficiam ut intelligas  
quid periculi sit convicium inferre conjugi amplioris dotis. ARG. Numquid diligis  
matrem? DE. Equidem illam amo nunc, quia non adest. ARG. Quid, cum ad-  
est? DE. Velim interiisse. PAR. Hic homo te amat sicuti dicit. ART. Per  
ædem Castoris dicit hæc magno fœnore: nam si revertatur hodie domum, ego pœ-  
nas suman potissimum fætidis osculis. ARG. Conjice, pater, talos lusorios, ut  
deinde mittamus. DE. Invoco plurimum te mihi ut faceas, Philenium, et letum



45 Edd. quædam vett. quam illanc. 'Hic versus in omnibus MSS. nostris  
ponitur post vs. 49. ita tamen, nt singuli fere libri notent, non suo loco  
scriptum: sed per errorem deturbatum de sede hac sua.' Pareus. si necesse  
sit Hl. 1.—46 Ecastor dignus est B. 1. Hic vs. deest in Bon. Decem, vs.  
scilicet 46—56 desunt in Ven. 1.—47 B. 1. Hl. 1. ne tu isthæc. B. 1. al. ap.  
Pareum, magno malo,—48 Bon. domni, f. ut sciām.—49 Pll. 3. 4. 5. 6. B. 1. 2.  
Hl. 1. Bon. convitum; Pl. 6. a m. pr. facere pro dicere.—50 'Hic vs. in C.  
et Pll. sex collocatur post vs. 45. Bibere malim, &c. sed cum omnes codd.  
scribarum negligentia hoc loco prodant, res ipsa loquitur, rectius hoc col-  
locari; nam idem hic vs. nna cum vs. 45. Bibere malim, &c. iterum in om-  
nibus MSS. inculcatur post vs. 56. Pueri, plaudite, &c. cum obelismo, non  
suo loco esse scriptum. In iisdem libris scribitur ecastor, non mecastor.'  
Pareus. Ego næ illam Bon.—51 Lgg. te hic.—52 Ne C. Bon. hæc funditat  
Parei 1. 2. et al. vett. illæc funditat al.—54 Tace...jaceamus Bon.—55 B. 1.

#### NOTÆ

sea permutatione *t* in *s.*'

55 *Venerium]* Quatuor tali erant,

49 *Vitium dicere]* Id est, convi- et quatuor jactus talorum. Primus  
ciuum.

jactus erat Venerius; secundus, Ca-

Pueri, plaudite, et mihi ob jactum cantharo mulsum date.

**A.R.T.** Non queo durare. **P.A.** si non didicisti fullonicam,  
Non mirandum est: in oculos invadi *nunc* est optimum.

**A.R.T.** Ego pol vivam, et tu isthæc hodie cum tuo magno  
malo

**Invocavisti.** **P.A.** ecquis currit pollinctorem arcessere? 60

**A.R.** Mater, salve. **A.R.T.** sat saluti'st. **P.A.** mortuu'st  
Demænetus.

**Tempus est** subducere hinc me: pulchre hoc gliscit præ-  
lium.

Ibo ad Diabolum, mandata dicam facta, ut voluerit,

Atque interea ut decumbamus suadebo, hi dum litigant.

Post eum demum huc cras adducam ad lenam, ut viginti  
minas 65

*conjugi: hoc est Venerium. Serri, plausum edite, et mihi fundite mulsum de cantharo ob jactum felicem.* **A.R.T.** Non possum durare. **P.A.R.** Si non didicisti arten durandarum vestium fullonicam, non itu miror: est jam opportunum invadere in ejus oculos. **A.R.T.** Per Pollucem ego vivam, et tu invocasti hodie hanc meretricem cum tuo magno damno. **P.A.R.** Ecquis currit ad vocandum unguentarium ferale? **A.R.G.** Mater, ave. **A.R.T.** Sat saluti est. **P.A.R.** De Demæneto actum est, nunc me subducam hinc. Hæc pugna initur pulchre, ibo ad Diabolum, nuntiabo factum sa-  
tis mandatis sicut voluit, et interim auctor ero ut prandeamus, intereadum hi rixan-  
tur. Tandem postea eum adducam ad lenam cras, ut ei numeret riginti minas, ut



Hl. 1. Lgg. C. et plerique Pll. uxor. B. 1. Venereum.—56 Hl. 1. cantaro.—  
57 Non queo B. 1. 2. Hl. 1. Ven. 1. Bon. P.A. Non dedicisti B. 1.—58 Lgg. B. 1.  
2. Hl. 1. Bon. invadi optimum est.—59 B. 1. 2. Hl. 1. et tuis hæc; C. Pl. 3. 4.  
5. 6. et tu is hæc; Ven. 1. Bon. et tu his hæc; Pl. 1. tuis hodie hinc cum; Pl. 2.  
et tuis hodie hoc cum. Acidal. et isthanc, scil. Philenium.—60 Invocasti C. Pl.  
sex, B. 1. 2. Hl. 1. Ven. 1. Bon. et quis currit pol licetorem Pll. pollinctorem Lgg.  
B. 1. accersere B. 1. 2. Hl. Ven. 1. Bon.—61 B. 1. Pll. sex, Hl. 1. Ven. 1. Bon.  
sic saletas; C. Parei 1. 2. al. sat salutis.—62 Tempus subducere B. 1. 2. Hl. 1.  
C. Pll. sex, Ven. 1. Bon. me pulchre: hoc Bon.—64 Hl. 1. et Lamb. dis-  
cumbamus.—65 Poste demum C. Post domum Lgg. Post demum Ven. 1. Bon.

#### NOTÆ

nis; tertius, Basilicus, Regius, Her-  
cules; et quartus, Vulturius. Vene-  
rius erat quando tali quatuor erant  
omnino dissimiles. Canis, quando  
erant omnes simili facie. Hercules,  
quando duo tali una erant facie, et  
duo altera. Vulturius, quando unus  
erat unius faciei, et tres alterius.

57 Non queo durare] Parasitus hæc  
verba Artemonæ rapit in alienum

sensum: se enim impatientem moræ  
esse fœmina dictitat, hic, quasi dicat  
non posse densare pannos, reponit  
eam non didicisse fullonicam; quia  
fullonica durandorum pannorum est.

60 Pollinctorem] Nonins: 'Pollin-  
ctores sunt qui mortuos curant: a ve-  
teri verbo pollincere, mortuum cu-  
rare.' Quasi dicat hoc loco Parasi-  
tus, periit, interiit Demænetus.

Ei det, in parte hac amanti ut liceat ei potirier.

Argyrippus exorari spero poterit, ut sinat

Sese alternas cum illo noctes hac frui: nam ni impetro,

Regem perdid: ex amore tantum est homini incendium.

**A**RT. Quid tibi huc receptio ad te est meum virum? **P**H.

pol me quidem 70

Miseram odio enicavit. **A**RT. surge, amator; i domum.

**D**E. Nullus sum. **A**RT. immo es, ne nega, omnium pol nequissimus.

At etiam cubat cuculus: surge, amator; i domum.

**D**E. Væ mihi! **A**RT. vera hariolare: surge, amator; i domum.

**D**E. Abscede ergo paululum istuc. **A**RT. surge, amator; i domum. 75

**D**E. Jam obsecro, uxor. **A**RT. nunc uxorem me esse meministi tuam?

Modo, cum dicta in me ingerebas, odium, non uxor eram.

**D**E. Totus perii! **A**RT. quid tandem? anima fœtete uxoris tuæ?

**D**E. Murrham olet. **A**RT. jam surripuisti pallam, quam scorto dares?

*Diabolo concedatur amanti Philemio frui ex parte. Spero fore ut Argyrippus possit exorari ut patiatur Diabolum esse cum Philemio alternis noctibus: num nisi obtineo, prcdam nutricium, tantus est ardor amoris in homine. ART. Quare recipis huc meum virum apud te? PHI. Per Pollucem me enecat fastidio. ART. Age surge, amator; i domum. DE. Sum perditus. ART. Immo es omnium scelestissimus, ne nega. At cuculus jacet adhuc: i, surge, amator; i domum. DE. Væ mihi! ART. Vera divinas: expurgisce, amator, i domum. DE. Abscede igitur paulisper istinc. ART. Surge, amator; i domum. DE. Jam obsecro, uxor. ART. Nunc recordaris me esse tuam uxorem? quando inferebas dicta injuriosa in me, eram mox odium, non conjux. DE. Totus perii. ART. Quid tandem? anima uxorius tuæ fœtete? DE. Olet myrrham. ART. Tu surripuisti pallam quam*

*Postea demum hunc edd. quædam vett.—66 Lamb. in partem, contra omnes codd. hac ut amanti liceat potirier B. 1. Hl. 1. potirier C.—67 Agyrippus Lgg.—70 Quid tibi hunc C. Q. t. hanc Ven. 1.—71 M. hodie enecavit B. 1. M. hodie enecabit Hl. 1. Pl. 3. 4. Ven. 1. Bon. M. odio enicabit C. M. enecabit Pl. 1. 6. M. hodie necabit Pl. 2. 5. M. o. enicabit Lgg.—72 Parei 2. ne negato. C. ne nega ornium.—74 Vche mihi B. 1. arilatur in quibusdam libriss.—75 C. paulum.—76 Lgg. esse invenisti tuam.—77 Hl. ingerebas odio.—78 Quid anima*

#### NOTÆ

73 *Cueulus*] Ex Aristotele, est avis Demænetus in alieno cubili deprequæ in nido alieno parit, ova ponit. henditur.

- AR. Ecastor quin surrepturum pallam promisit tibi. 80  
 ART. Non taces? AR. ego dissuadebam, mater. ART.  
 bellum filium!  
 Istoscine patrem æquom mores est liberis largirier?  
 Nihilne te pudet? DE. pol, si aliud nihil sit, tui me, uxor,  
 pudet.  
 ART. Cano capite te cuculum uxor ex lustris rapit.  
 DE. Non licet manere, (cœna coquitur,) dum cœnem  
 modo? 85  
 ART. Ecastor cœnabis hodie, ut te dignum est, magnum  
 malum.  
 DE. Male cubandum est: judicatum me uxor adducit do-  
 mum.  
 AR. Dicebam, pater, tibi, ne matri consuleres male.  
 PH. De palla memento, amabo. DE. juben' hanc hinc  
 abscedere?  
 PH. Immo intus potius: sequere hac me, mi anime. DE.  
 ego vero sequor. 90  
 ART. I domum. PH. da savium etiam prius quam abis.  
 DE. i in crucem.

dares scorto? ARG. Per ædem Castoris quin minatus est se tibi surrepturum pal-  
 lum. DE. Non taces? ARG. Ego dissuadebam, mater. ART. Lepidum filium!  
 Estne æquum patrem communicare istos mores liberis? Nihilne te pudet? DE. Per  
 Pollucem si nihil est aliud, me pudet tui, uxor. ART. Uxor te rapit ex lustris cu-  
 culum capite cano. DE. Non potes modo abstinere maledictis dum cœnem? coqui-  
 tur cena. ART. Per ædem Castoris cœnabis hodie, magnum malum, ut est æquum.  
 DE. Est cubandum male; uxor me adducit domum condemnatum. ARG. Tibi di-  
 cebam, pater, ne afficeres injuria matrem. PHI. Recordare de palla, quæso. DE.  
 Mandasne hanc abscedere hinc? PHI. Immo potius intus: sequere me hac, mi  
 anime. DE. Ego vero sequor. ART. I domum. PHI. Da savium adhuc ante-  
 quam abis. DE. I in crucem.



fætet uxoris Lgg.—79 Mirrham olet Ven. 1. Bon. Mirram olet Hl. 1. Mirra  
 olet B. 1.—80 Ecastor qui Lgg. B. 1. Hl. 1. C. Pl. sex, Ven. 1. Bon. pro-  
 misit sibi B. 1.—83 Nihil nec te B. 1. Nil ne te Lgg. aliud nisi sit Ven. 1.  
 Bon. me pudet Lgg.—84 Lgg. uxor lustris rapit; Parei 2. u. ex lustris domum  
 rapit, contra omnes codd.—86 E. cenabit Pl. 4. ut dignum est Pl. sex, C.  
 Lgg. Hl. 1. B. 1. 2. Ven. Bon. ut dignus est al. ap. Pareum.—87 Bon. indi-  
 catum me, &c. Pl. 6. uxor ducat; Douza abducit.—88 B. 1. pater, ne, &c.  
 omisso pronomine.—90 B. 1. potius sequere hanc: memini unime; Hl. 1. potius  
 sequere hac: memini anime; Ven. 1. etiam anime. Hl. 1. sequar; edd. quædam  
 vett. Ego sequor, omisso τῷ vero.—91 Da suavium Hl. 1. Lgg. priusquam ab iis  
 C. DE. malam crucem edd. quædam vett.

## GREX.

HIC senex, si quid, clam uxorem, suo animo fecit volup',  
 Neque novum, neque mirum fecit, nec secus quam alii  
 solent.

Nec quisquam est tam ingenio duro, nec tam firmo pectore,  
 Quin ubi quicquam occasionis sit, sibi faciat bene.

Nunc si voltis deprecari huic seni ne vapulet, 5  
 Remur impetrari posse, si plausum sic clarum datis.

**GREX.** *Si hic senex facit aliquid quod oblectet animum, clam uxorem, neque facit norum, neque mirum, neque secus quam alii solent. Nec est ullus animo tam duro, nec pectore tam firmo, quin sibi benefaciat, quando aliqua occasio sese offert: nunc si vultis jam deprecari verbera ab hoc sene, arbitramur posse impetrare, si datis plausum perinde clarum, atque ego.*



1 Pll. 1. 2. 3. 6. B. 1. et C. a m. sec. uxore; Hl. 1. uxorem suam. C. Pll. sex, Ven. 1. fecit voluptatis.—4 Quin u. quaque B. 1. siet, sibi faciet.—6 Lgg. posse. Sic plausum clarum; al. si plausum, sic clarum; et sic Pll. sex, et C. a m. pr. si plausum si clarum C. a m. sec. hic plausum B. 1. si plausum clarum Parei 2. al. vett.

## NOTÆ

6 *Sic clarum*] Videtur hoc loco Grex Et edideritis plausum tam clarum et plausum edidisse ipse, ut ipse præiret altum, quam nos edimus. plausui spectatorum: quasi dicat:

# M. ACCII PLAUTI

## A U L U L A R I A.

---

---

### DRAMATIS PERSONÆ.

LAR, *Prologus.*  
EUCLIO, *Senex.*  
STAPHYLA, *Anus.*  
EUNOMIA, *Mulier.*  
MEGADORUS, *Senex.*  
STROBILUS, *Geminus servus.*  
ANTHRAX, } *Coci.*  
CONGRIÖ, }  
PYTHODICUS, *Servus.*  
LYCONIDES, *Adolescens.*  
PHÆDRA, *Puella.*

---

### ARGUMENTUM.\*

SENEX avarus vix sibi credens Euclio,  
Domi suæ defossam multis cum opibus  
Aulam invenit, rursumque penitus conditam

*Euclio senex avarus reperit ollam defossam in suis ædibus plenam multis divitiis, et rursum eam condit penitus exanimatus timore, amens, eam servat, et vix*

\*\*\*\*\*

\* Hoc Argumentum in edd. vett. postponitur sequenti.

1 Hi. 1. 2. credit; B. 2. vix s. credentes. Cod. Vienn. ap. Barth. *Heulio.*  
—2 B. 1. 2. Hi. 1. 2. cum multis; Both. *Defossam multis cum opibus domi suæ.*

### NOTÆ

3 *Aulam]* Festus: ‘Aulas antiqui dicebant, quas nos dicimus ollas, quia

|                                               |    |
|-----------------------------------------------|----|
| Exsanguis, amens, servat. Ejus filiam         |    |
| Lyconides vitiarat: interea senex             | 5  |
| Megadorns, a sorore suasus ducere             |    |
| Uxorem, avari gnatam deposit sibi.            |    |
| Durus senex vix promittit, atque aulæ timens, |    |
| Domo sublatam variis abstrudit locis.         |    |
| Insidias servos facit hujus Lyconidis,        | 10 |
| Qui virginem vitiarat; atque ipse obsecrat    |    |
| Avonculum Megadorum sibimet cedere            |    |
| Uxorem amanti: per dolum mox Euclio           |    |
| Cum perdidisset, aulam insperato invenit,     |    |
| Lætusque natam collocat Lyconidi.             | 15 |

sibi credit. *Lyconides* adolescens, filius Antimachi et Eunomiae, per vim *op-*  
*presserat* Phædriam ejus filiam. *Interea* senex *Megadorus*, suasus ab Eunomia  
*sorore*, matre *Lyconidis*, *ducere uxorem*, petit filium Euclionis avari. *Senex*  
*dificilis* vix spondet: et metuens ollæ, eam auferit domo, et abstrudit in variis  
*locis*. *Strobilus*, servus *Lyconidis* adolescentis qui corruperat virginem Phæ-  
*driam*, struit insidias; atque ipse *Lyconides* rogat *Megadorum* avunculum, ut  
*sibi cedat* virginem quam amat. *Mox Euclio* inrenit insperato ollam quam amiserat  
*per dolum*, et latus collocat *Lyconidi* natam.

---

—5 Hl. 1. a m. sec. *vitiarat*; C. *viciarat*.—7 Ms. Vienn. ap. Barth. Adv.  
**xxxii. 6.** *depescit*.—10 Bothl. *servus hujus facit*.—11 Cod. Vienn. et Hl. 1.  
*atque obsecrat*.—13 Cod. Vienn. *Heuelio*; et sic ubique.—15 Idem codex, *col-*  
*ligat*.

#### NOTÆ

nullam literam geminabant.' *matrimonium.* Sic Græci, ἐκδίδωσι,  
 15 *Collocat*] Ellipsis, pro *collocat in* pro πρὸς γάμον δίδωσι.

#### ARGUMENTUM, UT QUIBUSDAM VIDETUR, PRISCIANI.

|                                                      |   |
|------------------------------------------------------|---|
| <i>AULAM</i> repartam auri plenam Euclio             |   |
| <i>Vi</i> summa servat, miseris affectus modis.      |   |
| <i>Lyconides</i> istius vitiat filiam.               |   |
| <i>Volt</i> hanc <i>Megadorns</i> indotatam ducere : |   |
| <i>Lubenisque</i> ut faciat, dat coquos cum obsonio. | 5 |

*Euclio*, agitatus incredibili sollicitudine, serrat anxie ollam plenam auri, quam  
*inrenit*. *Lyconides* corrumpit ejus filiam: *Megadorus* vult eam ducere sine dote: et  
*ut Euclio* eam det lubenter, dat coquos cum obsoniis. *Euclio* metuit suo auro: abs-

---

1 G. avari plenam; Parei 2. Ald. Junt. Med. Arg. auri plenam domi; sed  
*domi* abest a C. Pl. sex, M. G. H. Hl. 1. 2. B. 1. 2. Ven. 1. Bon. Hinc Bothl.

#### NOTE

2 *Miseris affectus modis*] Ægritudine animi, inquietus, aincus.

*Auro formidat Euclio; abstrndit foris.  
Reque omni inspecta, compressoris servulus  
Id surpit. Illic Euclioni rem refert,  
Ab eo donatur auro, uxore, et filio.*

*trudit foris. Serrulus Lyconidis id surripit, omni re perspecta. Lyconides degit Eunctioni ubi sit aurum. Lyconides donatur ab Euclione auro, uxore, et filio quem pepererat Phædria.*

edidit, avarus plenam auri.—3 *Liconides C. vitiarat* Hl. 1. a m. sec.—6 *Pll. 4. 6. C. abstridit.* C. B. 1. *fores;* G. Lgg. *foras.*—7 *Re omni cod.* Vienn. Hl. 1. 2. B. 1. 2. Lgg. C. Pll. sex, Ven. 1. Bon. Ald. Junt. Med. Arg.—8 *Id subripit* Hl. 1. 2. B. 1. 2. *Id surripit* cod. Vienn.—9 *Ab eo et donatur* B. 1. *et felix* Hl. 1. a m. pr. sed corr. *filio.*

## NOTÆ

8 *Surpit*] Pro *surripit*. Horatius: ‘Quæ me surpuerat mili.’

## ALIUD ARGUMENTUM CAMERARII.

NOMEN Fabulæ inditum a re, quæ negotium et variat, et reddit copiosior rem expositionem. Ea est olla plena auri, reperta ab Euclione in domo paterna. Hujus senis avarissimi et parcissimi filiam, vi noctu adolescens Lyconides compresserat. Itaque instantे partu, cum puellam amaret, et avunculo desponsam esse cognovisset, rem omnem matri indicat; et per hanc impetrat, illa sibi ut nubat. Interea senex de auri custodia delitias facere, et illud tamen amittere: hinc illæ turbæ querelarum, et error confessionis, factæ injuriaæ. Tandem adolescens de servo suo cognoscit, quid de olla sit factum. Atque hactenus Plantina ad nos pervenerunt. Ex proposito autem arguento intelligi potest, tum et aurum redditum seni, et illum animo mutatum fuisse, et dotatam filiam tradidisse Lyconidi. Hæc Codrum persecutum esse accepimus, expositione sua, et illius versus esse, qui vulgo feruntur. Noster quidem Fabricius indicavit quædam Romæ reperta, quibus supplerentur hæc deficiencia: sed ne illa quidem satis Plantina, neque causa, cur adjici vellemus, visa fuit. Proponitur imago sordidæ parsimoniae et morositatis in Euclione. Nam et hoc vitium senile est. Quo ipso quoque indicatur, una cum ætate intelligentiam animi minui. Perverse enim certe fit, ut tnm maxime studeatur rei, cum minime ad usum longi temporis spes relinquatur.

## PROLOGUS.

## LAR FAMILIARIS.

**N**E quis miretur qui sim, paucis eloquar.  
**E**go Lar sum familiaris, ex hac familia,  
**U
**J**am multos annos est cum possideo, et colo  
**P**atrique, avoque jam hujus, qui nunc hic habet:      5  
**S**ed mihi avos hujus obsecrans concredidit  
**T**hesaurum auri clam omnis: in medio foco  
**D**efodit, venerans me, ut id servarem sibi.**

*Lar. Ne quis ignoret quis sim, dicam breviter. Sum Lar domesticus hujus familiæ, ex qua me videtis procedere. Jam multi anni sunt, ex quibus mei juris est, et servatur a me hac familia pro patre et avo hujus hominis qui habitat nunc in ea. Verum hujus avus, additis precibus, mihi commisit thesaurum auri, nemine consecio; et veneratus me illum condidit in medio loco, in quo est focus mihi con-*

---

1 Cod. Vienn. *qui sum*.—2 *Ego sum lar* Hl. 1. et sic citat Priscian. vi. p. 692. Putsch.—3 *Unde et euntem* B. 1. *adspexisti* cod. Vienn.—4 Edd. quædam vett. *multus annus est*, contra omnes codd. *annos quom* Pl. 2. B. 1. *cum colo et possideo* Lgg. et *color* Acidal, et Gœller in editione sua Aululariæ, Coloniæ ad Rhenum, 1825.—5 *Patri avoque* Hl. 1. 2. B. 1. 2. Pl. 1. 4. 6. C. *Patri quoque jam* Pl. 2. *Patrique avoque hujus* Lgg. omisso *jam*. Nonius p. 664. 57. citat, *Patri avove hujus*, &c.—6 *Sed mi avus* Hl. 1. B. 1. 2. et Hl. 2. a m. pr.—7 *Auri thesaurum* H. G. M. Both. 1. 2. *Thensaurum* C. Pl. sex, Parei 2.—

## NOTÆ

1 *Miretur*] Donatus: ‘Veteres ‘miror’ cum ‘unde’ pro ‘nescio’ ponebant; nam admiratio ab ignorantia descendit.’

2 *Lar sum familiaris*] *Lar*, *Hetrusca vox*, quæ ‘principem’ significat. *Familiaris* dicitur, quod sua cuique Lari familia custodienda crederetur. *Græce, Lares, Θεοι κατοικίδιοι, Dii domestici.*

4 *Jam multos annos est*] Pro, *jam multi anni sunt*. Sic vernaculo nostro dicimus, *Il y a plusieurs années*, pro *Ils sont plusieurs années*. Alii putant archaismum esse *multos annos est*, pro

*multus annus est.*

7 *In medio foco*] ‘Focus’ locus erat in mediis ædibus, *Lati sacer*, in quo ignis servabatur jugis. Nec erat id Eucliōni peculiare; nam in omnibus ferme ædibus erat ejusmodi focus. In hunc injecit Mutius manum dexteram apud Porsenam *Hetruscorum regem*, qua combusta, coactus uti sinistra, dictus est ‘*Scævola*,’ quasi ‘*Scævola vola*’.

8 *Venerans*] Id est, orans. Horatius: ‘*Ac venerata Ceres, ut culmo surgeret alto.*’ Id est, orata.

Is quoniam moritur, ita avido ingenio fuit,  
Nunquam indicare id filio voluit suo : 10  
Inopemque optavit potius eum relinquere,  
Quam eum Thesaurum commonstraret filio.  
Agri reliquit eii non magnum modum,  
Quo cum labore magno, et misere viveret.  
Ubi is obiit mortem, qui mihi id aurum credidit,  
Cœpi observare, ecqui majorem filius 15  
Mihi honorem haberet, quam ejus habuisset pater.  
Atque ille vero minus minusque impendio  
Curare, minusque me impartire honoribus.  
Item a me contra factum est : nam item obiit diem. 20  
Is ex se hunc reliquit, qui hic nunc habitat, filium  
Pariter moratum, ut pater avusque hujus fuit.  
Huic filia una est : ea mihi cotidie  
Aut thure, aut vino, aut aliqui semper supplicat :

*secratus, ut illum sibi custodirem : quanquam ille migrat e vita, tamen est animo tam avaro, ut nunquam voluerit ostendere filio suo, et maluerit eum relinquere egenum, quam illi detegere eum thesaurum. Ei reliquit agrum non magnum quo viam toleraret difficile et moleste. Quando is qui mea fidei commisit hoc aurum, functus est suto, capi videre utrum ejus filius mihi deferret majorem honorem quam ejus pater detulisset. At vero ille cœpit me honorare minus minusque multo, et impendere minus reverentiae. Contra ego fui talis adversus eum, qualis fuit adversus me : mortuus est etiam, et reliquit ex se hunc filium, qui manet nunc hic, similibus moribus instructum, atque fuit hujus pater et avus. Hic habet unam filiam Phædriam. Ea mihi offert semper singulis diebus aut thus, aut vinum, aut alia*



9 *Is quando Hl. 2. B. 1. 2. Pll. 1. 2. 3. 5. 6. Ven. 1. Bon. Med. Ald. Junt. Arg. 3. Gœller. Is quom Lgg. Is qm C. Pl. 4.—10 B. 1. id voluit filio, τῷ suo omisso.—11 Inopem optavit cod. Vienn.—12 Quam id thes. cod. Vienn. commonstrare Pl. 6. Vienn. Gœller. commonstraret Pl. 1.—13 B. 1. 2. Hl. 1. 2. ei non.—14 Qui cum Lgg. Bothe 1. 2. et Gœller.—16 Hl. 1. 2. B. 1. et edd. vett. ecquid ; Pll. 2. 3. ecqui, ut corredit J. Gul. Quæst. in Aul. cap. 1. et qui C. observare qui majorem Lgg. Nonius p. 666. 13. citat, et quidem majorem filium Mihi honorem habere. Guelph. quam ejus.—18 Hl. 1. vero minusque imp. minus.—19 Nonius p. 556. 53. citat, minusque impetrare ; et sic Lgg.—20 Hl. 1. a m. sec. et Lgg. nam idem. C. Pll. 2. 4. die.—21 Cod. Vienn. filius.—22 Nonius p. 690. 33. citat, ut pater atque avus ejus fuit.—24 Vienn. B. 2.*

## NOTÆ

13 *Agri . . . modum]* Agri mensuram, agrum. Horatius : ‘Hoc erat in votis : modus agri non ita magnus.’ genus honoris, utpote quod Diis unus defertur. Virgiliius, ‘Perfecto lætus honore,’ id est, sacrificio.

17 *Honorem]* ‘Honor’ hic de sacrificio, quod est præstantissimum 24 *Aut thure, aut vino]* Laribus nihil offerebatur, nisi quod vita careret ;

|                                                  |    |
|--------------------------------------------------|----|
| Dat mihi coronas : ejus honoris gratia           | 25 |
| Feci, thesaurum ut hic reperiret Euclio,         |    |
| Quo eam facilius nuptum, si vellet, daret.       |    |
| Nam compressit eam de summo adolescens loco.     |    |
| Is scit adolescens quæ sit, quam compresserit :  |    |
| Illa illum nescit, neque compressam autem pater. | 30 |
| Eam ego hodie faciam, ut hic senex de proximo    |    |
| Sibi uxorem poscat : id ea faciam gratia,        |    |
| Quo ille eam facilius ducat, qui compresserat.   |    |
| Et hic qui poscet eam sibi uxorem senex,         |    |
| Is adolescentis illius est avunculus,            | 35 |
| Qui illam stupravit noctu, Cereris vigiliis.     |    |
| Sed hic senex jam clamat intus, ut solet.        |    |
| Anum foras extrudit, ne sit conscia.             |    |
| Credo aurum inspicere volt, ne surreptum siet.   |    |

*munera: mihi imponit sertæ. Effeci ejus famæ causa, ut hic Euclio thesaurum inveniret, ut eam colloquaret liberalius, si liberet. Nam juvenis in primis nobilis eam compressit. Is juvenis novit quam compresserit: illa illum ignorat, et pater nescit eam fuisse compressam. Ego perficiam hodie ut hic senex vicinus eam petat sibi conjugem. Id efficiam idcirco, ut ille qui compressit eam, ducat lubentius: et hic senex qui eam petet sibi conjugem, est avunculus illius juvenis qui illi rituum intulit noctu in vigiliis Cereris. Verum hic senex vociferatur jam domi pro more suo. Ejicit foras anum, ne sit conscia thesauri a se inventi. Puto gestit visitare aurum, ne fuerit ablatum furto.*

\*\*\*\*\*

*aut aliquid; B. 1. Hl. 1. 2. aut aliquo.—27 Quo illam C. Pl. 4. Both. 1. 2. Quo ille eam Pil. 1. 2.—30 Vienn. compressum autumat; Lgg. etiam autumat.—31 Eam deest in Vienn. de proxumo B. 1.—31 B. 1. poscit.*

#### NOTÆ

qualia sunt thus, vinum, coronæ, flores, et alia. ‘Supplicare’ antem est verbum rebus sacris consecratum exprimendis.

36 *Cereris vigiliis*] Vigiliae Cereris agitantur noctu, et amota omni

luce a mulieribus jejuniis: quod quidem flagitiis dabat locum. Unde Plantinam prudentiam in fingendo videre licet. Vocabantur hæc sacra Θεσμοφόρια.

## ACTUS PRIMI SCENA PRIMA.

EUCLIO, STAPHYLA.

Eu. EXI, inquam, age exi: excundum hercle tibi hinc esto foras,  
 Circumspectatrix cum oculis emissitiis,  
 St. Nam cur me miseram verberas? Eu. ut misera sis,  
 Atque ut te dignam mala malam ætatem exigas.  
 St. Nam qua me nunc causa extrusisti ex ædibus? 5  
 Eu. Tibi ego rationem reddam, stimulorum seges?  
 Illuc regredere ab ostio: illuc sis: vide, ut  
 Incedit. At scin' quo modo tibi res se habet?  
 Si hodie hercle fustem cepero, aut stimulum in manum,  
 Testudineum istum tibi ego grandibo gradum. 10  
 St. Utinam me Divi adaxint ad suspendium

*EUCL. Egredere, inquam, age egredere: per Herculem tibi exceedendum est foras hinc, o speculatrix cum oculis curiosis. ST. Quare me cedis infelicem? EUCL. Ut sis infelix, atque ut trahas ægram senectutem dignam te, scelestæ. ST. Quoniam obrem me ejecisti nunc domo? EUCL. Tibi afferam causam jam, seges ubrorum? Abi illuc ab ostio: illuc si vis: vide ut tergiversatur. At scisne quo pacto res tuæ se habent? Per Herculem si arripiuero baculum hodie, aut nervum in manum, ego productiores efficiam tuos istos passus tardos. ST. Utinam Dii me compellant ad*

1 Both. et Gæller delect *hinc et foras*, legentes *hercle est tibi*; et sic Lgg.  
 —2 *Circumspectatrix misiciis* Lgg. *emissiciis* B. 1. C.—3 *Nam me cur* C. a m. pr.—5 *Nam me qua causa* C. Parei 2. *nunc deest etiam in* Lgg. *Nam qua nunc me* Pl. 3. *Nam me causa* Pl. 6. *Nam qua nunc causa* edd. quædam vett. *Nam me qua nunc al. ex his ædibus* Hl. 1. *his ex ædibus* Hl. 2. B. 2. *extrusisti his adibus* B. 1.—6 *Tibin ego* B. 1. *reddam rationem* Hl. 1.—8 Hl. 1. *se habet se.* Lgg. *nodo res.*—9 Voc. *hercle deest in* C. a m. pr. et *hodie non legitur in* Lgg.—10 B. 1. *tibi hodie grandibo;* Lgg. et C. *tibi ego gradibo;* et sic edidit Parens; *grandibo* Pll. sex, Hl. 1. 2. B. 2. et edd. vett.—11 Vett.

## NOTÆ

2 *Oculis emissitiis*] ‘Emissitii’ dicuntur oculi, quasi ad explorandum missi. Sic et sagarum beneficiorum, que oculi dicuntur ‘emissitii,’ quasi nonnulli emitant quo inficiantur ea in quæ conjiciuntur. In vetulas autem, qualis est Staphyla, vulgo cadit suspicio veneni.

4 *Mala ætas*] ‘Mala ætas’ se-

nectus, ‘bona et pulchra’ juventus dicitur.

6 *Stimulorum seges*] Id est, digna in ejus corpore perpetuo defigantur stimuli, ut segetes defiguntur in agro.

11 *Adaxint*] Pro ‘adegerint,’ vetus præteritum, ‘ago, axi,’ pro ‘egi’ heteroclitio. Festus: ‘Axitosi facti-

Potius quidem, quam hoc pacto apud te serviam.  
**Eu.** At ut scelestā sola secum murmurat !  
 Oculos hercle ego istos, improba, effodiam tibi,  
 Ne me observare possis, quid rerum geram. 15  
 Abscede: etiam nunc : etiam nunc : etiam : ohe !  
 Istic astato : si hercle tu ex istoc loco  
 Digitum transversum aut unguem latum excesseris,  
 Aut si respexis, donicum ego te jussero,  
 Continuo hercle ego te dedam discipulam cruci. 20  
 Scelestiorem me hac anu certe scio  
 Vidisse nunquam: nimisque ego hanc metuo male,  
 Ne mihi ex insidiis verba imprudenti duit,  
 Neu persentiscat, aurum ubi est absconditum :  
 Quæ in occipitio quoque habet oculos, pessuma. 25  
 Nunc ibo ut visam, est ne ita aurum ut condidi,  
 Quod me solicitat plurimis miserum modis.

*funem potius quidem, quam ministrem tibi hoc modo. EUCL. Sed quomodo nefaria secum commurmurat sola ! Nequam, per Herculem ego tibi eruam istos oculos, ne valeas me explorare, quid faciam. Abi: etiam nunc : etiam nunc : etiam. Ohe ! consiste istic. Per Herculem si tu processeris ex isto loco, vel transversum digitum, vel latum ungnem, aut si retro conjecteris oculos usquedum ego tibi mandaro, per Herculem ego te reddam statim discipulam cruci. Intelligo certe me nunquam vidisse nequiores hac anu : et ego pertimesco magnopere, ne me decipiat insidiosus imprudentem, neu subodoretur quo in loco aurum est occultum : hæc habet oculos in occipitio etiam nequissima. Nunc proficiscar ut visam utrum aurum sit sicut abscondi, quod me solicito animo esse cogit magnopere miserum. ST. Per Castorem*

-----  
 ap. Gøller, Ald. Junt. adassint.—12 *Potiusq; quidem B. 1.*—16 Verba etiam nunc desunt in C. Pll. 3. 5. et ohe Hl. 1. ohe nunc Donza, Acidal. Gøller. *Abscede !-etiam nunc !-etiam nunc !* STA. Etiamne ? EU. Ohe Both. 1. 2.—17 *Istic adesto Hl. 1. 2. B. 1. 2. H. M. Pll. sex, Ven. 1. Bon. Ald. Junt. Med. 2. Arg. 3. al. vett. atlasto C. Istuc adesto G. etiam nunc Istic at asta, istoc loco Lgg.—18 Ald. Dignum. Lgg. transversum .... excedes ; al. ap. Lang. delent excesseris.—19 *Aut si respexeris Hl. 1. 2. B. 2.*—22 Hl. 1. 2. B. 1. *hanc ego. Hl. 1. metuo malum.*—26 Edd. quædam vett. Douz. et Gøller, *sit ne ; Pl. 6. est ne aurum. Hl. 1. B. 2. ut condidit.*—27 ‘Hunc versum inter et sequentem*

#### NOTÆ

osi dicebantur, cum plures una quid agerent, facerentque. ‘Axit’ autem antiquos dixisse, pro ‘egerit,’ manifestum est. Unde ‘Axites’ mulieres, sive Dii, dicebantur una agentes.’

17 *Astato*] Id est, stato : ‘adora-

re’ passim pro ‘orare.’

18 *Digitum transversum*] *La largeur du doigt.*

20 *Discipulam cruci*] Id est, Pendebis a cruce, ut discipula a magistra, quæ te doceat literas, et unam maxime, nempe L.

ST. Nec nunc mecastor quid hero ego dicam meo  
Malæ rei evenisse, quainve insaniam,  
Queo comminisci: ita miseram me ad hunc modum      30  
Decies die uno sæpe extrudit ædibus.  
Nescio pol quæ illunc hominem intemperiæ tenent;  
Pervigilat noctes totas: tum autem interdius  
Quasi claudus sutor domi sedet totos dies.  
Neque jam quo pacto celem herilis filiæ      35  
Probrum, propinqua partitudo cui appetit,  
Quo comminisci: neque quicquam melius est mihi,  
Ut opinor, quam ex me ut unam faciam literam  
Longam, meum laqueo collum quando obstrinxero.

*nec ego possum assequi animo nunc quid malî acciderit meo hero, et quæ recordia præcipitem agat: videlicet me ita ejicit ex ædibus miserum persæpe decies intra unum diem. Non capio per Pollucem quæ amentia incitet illum hominem. Agit insomnis totas noctes. Tum autem interdiu, quemadmodum claudus sutor, sedet domi totis diebus. Nec possum fingere animo qua ratione occultem dedecus filiæ heri mei, cuius partus janjan adest. Neque est quicquam mihi satius, ut existimo, quam ut faciam ex me unam literam longam, quando inseruero laqueo meum collum.*

Gul. Quæst. in Aul. c. 1. ista inculcabit, quæ tanquam ad hanc fabulam pertinentia laudantur Nonio, et Fragmentis a me inserta snt: *Nec nocte nec diu quietus unquam eam (l. eram) nunc dormiam. Hujus ea loci non esse, vel metrum est indicio.* Bothe.—28 *Nec nunen ecastor* Pll. 1. 2. 4. B. 2. *me ecastor* Hl. 1. 2. B. 1. *Non enim mecastor Parei* 2. al. vett. *Noe num mecastor* C. *Non num mecastor* C. a m. sec. *Non enim ecastor* Lgg. et sic Gul. e membranis; *Ne nunc mecastor* H. a m. pr. et G. *Nec nunc mecastor* Pll. 3. 5. *Nenun mecastor* Gœller.—30 B. 1. Lgg. H. *ita me miseram.*—31 G. M. *extrusit.*—32 B. 1. *qua illum h. in temperie.*—36 Hl. 1. *paritudo, et in marg. partitudo.*—38 Palmer. Spicileg. p. 671. conj. *ut uvam faciam, h. e. pensilem.*—39 *Longum laqueo collum* B. 1. Hl. 1. a m. sec. *Longam laqueo collum* Pll. sex, C. Lgg. Ald. Junt. al. vett.

## NOTÆ

38 *Literam Longam*] *I* intelligit, quod suspendio mortua repræsentabit Staphyla.

## ACTUS PRIMI SCENA SECUNDA.

EUCLIO, STAPHYLA.

EU. NUNC defæcato demum animo egredior domo,  
Postquam perspexi salva esse intus omnia.

EUCL. Postquam animadverti cuncta esse bene constituta domi, nunc exeo foras

Redi nunc jam intro, atque intus serva. ST. quippini  
Ego intus servem? an ne quis ædes auferat?

Nam hic apud nos nihil est aliud quæsti furibus: 5  
Ita inaniis sunt oppletæ atque araneis.

EU. Mirum quin tua nunc me causa faciat Juppiter  
Philippum regem aut Darium, trivenefica.

Araneas mihi ego illas servari volo.

Pauper sum, fateor, patior: quod Di dant fero. 10

Abi intro, occlude januam: jam ego hic ero.

Cave quenquam alienum in ædis intromiseris.

Quod quispiam ignem quærat, extingui volo,

*mente tandem quieta. Repete nunc jam domum, atque custodi quæ sunt intus.*

ST. Quid ego custodiam? An ne quis auferat domum? Etenim fures habent nihil aliud quod auferant hinc a nobis, tam ædes sunt plenæ inanitate et aruncis.

EUCL. Veneficarum exitiosissima, mirum quod Jupiter me non faciat tui gratia Philippum Regem, aut Darium. Ego cupio mihi custodiri illas araneas: sum inops, non diffiteor: patienter fero: quod Dii dant, accipio. Ingredere, junge januam, ego ero jam hic. Vide ne reperis dominum quenquam alienum. Quoniam



1 Nunc defecato C. domum M.—2 Postquam conspexi cod. Vienn. ap. Barth. Adv. xxxviii. 8.—3 Quippe nihil idem codex et Hl. 2. Quippe nil Hl. 1. B. 1. 2. M. H. G. Ven. 1. Bon. Med. 2. Arg. 3. Ald. Junt. Both. 1. 2. Gœller. —5 Voc. aliud deest ap. Non. p. 736, 26, questi C.—6 Ita inanis Hl. 1. Lgg. aragneis Vienn.—7 Lambinus tua me, omisso τῷ nunc; et sic H. ap. Both. causa me faciat B. 1. me deest in Arg. 3. nunc servant Hl. 1. 2. B. 1. 2. Vienn. C. Pl. sex, Ven. 1. Bon. Ald. Junt. Med. 2. Arg. 3.—8 Daretum Lgg.—9 Hl. 1. B. 2. mihi illas.—12 Hl. 1. 2. B. 2. G. in ædes; Vienn. mihi ædes.—13 Quid si quispiam i. quærit? Eu. Extingui Hl. 1. B. 1. 2. Lgg. M. Ven. 1. Bon. Med. 2. Ald. Junt. Arg. 3. Quod si quispiam i. quærit? Eu. E. volo Pl. sex, H. Hl. 2. Quod quispiam i. quærat, e. v. C. et Vienn. Quid si quisquam i. quærit

#### NOTÆ

1 *Defecato*] Quemadmodum facibus infuscatur vinum, aut alind quidvis liquidum; sic mens curis, metu, et quovis cupiditatis metu. Quæ fæces si resederint, liquidum vinum, pellucidum, quietumque fit.

5 *Quæsti*] Pro ‘quæstus.’

6 *Inaniis*] Inaniae, inaniarum, pro ‘inanitate.’

8 *Trivenefica*] Mulieres ejusmodi vocabantur sagæ, simulatrices, μορφωτραι, fictrices, veratrices.

9 *Araneas servari*] Boni ominis esse arbitrabantur veteres, si aranea ab superioribus filo suo coram descendere.

10 *Patior*] Magni animi vox, et supra vires Euclionis. Cic. ‘Quis enim non laudet patientia paupertatis ornatos?’ Seneca: ‘Cui cum paupertate bene convenit, dives est. Non qui parum habet, sed qui plus enpit, pauper est. Modus divitiarum primus est, habere quod necesse est; proximus, quod sat est, id est, commodum.’

Quod Di] Hesiodus: Μηδέ ποτ’ οὐλομένην πενίην θυμοφθόρον ἀνδρὶ Τέθλαθ’ ὄνειδίσειν μακάρων δόσων αἰὲν ἐδύτων. Ne cui pauperiem savam, pestemque animalium Objicito, ut proprium: namque est donum illa Deorum.

- Ne causæ quid sit, quod te quisquam quaerit. 15  
 Nam si ignis vivet, tu extingue extemplo.  
 Tum aquam aufugisse dicio, si quis petet.  
 Cultrum, securim, pistillum, mortarium,  
 Quæ utenda vasa semper vicini rogant,  
 Fures venisse, atque abstulisse dicio.  
 Profecto in ædes meas me absente neminem 20  
 Volo intromitti; atque etiam hoc prædico tibi,  
 Si Bona Fortuna veniat, ne intromiseris.  
**St.** Pol ea ipsa credo ne intromittatur cavit:  
 Nam ad ædis nostras nusquam adiit, quanquam prope est.  
**Eu.** Tace, atque abi intro. **St.** taceo, atque abeo. **Eu.**  
 occlude sis 25  
 Fores ambobus pessulis: jam ego hic ero.  
 Discrucior animi, quia ab domo abeundum est mihi.  
 Nimis hercle invitus abeo: sed quid agam, scio.

sunt qui querant ignem, rolo extingui, ne sit quicquam quo quiris te conveniat. Nam si ignis vital, tu morieris e vestigio. Si quis postulet aquam, dic eam aufugisse. Dic fures venisse, et furatos fuisse cultrum, securim, pistillum, mortarium, vasa quæ vicini petunt ut plurimum commodato. Sane cupio nullum excipi domum meam, me absente. Etiam id tibi mundo, si bona Fortuna sese offerat, ne receperis. **St.** Per Pollucem puto quod ea ipsa metuit ingredi: etenim nunquam subiit ædes nostras, tametsi vicina est. **Eucl.** Sile, et ingredere. **St.** Silco, et abeo. **Eucl.** Jungi, si vis, januam utroque pessulo. Mox ego ero hic. Angor animo, quia mihi excedendum est domo: per Herculem magnopere invitus profiscor, ve-

G.—14 *Nec Hl. 1. quo te vet. cod. Meurs.*—15 Lgg. et ed. Carpent. *tu extingue extemplo;* C. et Pll. sex etiam, *extemplo;* Hl. 1. *ex templo.*—16 *Tu aquam* Lgg. *aufugisse.* STA. *Dicito, &c.* B. 1. a m. sec.—17 STA. *Cultum securum* B. 1. a m. pr. STA. *Cultrum securim* B. 1. a m. sec. et Lgg. *pistillum* C. et Parei 2. *pistillum* sex Pll. Hl. 1. 2. B. 1. 2.—18 Lgg. *rogitant.*—19 *Furem* Vienn.—20 *P. in adibus meis* H. M. G. Hl. 1. 2. B. 1. 2. Vienn. Ven. 1. Bon. Med. Ald. Junt. Arg. 3. al.—21 Hl. 1. 2. B. 1. 2. *atque hoc etiam.*—22 G. *veniet;* M. *venerit.*—21 *Nam ad ædes* Hl. 1. 2. B. 1. 2. *proposit* Hl. 1. 2. Pl. 6. M. *est deest* Pll. 1. 2. 3. 4. 5. G. H. B. 1. 2. Ven. 1. Bon. Ald. Junt. al. vett. *quoquam* G. *quaquam* Pl. 1. teste Gronovio, Ald. Junt. Arg. 3. *nunquam adit* *quaquam prope* Lgg. unde Gronov. conj. *nunquam adit quaquam prope;* Both. *nunquam adit quaquam prope.*—28 C. *si quid;* Barth. Adv. xxviii. 8. legit,

## NOTÆ

22 *Bona Fortuna]* Plures Fortunas adorabant veteres, in quibus erat Bona, quæ nec gravis, nec inconsueta, seu æstuaria dicitur: hæc τύχη εὐπίτιος.

24 *Quanquam prope est]* Fortunæ templum non longe aberat ab Euclione: quod videtur innuere Staphyla.

Nam noster nostræ qui est magister curiæ,  
Dividere argenti dixit nummos in viros: 30  
Id si relinquo, ac non peto, omnes illico  
Me suspicentur, credo, habere aurum domi.  
Nam non est verisimile, hominem pauperem  
Pauxillum parvi facere, quin nummum petat.  
Nam nunc quom celo sedulo omnes, ne sciant, 35  
Omnes videntur scire, et me benignius  
Omnes salutant, quam salutabant prius.  
Adeunt, consistunt, copulantur dexteras:  
Rogitant me ut valeam, quid agam, quid rerum geram.  
Nunc quo profectus sum ibo, postidea domum 40  
Me rursum, quantum potero, tantum recipiam.

*rum id agendum est: etenim magister nostræ curiæ monuit se divisurum esse pecuniam viritim. Si id negligo, ac non accipio, quilibet statim me suspicabuntur, ut puto, habere aurum in cælibus: nam non est verosimile hominem inopem adeo parvipendere pauxillum, ut non petat nummum. Sane cum nunc video diligenter ne quis sciat, omnes videntur scire, et omnes me salutant humanius quam salutabant ante. Accedunt, consistunt, jungunt dexteras, sciscitantur a me quomodo valeam, quid agam, quid rei faciam. Jam ibo quo profectus sum, deinde revertar ad ædes rursum quam celerrime potero.*

---

'st! quid.—30 Ascon. ad Cic. Verr. I. 8. *argenti nummos dixit.*—32 *Ne suspicent Vienn.*—34 Acidal. et Gæller, *nummum pro genitivo;* B. 1. etiam *nummum;* C. *qui nūm.*—40 C. Lgg. Pll. 3. 4. 6. Vienn. Ven. I. Bon. Med. 2. Ald. Junt. Arg. 3. al. vett. *post idem;* Pll. 1. 2. 5. Hl. 1. *post itidem;* al. *post item.*—41 Vienn. *recipio.*

## NOTÆ

29 *Nostræ magister curiæ]* Populus Romanus dividebatur in tribus, et quæque tribus in curias, quibus erat suus magister, qui curaret, dirigeret, tribueret. Quanquam Græcum est argumentum, et Græca scena, more

Romano loquitur Plautus. Triginta sex curiæ erant Romanorum. Græcis τριττάρχαι vocabantur magistri curiæ, et τριττὸς, tribus. Magister curiæ, Ciceroni, ‘curio.’

30 *In viros]* Κατ' ἄνδρα, viritim.

## ACTUS SECUNDI SCENA PRIMA.

EUNOMIA, MEGADORUS.

EU. VELIM te arbitrari me hæc verba, frater,

EUN. Volo te in animum inducere hoc, frater, videlicet me proferre hæc verba

Meæ fidei, tuæque rei hoc causa  
 Facere, ut æquom est germanam sororem.  
 Quanquam haud falsa sum, nos odiosas haberi.  
 Nam multum loquaces merito omnes habemur,      5  
 Nec mutam profecto repertam ullam esse  
 Hodie dicunt mulierem ullo in sæculo.  
 Verum hoc, frater, unum tamen cogitato,  
 Tibi proxumam me, mihiique item esse te.  
 Ut æquom est, quod in rem esse utrius arbitremur,      10  
 Et mihi te, et tibi me consulere et monere:  
 Neque occultum id haberi, neque per metum mussari,  
 Quin participem pariter ego te, et tu me ut facias.  
 Eo nunc ego secreto te huc foras seduxi,  
 Ut tuam rem ego tecum hic loquerer familiarem.      15  
**ME.** Da mihi, optuma foemina, manum. **EU.** ubi ea est?  
 quis ea

*meæ fidei gratia et tua utilitatis, sicut par est facere sororem germanam: tametsi non me fugit nos esse odio. Nam jure pulamur omnes verbosiores esse, et sane dicunt hactenus nullam mulierem esse repertam mutant in ullo sæculo. Attamen, frater, recordare hoc unum, me tibi esse proximam genere, et te sic mihi esse similiter. Est par, et te mihi consulere, et me tibi, et monere corum quæ existimamus vertere in commodum alterutrius. Neque oportet haberi illud occultum, neque per metum taceri, quo minus te faciam illius participem, et tu me facias pariter. Ego te seduxi foras clam, ut ego dissicerem tecum hic de tua re familiari. ME. Cedo mihi manum, optima foemina. EUN. Ubi est illa? Quenam est quæ est*

\*\*\*\*\*

1 Herman. Doctr. Metr. p. 307. et Gæller, *med hæc.*—2 *Meai fidei, tuaque* iidem. *hoc deest in B. 1. 2. Hl. 1. 2. Pl. 5. C. a m. pr. Lgg. et Lips. Ed. Carpent. et al. vett. rei quicquid hoc est; Ald. Junt. *hoc vel hoc.* Al. *hæc, vel hac.*—3 *Causa f. ut ut æquom' st* Hl. 1. 2. B. 1. 2. Ven. 1. Bon. Ald. Junt. Med. 2. Arg. 3. Gæller.—5 Passer. *multiloquaces;* C. *Pll. sex,* Hl. 1. 2. B. 1. 2. Ven. 1. Bon. al. vett. *multum loquaces.*—7 C. *in slo.* Post hinc vs. libri mulierem addunt, teste Gæller.—8 V. *hoc tamen unum frater cogitato* Hl. 1.—9 Gæller, *esse item te.*—10 *Ita æquum* edd. quædam vett. contra omnes codd.—11 C. omittit pronomen *me.*—12 *Neque id occultum* M. G. *Neque o.* *id h. tibi* Herman. et Gæller.—14 Gæller, *foras te huc.*—15 Pll. 4. 6. Hl. 1. a m. sec. Ald. Junt. al. vett. *familiariter.*—16 *Hem da mihi* Herman. et Gæl-*

#### NOTÆ

5 *Multum loquaces]* Alii *multiloquaces*, uno verbo, quod πολύλαλος Græce. Ammian. lib. xxii. utitur voce ‘*multilaodus*,’ i. e. multorum laude dignus.

12 *Mussari]* Nonius: ‘Mussare est hominum occulta et depressa voce

loquentium quod celatum velint.’ Ennius: ‘Namque decet mussare bonos.’ Festus: ‘Mussare tractum a multis, qui cum dicere conantur aliquid, ‘mu’ tantum proferunt.’

16 *Quis ea Est nam]* Pro, quænam ea est.

Est nam optuma? ME. tu. EU. tune ais? ME. si negas,

Nego. EU. deceat te equidem vera proloqui.

Nam optuma nulla potest eligi: alia alia

Pejor, frater, est. ME. idem ego arbitror, nec tibi 20

Adversari certum est de istac re unquam, soror.

EU. Da mihi operam, amabo. ME. tua est; utere

Atque impera, si quid vis. EU. id quod in rem tuam

Optimum esse arbitror, te id admonitum advento.

ME. Soror, more tuo facis. EU. facta volo. ME. quid  
est id, 25

Soror? EU. quod tibi sempiternum salutare

Sit procreandis liberis, ita Di faxint,

Volo te uxorem domum ducere. ME. hei occidi!

*optima? ME. Tu. EUN. Tune dicis? ME. Si negas, nego. EUN. Projec-*  
*to oportet te dicere verum; nam nulla potest eligi optima; alia est alia deterior, fra-*  
*ter. ME. Ego arbitror idem, nec volo tecum contendere de ista re unquam, soror.*  
*EUN. Da mihi operam, rogo. ME. Mea opera est tua. Utere, atque jube, si*  
*vis, aliiquid. EUN. Venio te admonitum ejus quod existimo esse optimum in tuum*  
*commodum. ME. Agis tuo more, soror. EUN. Volo facta. ME. Quid est id,*  
*soror? EUN. Quod sit tibi salutare in perpetuum procreandis liberis, Dü sic*  
*faciunt, volo te ducere uxorem domum. ME. Hei occidi! EUN. Quare? ME.*

Ier. EU. Ubi east C.—17 Quis ea est Hl. 1. 2. B. 1. 2. si negas nego C. Hl. 1.  
 2. B. 1. 2. Ald. Junt. al. vett.—18 Decet equidem Hl. 1. 2. B. 1. 2. Pll. 5. 6.  
 Dedeceat equidem Pl. 1. Decet quidem Pl. 3. G. M. Nocet enim Pl. 4.—19 Nam  
 nulla Gæller, omissa voce optima.—20 Alia alia pejor Hl. 1. 2. B. 1. 2. Ven. 1.  
 Bon. Ald. Junt. al. vett. est frater Lgg. Hl. 1. Verba nec tibi desunt in G.  
 Both. 1. 2. nec me tibi Gæller.—21 Adversarier B. 1. Lips. Gæller. Adversari  
 Lgg. nunquam G. nunquam Lgg. soror, quid vis? Hl. 1. 2. B. 1. 2. H. G. M.  
 Pll. sex, Ven. 1. Bon. Med. 2. Ald. Junt. al. vett.—22, 23 Hl. 1. tuast m. utere  
 atque imperassis si quid vis; B. 1. tu ast utere atque imperassis; Lips. impera  
 sis; G. M. utere, eloquere atque; Pll. plerique, tu astute re atque imperassis;  
 M. impetrassis.—24 B. 1. te monitum; Hl. 1. a m. sec. id te admonitum;  
 Gæller, ted id admonitum; Pll. 1. 2. 4. 6. C. G. te id monitum; M. H. te  
 monitum; Both. 1. 2. ted admonitum.—25 Gæller, tuo facis more. C. facto;  
 Douza et Gæller factum.—26 Voc. salutare deest in Lips.—27 G. H. C.  
 Pll. sex, Hl. 1. B. 1. liberis procreandis. Mox, Douza, ME. Ita Di faxint.

#### NOTÆ

26 *Salutare*] Antequam dicat quod sequitur, procreandis liberis. Eunomiae Megadorus dicit, ita Di faxint: et continua oratione dicit Eunomia, Volo te uxorem domum ducere. Quasi sit: quod tibi sempiternum salutare sit. ME. Ita Di faxint. EUN. Procreandis liberis volo te uxorem ducere domum.

27 *Ita Di faxint*] Subjicienda fausta precatio responsio.

28 *Uxorem ducere*] Sine addito idem significat ac 'ducere uxorem'

.EU. Quid ita? ME. quia mihi misero cerebrum excutiunt  
Tua dicta, soror: lapides loqueris. EU. heia, hoc face,<sup>30</sup>  
Quod te jubet soror. ME. si lubeat, faciam. EU. in  
rem

Hoc tuam est. ME. ut quidem emoriar, priusquam ducam.  
Sed his legibus, si quam dare vis, ducam: quæ  
Cras veniat, perendie foras feratur, soror.

His legibus quam dare vis, cedo, nuptias adorna. <sup>35</sup>

EU. Quam maxuma possum tibi, frater, dare dote:

Sed est grandior natu: media est mulieris ætas.

Eam si jubes, frater, tibi me poscere, poscam.

ME. Num non vis me interrogare te? EU. immo si quid  
vis, roga.

*Quia tua verba, soror, mihi excutiunt cerebrum misero; loqueris salsa. EUN. Eia, fac id quod tibi suadet soror. ME. Si lubeat, faciam. EUN. Id cedet in tuum commodum. ME. Cedet in meum commodum, si peream, antequam ducam. Sed si vis dare aliquam, eam ducam his legibus, nempe que veniat cras, perendie feratur foras, soror: da mihi quilibet ea lege, instrue nuptias. EUN. Possum tibi dare, frater, cum quam maxima dote: sed est grandior natu. Ætas mulieris est media, eam petam, si vis me petere pro te, mi frater. ME. Visne te a me interrogari? EUN. Immo interroga, si vis, aliquid. ME. Qui dicit uxorem domum*



EU. Volo te, &c.—28 *Heia occidi* C.—29 Hl. 1. a m. pr. *quia misero*.—31 Lgg. Pll. sex, G. M. Hl. 1. 2. B. 1. *Si jubeat faciam*; et sic Douza.—33 *His legibus sed si* Gæller. Hic vs. deest in Lips. G. H. Med. Ald. Junt. Arg.—34 Hl. 1. B. 1. *periude*.—36 *Quam maximam* B. 1. 2. Pll. 1. 2. 3. 5. 6. Ven. 1. Bon. al. vett. *Quam maxima* al. ap. Pareum: *tibi dare, frater, dotem* Hl. 1. 2. *dare tibi, frater, dotem* B. 1. *dotem* etiam Pl. 6.—38 Lgg. *tibi poscere*.—39 *Numnam* Gæller, ut conj. Bothe; *Non nam* M. *Num nam* Hl. 1. 2. *te deest* in Hl. 1. a m. pr. *si quid vis rogitar, roga* Pl. 3. *si quid vis rogare, roga*

#### NOTÆ

domum.' Porro 'ducere uxorem' dicitur a cærimonia qua sub noctem, præviis tædis ardentibus, velata mulier domum mariti deducebatur. A deductione illa 'duci uxor,' a velo 'nubere' dicitur, et a tædis multæ aliae metaphoræ ad signandum coniugium ducuntur.

29 *Mihi cerebrum excutiunt*] Virgil. 'gravior ne nuntius aures Vulneret.'

30 *Lapides loqueris*] Durus est et asper sermo. Contra Aristophanes, *ῥόδα μ' ἐπηκας, rosas mihi locutus es.*

34 *Perendie*] Dies qui erit crastino proximus, quasi uno peremto die intermedio, après-demain; iude perendinare.

*Foras feratur*] Id est, efferatur, consecratum exequiis significandis verbum. Nimirum non deprecatur conjugium Megadorus, modo interposita una die, 'efferatur uxor.' 'Efferre' autem significat per ellipsis, efferri domo in tumulum. Græce ἐκφέρειν, efferre; dicuntur et ἐκφοραι, exequiae.

ME. Post medianam ætatem, qui medianam ducit uxorem domum ; 40

Si eam senex anum prægnantem fortuitu fecerit,  
Quid dubitas, quin sit paratum nomen puerō Postumus ?  
Nunc ego istum, soror, laborem demam, et diminuam tibi.  
Ego virtute Deum et majorum nostrorum, dives sum satis.  
Istas magnas factiones, animos, dotes dapsiles, 45  
Clamores, imperia, eburata vehicula, pallas, purpuram,  
Nihil moror, quæ in servitutem sumtibus redigunt viros.  
EU. Dic mihi, quæso, quis ea est, quam vis ducere uxorem ? ME. eloquar.

*post medianam ætatem, si senex fecerit forte fortuna eam anum gravidam, quid dubitas, quin nomen pueri sit futurum Postumus ? Ego tibi demam nunc illum laborem, et diminuam ; ego sum satis opulentus virtute Deorum et nostrorum majorum. Non euro illas magnas factiones, animos, dotes amplas, acclamations, imperia, eburnea vehicula, pallas purpureas, quæ redigunt homines in servitutem sumtibus. EU. Dic mihi, obsecro, qualis est illa quam vis ducere uxorem ! ME. Edi-*

\*\*\*\*\*

Pl. 5.—40 C. Lgg. H. qui media ducit.—41 Hl. 1. 2. B. 1. 2. et edd. vett. fortuito ; et sic ap. Festum, p. 148. 4. Lgg. prægnantem fecerit anum fortuitu ; Götler, prægnatæ.—42 Festus ibid. his nomen pueris. B. 1. Lgg. et Pl. 5. *Posthumus*.—43 H. 1. 2. B. 1. Pl. 3. a m. pr. Pl. 1. et Pl. 4. a m. sec. Mon. Ven. 1. Bon. degam ; B. 2. Cam. al. ap. Lamb. demam.—44 Götler, et majorum nostrum.—45 Idem, *dapsilis* ; Pl. unns, *dapsilas*, quod recepit Bothe ; et sic edd. quædam Nonii p. 657. 34. ubi tamen alia *dapsiles*. Voc. *animos* non legitur ap. Non. ibid.—46 C. a m. pr. *vehicula* ; τὸ *vehicula* deest in Pl. 1. 2. 3. 4. 6. *palas* Hl. 1. a m. pr.—47 C. *rediguntur*.—48 *Dic mihi, si audes, quis ea est, &c.* Priscian. xiii. p. 960. Potsch. et ed. Krchl. p. 567. non vero,

### NOTÆ

40 *Medianam ætatem*] Cicero : ‘ Ea jam constans requirit ætas, quæ dicitur media.’ Eleganter medianam ætatem descriptis Seneca in *Œdipo* : hoc enim rogante, ‘ Quæ spatia mortiens Laius vitæ fuit ? Primone in ævo viridis an fracto occidit ?’ reponit Jocasta, ‘ Inter senem juvenemque, sed propior seni.’

42 *Postumus*] Non *Posthumus* cum insita aspiratione, significat ‘ postremum ’ ut a vetusto, ‘ citer,’ ‘ citimus ;’ ab ‘ inferus,’ ‘ infinus ;’ sic a ‘ posterus’ fit ‘ postimus,’ seu ‘ postumus.’ ‘ Postumam spem’ dixit A-

puleius. Virgilinus, ‘ tua postuma proles,’ id est, nata post aliam problem.

44 *Virtute Deum*] Formula modestiae religiosæ deprecantis a se suis que meritis laudem rei prospere gestæ, nata ex conscientia infirmitatis humanæ.

45 *Factiones*] Sallustius : ‘ Inter bonos amicitia, inter malos factio.’

*Dapsiles*] Δαψιλῆς, largus. Antequam Latina lingua eam copiam paravisset vocum, qua imperante Augusto floruit, commodato plura accepit a Græca.

Novistin' hunc scenem Euclionem ex proximo pauperculum?

Eu. Novi, hominem haud malum mecastor. ME. ejus cupio filiam 50

Virginem mihi desponderi: verba ne facias, soror.

Scio quid dictura es: hanc esse pauperem: hæc pauper placet.

Eu. Di bene vertant. ME. idem ego spero. Eu. quid! me nunc quid vis? ME. vale.

Eu. Et tu, frater. ME. ego convenientiam Euclionem, si domi 54

Est: sed ecum: nescio unde sese homo recipit domum.

*cam: novistine hunc pauperem senem Euclionem vicinum? EUN. Novi, hominem minime malum, per ædem Castoris. ME. Cupio mihi desponderi ejus filium virginem. Ne quid dicas, soror: novi quid sis dictura, esse hanc pauperem. Hæc pauper placet. EUN. Dii bñe vertant. ME. Ego spero idem. EUN. Quid? quid me vis nunc? ME. Vale. EUN. Vale et tu, frater. ME. Ego convenientiam Euclionem, si est domi. Sed ecce nescio unde homo sese recipit domum.*

*Dic mihi, sodes, ut citatur a Gronovio.—49 Nostin hunc Pl. 6. Gøller. Nostin hunc Pl. 1. 2. e proxymo B. 1.—50 Hl. 1. me ecastor ejus. B. 1. ME. Cupio ejus.—51 Lgg. despensari.—52 Scio quod Lgg. et edd. quædam vett. probante Sciopp. Susp. Lect. p. 198.—53 Lgg. vortant. Parei 1. 2. Bothe 1. 2. Gøller, numquid me vis? Hl. 1. Eu. Quid me nunc vis? Hl. 2. quod vis?*

#### NOTÆ

53 *Di bene vertant]* Comprecatio pia et fausta a veteribus usurpari solita.

---

## ACTUS SECUNDI SCENA SECUNDA.

### EUCLIO, MEGADORUS.

Eu. PRÆSAGIBAT mihi animus, frustra me ire, quom exibam domo.

EUCL. *Animus mihi dictitabat quando prodibam ex ædibus, me ire incassum.*

#### NOTÆ

1 *Præsagibat animus]* Cic. “Sa- dicitur ‘præsagire,’ id est, futura gire,’ sentire acute est. Ex quo ‘sa- ante sentire. Inest igitur in animo gæ’ annus, quia multa scire volunt, præsagatio extrinsecus injecta, atque et ‘sagaces’ dicti canes. Is igitur, inclusa divinitus.’ quia ante sagit quam oblata res est,

Itaque abibam invitus : nam neque quisquam curialium  
Venit, neque magister, quem dividere argentum oportuit.  
Nunc domum properare propero : nam egomet sum hic ;  
animus domi est.

ME. Salvus atque fortunatus, Euclio, semper sies. 5

EU. Di te ament, Megadore. ME. quid tu ? recten' atque  
ut vis vales ?

EU. Non temerarium est, ubi dives blonde appellat pau-  
perem.

Jam illic homo aurum me scit habere, eo me salutat blan-  
dus.

ME. Ain' tu te valere ? EU. pol ego haud a pecunia per-  
bene.

ME. Pol si est animus æquus tibi, satis habes, qui bene  
vitam colas. 10

EU. Anus hercle huic indicium fecit de auro : perspicue  
palam est :

Cui ego jam linguam præcidam, atque oculos effodiam  
domi.

ME. Quid tu solus tecum loquere ? EU. meam pauperiem  
conqueror.

*Itaque discedebam invitus : nam neque venit quisquam curialium, neque magister  
quem oportebat partiri argentum. Nunc accelero repetire donum : nam ego sum  
hic, animus domi est. ME. Sis semper salvus atque felix, Euclio. EUCL. Dii te  
ament, Megadore. ME. Quid tu ? Valesne recte, atque ut optas ? EUCL. Non  
est inconsulto quando opulentus compellat blonde pauperem. Ille homo scit jam me  
habere pecuniam : idcirco me salutat blandus. ME. Dicisne te valere ? EUCL.  
Per Pollucem ego minime perbene valeo a pecunia. ME. Per Pollucem, si tibi est  
animus æquus, habes satis quo degas bene vitam. EUCL. Profecto anus huic in-  
dicavit aurum : patet plane. Ego huic exscindam modo linguam, atque effodiam  
oculos dona. ME. Quid tu loqueris solus tecum ? EUCL. Expostulo de mea pau-*

1 C. a m. pr. quom exigebam.—2 Ita abibam Hl. 1. a m. pr.—9 Ego pol B.  
1.—10 Pol si animus Lgg.—11 Hl. 1. 2. B. 1. 2. hoc inditum.—13 Meam p.

#### NOTÆ

5 *Salvus sies*] Saltantis formula.

6 *Di te ament*] Formula resaltan-  
tis et remetentis urbanitate urbani-  
tatem.

9 *A pecunia*] Quod ad pecuniam et  
crumenam spectat.

10 *Pol si est æquus*] Lucretius :  
‘Divitiae grandes homini sunt, vivere  
parce æquo animo.’

*Satis habes*] Hoc Megadori verbo  
arbitratur Euclio Megadorum rescire  
aliquid de olla..

Virginem habeo grandem, dote cassam, atque illocabilem,  
Neque eam queo locare cuiquam. ME. tace : bonum habe  
animum, Euclio : 15

Dabitur : adjuvabere a me : dic si quid opus est, impera.  
Eu. Nunc petit, quom pollicetur : inhiat aurum ut devoret.  
Altera manu fert lapidem, panem ostentat altera.

Nemini credo, qui large blandu'st dives pauperi.

Ubi manum injicit benigne, ibi onerat aliquam zamiam. 20

Ego istos novi polypos, qui sibi quiequid tetigerint, tenent.

ME. Da mihi operam parumper : paucis, Euclio, est quod  
te volo

De communi re appellare, mea et tua. Eu. hei misero  
mili !

Aurum mihi intus harpagatum est : nunc hic eam rem volt,  
scio,

pertute. Habeo virginem adultam, sine dote, que non potest collocari matrimonio,  
neque possum collocare cuiquam. ME. Tace: esto bono animo, Euclio: dabitur:  
adjuvabere a me: loquere: si quid opus est, impera. EUCL. Rogat nunc quando  
promittit: inhiat ut absorbeat pecuniam. Altera manu fert lapidem, altera ostendit  
panem: confido nemini diritti qui est blandior pauperi. Quando injicit leviter ma-  
num, tunc imponit aliquam molestium. Ego novi istos polypos, qui tenent quicquid  
occuparunt. ME. Audi me tantisper. Est quod te volo alloqui paucis de re com-  
muni mea et tua, Euclio. EUCL. Hei mili infelici ! Aurum mihi raptum est in



queror Lgg.—14 Filiam habeo, &c. Varro de L. L. iv. p. 5.—15 Hl. 1. bonum  
animum habe.—16 C. adjubabere. Lgg. et Geller, quid opus.—19 Hl. 1. 2.  
B. 1. 2. blandius est.—20 C. Pl. 4. initil. Lgg. ibi o. a. ξηρία. Hl. 1. a m. pr.  
zamā; C. Pl. sex. Hl. 2. et Hl. a m. sec. zamiam; Hl. 2. in marg. ξηράω.  
B. 1. zaniā; B. 2. cīgāmīā.—21 C. qui ubi; Pl. 1. 3. 4. H. M. B. 2. qui  
ibi; Pl. 2. 6. et ed. Camer. quin ubi; Pl. 5. qui quicquid, omisso sibi; Hl. 1. 2.  
B. 1. qui ubi; G. nunc ibi; Douza, qui ubi quid tetigerint, tenent; H. et Lgg.  
tetigerunt; et sic Hl. 1. a m. sec.—22 Nonins p. 782. 37. legit: Da mihi  
operam purum, si opera est, Euclio, id quod te volo.—24 Voc. intus deest in

#### NOTÆ

14 Dote cassam] Græce, ἔποικον,  
indotatum.

Ilocabilem] Ἀνεκδόσιμον, quæ om-  
nino nuptiū tradi non potest propter  
inopiam.

18 Altera manu] Translatum ab iis  
qui canes, porrecto pane, illiciunt,  
quibus accedentibus, saxum illidunt.

20 Manum injicit] Manum cum  
mann copulat.

Onerat zamiam] Id est, damnum  
Delph. et Var. Clus.

infert. Zamia, pro ξηρία, Dorica dia-  
lecto, mulcta, damnum. Hypallage  
est, onerat zamiam, pro 'onerat za-  
mia pauperem.' Sic in Horatio,  
'classes aquilonibns arect,' pro, ar-  
cet a classibus aquilones.

21 Polypos] Polypus a pedum nu-  
mero dictus, quod quid invaditiis suis  
pedibus nunquam dimittit: avaros  
et rapaces poëta innit.

24 Harpagatum] Natum vocabu-  
Plaut. R

Mecum adire ad pactionem : verum intervisam domum.

ME. Quo abis ? EU. jam ad te revertar: namque est quod visam domum. 26

ME. Credo edepol, ubi mentionem ego fecero de filia,  
Mihi ut despondeat, sese a me derideri rebitur.

Neque illo quisquam est alter hodie ex paupertate parcior.

EU. Di me servant, salva res est : salvom est, si quid non perit. 30

Nimis male timui : priusquam intro redii, exanimatus fui.  
Redeo ad te, Megadore, si quid me vis. ME. habeo gratiam.

Quæso quod te percontabor, ne id te pigeat proloqui.

EU. Dum quidem ne quid perconteris, quod mihi non lubeat proloqui.

ME. Dic mihi, quali me arbitrare genere prognatum ? EU. bono. 35

ME. Quid fide ? EU. bona. ME. quid factis ? EU. neque malis, neque improbis.

*ædibus: ilcereo hic vult inire mecum pactum de ea. Sed interea pergam domum.*  
ME. Quoniam proficisceris? EUCL. Jam redibo ad te; num est quod videam domi.  
ME. Per adem Pollucis credo quod quando ego feci mentionem de filia, ut mihi collocet, arbitrabitur a me derideri sese, neque est nullus alius hodie parcior illo, propter inopiam. EUCL. Dii me servant: est res salva: est salvum, si quid non perit. Veritus sum nimis male: priusquam reversus sum domum, sui metu exanimatus. Redeo ad te, Megadore, si vis me quid. ME. Ago tibi gratias. Observe, ne te pigeat dicere quod a te postularero. EUCL. Dum quidem non a me postules quod mihi non libeat edicere. ME. Dic mihi quali genere putas me procreatum. EUCL. bono.  
ME. Quid de fide ? EUCL. Bona. ME. Quid de factis ? EUCL. Neque malis,

\*\*\*\*\*

B. 1. nunc deest in Lgg.—25 Vet. cod. Meurs. et edd. vett. domi; Hl. 1. 2. B. 1. 2. C. Pl. domum.—26 Quo nunc abis edd. vett. nunc non est in codd. Quoniam abis Acidal. et Gæller. nam estque visam domum B. 2. nam quod visam domum est B. 1.—27 Credo hercle Hl. 1. B. 1. 2. ubi ego fecero de filia mentionem B. 2. fecerim Lgg.—29 C. partior.—30 Idem codex, salva re est.—31 Idem codex, redi.—33 Lgg. quod te percontabor proloqui. Pl. 6. hunc vs. plane omisit.—35 B. 1. arbitrere.—36 Hl. 1. a m. pr. neque malum neque improbum.—

#### NOTÆ

lum ab Harpagone, et hoc ab ἀρπάξω, rapio.

Eam rem] Hellenismus, pro 'ob eam rem.'

27 Mentionem] 'Mentio' et 'repro-missio' stipulationis uxoriæ verba sunt. Unde Florentinus Jurisconsultus, 'Sponsalia sunt mentio et repro-

missio nuptiarum futurarum. Qui poscit, 'mentionem facere,' qui respondet, 'repromittere' dicitur. Non ab ludunt verba Graeca μνηστίς et μνηστέα, maritus, marita.

29 Ex paupertate] Ex omnibus pau-peribus, ex pauperum ordine.

ME. Ætatem meam scis ? EU. scio esse grandem, itidem ut pecuniam.

ME. Certe edepol equidem te civem sine mala omni malitia

Semper sum arbitratus, et nunc arbitror. EU. aurum huic olet.

Quid nunc me vis ? ME. quoniam tu me, et ego te qualis sis, scio : 40

Quæ res recte vortat, mihique, tibique, tuaque filiae, Filiam tuam mihi uxorem posco : promitte hoc fore.

EU. Heia Megadore, haud decorum facinus tuis factis facis,

Ut inopem atque innoxium abs te, atque abs tuis me irrides.

Nam de te neque re, neque verbis merui, ut faceres quod facis. 45

ME. Neque edepol ego te derisum venio, neque derideo : Neque dignum arbitror. EU. cur igitur poscis meam gnatum tibi ?

ME. Ut propter me tibi sit melius, mihique propter te et tuos.

EU. Venit hoc mihi, Megadore, in mentem, te esse hominem divitem,

Factiosum ; me item hominem pauperum pauperrimum. 50

neque improbis. ME. Nostri meam ætatem ? EUCL. Novi esse proiectam, quemadmodum pecuniam. ME. Per ædem Pollueis ego ratus sum semper, et reor nunc, te esse circem sine ulla malitia. EUCL. Hic adoratur aurum. Quid me vis nunc ? ME. Quandoquidem ego intelligo qualis tu sis, et tu intelligis qualis ego sum, petat tuam filiam uxorem ; quæ res virtutis bene, et mihi, et tibi, et tua filiae. Pollicere id fore. EUCL. Hei, Megadore, non facis rem convenientem tuis factis, ut ludifices me egenum atque innocentem erga te atque erga tuos : nam non meritus sum de te, neque factis, neque dictis, ut ageres quod agis. ME. Neque per ædem Pollueis ego venio derisum te, neque derideo, neque duo esse æquum. EUCL. Quare ergo tibi poscis meam filiam ? ME. Ut tibi sit melius propter me, et mihi propter te et tuos. EUCL. Id mihi venit in animum, Megadore, te esse hominem locupletem, præpotentem, me vero esse hominem inopem præter ceteros mortales. Nune si tibi colloca-



37 Hl. 1. grandiorum, Lgg. item ut.—38 Lgg. non habent τὸ equidem. B. 1. omni mala.—39 Lgg. hic olet.—41 B. 1. vortant.—42 Lgg. uxorem posco mihi.—43 Eia Lgg. Hei Pil. sex, Hl. 1. 2. B. 1. Si B. 2.—45 Lgg. Hl. 1. 2. B. 1. 2. uti faceres.—48 B. 1. 2. prop te et tuos.—49 Venit hoc M. in mentem H. 1. V. h. mihi in mentem Meg. Pil. sex et B. 2. Venit hoc mihi in Megadore mentem Lgg.—50 H. M. G. B. 1. Hl. 1. me item esse hominem ; B. 2. me in te esse

Nunc si filiam locassim meam tibi, in mentem venit,  
Te bovem esse, et me esse asellum: ubi tecum conjunctus  
siem,

Ubi onus nequeam ferre pariter, jaceam ego asinus in luto:  
Tu me bos magis haud respicias, gnatus quasi nunquam  
siem.

Et te utar iniquiore, et meus me ordo irrideat. 55

Neutrubi habeam stabile stabulum, si quid divertii fuat.

Asini me mordicibus scindant, boves incursent cornibus.

Hoc magnum est periculum, me ab asinis ad boves trans-  
scendere.

ME. Quam ad probos propinquitate proxime te adjunxeris,  
Tam optumum est: tu conditionem hanc accipe: ausulta  
mihi, 60

Atque eam desponde mihi. EU. at nihil est dotis quod  
dem. ME. ne duas.

Dummodo morata recte veniat, dotata est satis.

*vero mean filiam, in mentem induxi te esse bovem, et me esse asellum: quando co-  
pullus sum tecum, quando non potero ferre una onus, ego asinus lapsabo in luto:  
tu bos me despicias non magis quam si nunquam natus sim: et te utar iracundiore,  
et homines meæ sortis subsannubunt me. Nullibi habebo stabulum stabile, si acci-  
dat aliquod dissidium: asini me concidunt morsibus, boves incursent cornibus. Hoc  
est magnum disserimen, me derenire ab usinis ad boves. ME. Quam te propius ad-  
junxeris ad boves, tanto melius est: tu accipe hanc conditionem, atque ausulta  
mihi, atque eam mihi desponde. EUCL. Sed est nulla dos quam dem. ME. Ne  
des. Dummodo veniat bonis moribus ornata, est satis dotata. EUCL. Idecirco*

paup. pauperrimum. Alii τὸ esse omittunt.—51 B. 1. mean locassim tibi.—  
52 Lgg. et me assellum, omisso esse.—54 B. 1. Pll. 3. 5. 6. quam si nunquam  
siem; Lgg. quam nunquam siem; Pll. 2. 4. C. quasi n. siem; Pl. 1. respicias  
magis quam si nunquam siem.—55 Hl. 1. nequire, et in marg. iniquiore. Idem  
codex a m. sec. derideat.—56 Neutriobi B. 1. 2. Neu ut ruri Lgg. divertii B. 1.  
C. Pll. 2. 4. Pll. 1. 6. a m. pr. divertii fiat Pl. 5.—57 A. m. mordicus Lgg. C.  
Pll. 2. 3. 5. 6. B. 1. Ven. 1. Bon. et al. ante Aldum; morsibus Pll. 1. 4. Hl. 1.  
a m. sec. mordicibus, et mordicus, et morsicus, Hl. 1. in marg. mordicibus etiam  
Nonius p. 563. 14. A. m. mordicetus Grut. et Gæller.—58 Pronomen me deest  
iu quibusdam edd. vett. quod tamen servant omnes codd. periculum me cod.  
Meurs.—59 B. 1. maxume te.—60 Voss. 1. ausulta mihi proderis atque.—  
61 B. 1. dotis qdem; B. 2. Hl. 1. 2. Pll. sex dotis quidem. Lgg. ne duas ne.—

#### NOTÆ

56 *Si quid divertii*] ‘Divortium’ est conjugum a se invicem, seu voluntaria, seu lege et judicio, irrogata discussio.

57 *Mordicibus*] A ‘mordices,’ id

est, dentes, in Plautina officina eusa vox.

58 *Ab asinis ad boves*] A pauperum ordine ad divitum affinitatem pro-  
rumpere.

**EU.** Eo dico, ne me thesauros reperisse eenseas.

**ME.** Novi, ne doceas: desponde. **EU.** fiat: sed pro Jupiter!

Non ego disperii? **ME.** quid tibi est? **EU.** quid crepuit  
quasi ferrum modo? 65

**ME.** Hic apud me hortum confodere jussi: sed ubi hic est  
homo?

Abiit, neque me certiorem fecit: fastidit mei.

Quia videt me suam amicitiam velle, more hominum facit.

Nam si opulentus it petitum pauperioris gratiam,

Pauper metuit congregari: per metum male rem gerit. 70

Idem quando illæc occasio periit, post sero cupit.

**EU.** Si hercle ego te non elinguandam dedero usque ab ra  
dicibus,

Impero, auctorque sum, ut tu me cuivis castrandum loces.

**ME.** Video hercle ego te me arbitrari, Euclio, hominem  
idoneum,

Quem senecta ætate ludos facias, haud merito meo. 75

**EU.** Neque edepol, Megadore, facio: neque si cupiam,  
copia est.

*dico id ne putes me iuvenisse thesauros.* **ME.** Scio, ne doceas, desponde. **EUCL.** Sed proh Jupiter, non ego peri? **ME.** Quid est tibi? **EUCL.** Quid crepuit modo  
quasi ferrum? **ME.** Hic mandavi fodere hortum apud me. Sed ubi est hic homo?  
Abiit, neque me fecit certiorem. Spernit me; quia animadvertisit me ambire ejus  
amicitiam, facit more hominum. Nam si dives it rogatum gratiam inopis, pauper  
formidat colloqui. Non bene consulti sue fortuna per timorem: ipse, quando illa  
occasio corravit, postea sero optat. **EUCL.** Per Herculem si ego non dedero te  
elinguandam usque ab radicibus, demando auctorque sum, ut tu me loces castrandum  
cuivis. **ME.** Per Herculem ego te animadserco opinari, Euclio, me hominem  
idoneum quem ludisecoris proiecta ætate immeritum. **EUCL.** Per adem Pollucis  
neque facio, Megadore, neque si cupiam, possum facere. **ME.** Quid nunc? Etiam

63 *Eo dico, cum lacerna Hl. 1. thensauros C. et Pl. sex; al. thesaurum.* — 65 *Nun  
ego B. 1. Num ego C. Pl. 3. Hl. 1. a m. sec. Hl. 2. Lgg. disparii B. 2. quod  
crepuit C.* — 66 *Both. 1. 2. confodiri jussi.* Lgg. C. *hinc est homo;* Grut. conj.  
*hinc est homo, quod recepit Parens.* — 67 *Nonius p. 763. 40. non agnoscit pro-  
nomen me.* — 69 *N. si opulento B. 1. 2.* — 70 *P. m. congregari Acidal. Geller.  
ppmellum Hl. 1. malam rem Lgg. rem male B. 1. malam B. 2.* — 71 *B. 1. perit.*  
— 72 *B. 1. elingandam; B. 2. elinguanda.* — 73 *B. 1. ut me quo vis;* Hl. 1. 2.  
*B. 2. ut me cuivis.* Lgg. non agnoscunt particulam *ut.* — 74 *Video te hercle*

#### NOTÆ

65 *Quid crepuit?*] Hoc dicto irrum- gadoro, timens suo thesauro.  
pit in aedes suas, Euclio, relicto Me.

**ME.** Quid nunc? etiam mihi despondes filiam? **EU.** illis legibus,

Cum illa dote, quam tibi dixi. **ME.** sponden' ergo? **EU.** spondeo.

**ME.** Istuc Di bene vortant. **EU.** ita Di faxint: illud facito ut memineris

Convenisse, ut ne quid dotis mea ad te afferret filia. 80

**ME.** Memini. **EU.** at scio, quo vos soleatis pacto perplexarier.

Pactum non pactum est, non pactum pactum est, quod vobis lubet.

**ME.** Nulla controversia mihi tecum erit: sed nuptias Hodie quin faciamus num quæ causa est? **EU.** immo edepol optima.

**ME.** Ibo igitur, parabo: nunquid me vis? **EU.** istuc. **ME.** fiet: vale. 85

**Heus,** Strobile, sequere propere me ad macellum strenue.

**EU.** Illic hinc abiit. Di immortales, obsecro, aurum quid valet!

*mihi despondes filiam? EUCL. Illis legibus, cum illa dote quam tibi dixi. ME. Spondesne igitur? EUCL. Spondeo. ME. Dii vertant bene illud. EUCL. Dii faciant ita. Fas ut recorderis te de illo convenisse tecum, ut mea filia non afferret tibi ullam dotem. ME. Recordor. EUCL. Sed novi quomodo vos consueveritis perplexari. Pactum non est pactum, pactum non pactum est, quando vobis lubet. ME. Mihi erit nullus tecum: sed num aliqua causa est, quominus celebremus hodie nuptias? EUCL. Immo per ordinem Pollucis, optima. ME. Ibo ergo, parabo: nun vis me aliquid? EUCL. Istud. ME. Fiat. Vale. Heus, Strobile, sequere me ceteriter strenue ad macellum. EUCL. Ille abiit hinc. Dii immortales, rogo, quid*



*arbitrari Hl. 1. ego te arbitrari B. 1. te deest in C. Video ego te hercle Pl. 1. 3. 5. Video hercle ego te arbitrari Pl. 6.—77 B. 1. Hl. 1. etiam despondes mihi. —79 MEG. Di bene vortant. EU. Ita Di faxint; illud facito, &c. Acidal. et Gæller. ex edd. Florent. et Colon. Deinde Acidal. tu illud facito; sed tu in nullo nec Ms. legitur, neque edito. Ita Di faxint. EU. Illud, &c. Pl. Lgg. scito pro facito C. a m. pr.—80 Lgg. mea adferat filia; Hl. 1. mea ad te afferat. —81 Lgg. quomodo soleatis.—82 Vet. cod. Mens. pectum.—84 Hodie ut faciamus Lgg. numqua causa Hl. 1. a m. sec. Acidal. e cod. Flor. et Col. quod recipit Gæller. Immo pol Osann. Anal. p. 215. et Gæller. optume Pl. 5. B. 1. —85 EU. Istuc fiet. Vale Hl. 1. 2. B. 1. 2. C. Pl. sex, Ven. 1. Bon. al. ante*

#### NOTÆ

81 *Perplexarier]* Id est, perplexe, nectere orationem.  
et ad incautiores circumveniendos

Credo ego illum jam inaudisse, mihi esse thesaurum domi :  
Id inhiat, ea affinitatem hanc obstinavit gratia.

*valet pecunia? Ego puto illum inaudivisse jam mihi esse thesaurum domi, inhiat huic, idcirco ambit pertinaciter hoc fædus.*

Acidalium : *fiat* Lgg.—86 C. strenue.—88 Edd. quædam vett. *jam illum,* contra omnes codd. *inaudivisse* Hl. 1. a m. sec. et Nonius p. 766. 9. *audivisse* Hl. 2. *mihi t. esse doni* Hl. 1.

## ACTUS SECUNDI SCENA TERTIA.

EUCLIO, STAPHYLA.

EU. UBI tu es, quæ deblaterasti jam vicinis omnibus,  
Meæ me filiæ daturum dotem? heus Staphyla, te voco :  
Ecquid audis? vaseula intus pure propera atque elue.  
Filiam despondi ego : hodie nuptum huic Megadoro dabo.  
ST. Di bene vortant : verum ecastor non potest: subitum  
est nimis. 5  
EU. Tace, atque abi : curata fac sint quom a foro redeam  
domum :

EUCL. *Ubi es tu, quæ jam resignasti omib[us] r[icini]nis, me daturum dotem mcæ filiæ? Heus, Staphylæ, te voco: audisne? acceler[us] eluere vasa in ædibus. Ego despondi filiam: dabo nuptum hodie huic Megadoro. ST. Dii bene vortant: sed per Castorem non potest fieri: est id nimis repentinum. EUCL. Sile, atque profiscere. Quando repeteo domum a foro, fac sint omnia parata, et occlude ædes. Ego*

1 C. Lgg. *deblattaristi*; Pll. 4. 6. Pl. 1. a m. sec. *deblattravisti*; Pl. 2. et Pl. 1. a m. pr. *detatravisti*; Pl. 3. a m. pr. *blaterasti*; a m. vero sec. *deblatterasti*; Pl. 5. *dilatrasti*; Hl. 1. *deblacterasti*; Hl. 2. et Hl. 1. a m. sec. *deblatcerasti*; B. 1. *deblaterasti*; B. 2. *deblattravisti*.—2 Me meæ B. 1. 2. Hl. 1. 2. —3 Pl. 1. H. *pure para*; Pll. 2. 5. *pure præpara*.—4 Pll. sex, Hl. 1. 2. B. 1. 2. C. *hodie ego huic nuptum*.—5 Lgg. *verum castor . . . subilum nimis*.—6 Pa-

### NOTÆ

3 *Vascula intus pure propera*] Id est, *propera active*. Virgilius: ‘ pulchram properet per vulnera mortem.’

veteres non solum vasa ad sacrificandum necessaria eluebant, verum etiam puri eluebant, id est, ante expiationem seu aqua munda, seu sacrificio.

4 *Despondi*] Communis dictio cuius rei despondendæ; sed nuptiis quasi sponsioni præstantissimæ accommodata.

Atque occlude ædes: jam ego hic adero. ST. quid ego  
nunc agam?

Nunc nobis prope adest exitium, mihi atque herili filiæ:  
Nam probrum atque partitudo prope adest, ut fiat palam.  
Quod celatum est, atque occultatum usque adhuc, nunc  
non potest. 10

Ibo intro, ut herus quæ imperavit, facta, cum veniat,  
sient:

Nam, ecastor, malum mœrorem metuo, ne mistum bibam.

*adero jam hic. ST. Quid agam ego nunc? Nobis impendet certus interitus nunc, mihi et filiae heri: nam stuprum et partus instat, ut sese aperiat. Quod fuit tecum atque opertum hactenus, non potest nunc latere. Ibo in ædes, ut quando herus veniet, haec, que demandarit, sint instructa: nam per ædem Castoris vereor ne bibam malum mœrorem mihi propinatum.*

\*\*\*\*\*

rei 2. et al. vett. *quam a foro*; omnes vero codd. *quom a foro*.—7 *Atque con-*  
*clade Hl. 1. hic ero B. 1. 2. Quid nunc, omissa pronomine *ego*, Lgg. Quid*  
*ergo nunc C.—9 C. Nunc; Pll. sex, Num. Hl. 1. a m. pr. et Hl. 2. paritudo.*  
*Hl. 1. ut palam fuit.—10 Quod c. atque occultatum est Lgg. Hl. 1. 2. B. 2. Pll.*  
*sex, C. et edd. vett.—11 Edd. quædam vett. ut haec quæ; C. Pll. sex, ut*  
*eris quæ. G. cum veniet; H. cum venient.—12 Grouov. conj. *mœrore*, quod*  
*recepit Bothie. Mox, C. *minixtum*; unde Parens *immixtum*; Pll. 1. 2. 3. 4.*  
*5. ne mistum; Pl. 6. *tempe mixtum*; Grut. ap. Scip. Susp. Lect. p. 199. ne*  
*mistum bibam; Scioppius ipse, *malum meracum metuo ne mistum bibam*; al.*  
*ne amystim bibam.*

## ACTUS SECUNDI SCENA QUARTA.

STROBILUS, ANTHRAX, CONGRIÖ.\*

ST. POSTQUAM opsonav herus, et conduxit cocos,  
Tibicinasque hasce, apud forum, edixit mihi,  
Ut dispartirem opsonium hic bifariam.

STRO. Postquam herus opsonavit ex conduit coquos et has tibicines apud forum,  
mihi mandavit ut dividicerem hic opsonium in duas partes. CO. Per Herculem non

\*\*\*\*\*

\* His personis C. addit, PHRUSIUM, EXFLESIUM, Tibicinae II.

### NOTE

|                                          |                                         |
|------------------------------------------|-----------------------------------------|
| 1 <i>Conduxit cocos</i> ] Moris erat, ut | tronius coquos appellat coctores.       |
| et nunc est, ut quibus non esset satis   | 2 <i>Tibicinus</i> ] Moris etiam tum ut |
| rei ad habendos coquos privatos et       | symphonia in nuptiis adhiberetur.       |
| familiares, in foro conducerent. Pe-     |                                         |

- Co. Me quidem, herele, dicam palam, non divides.  
Si quo tu totum me ire vis, operam dabo. 5
- An. Bellum et pudicum vero prostibulum popli.  
Post si quis vellet te, haud non velles dividi ?
- Co. Atqui ego istuc, Anthrax, aliovorsum dixeram,  
Non istuc quod tu insimulas. St. sed herus nuptias  
Meus hodie faciet. Co. cuius ducit filiam ? 10
- St. Vicini hujus Euclionis e proxumo.  
Ei adeo opsonii hinc dimidium jussit dari,  
Cocum alterum, itidemque alteram tibicinam.
- Co. Nempe huic dimidium dicis, dimidium domi ?
- St. Nempe sicut dicis. Co. quid ? hic non poterat de  
suo 15
- Senex o sonari filiae in nuptiis ?
- St. Vah ! Co. quid negotii est ? St. quid negotii sit rogas ?

*me divides, loquar aperte: tibi obsequor, si tu vis me ire aliquo integrum. An. O bellum et castum prostibulum plebis ! tamen si quis te vellet dividere, nolles dividi ? Co. Sed ego dixeram id alio sensu quam tu interpretaris, o Anthrax ; non in eam partem quam tu reprehendis. St. Sed meus herus celebrat hodie nuptias. Co. Cuius ducit filiam ? St. Euclionis hujus sensis vicini proximi : idcirco jussit ei tradi dimidium opsonii, alterum cocum, et itidem alteram tibicinam. Co. Nimurum dicis esse daudum dimidium huic, et dimidium domi ? St. Nempe quemadmodum dicis. Co. Quid ? Hic senex non poterat opsonari de suo in nuptiis sue filiae ? St. Vah ! Co. Quid rei est ? St. Petis quid rei sit ? Pumex non est perinde*

---

1 Codd. omnes obsonavit.—2 Tibicinas hasce C.—4 *Me tu quidem Parei* 2. Gæller, et al. vett. sed *tu deest* in omnibus codd. *hercle, hic tam palam* Hl. 1. 2. B. 1. 2. Lips. *hercle (dicam propalam) non, &c.* Bothe.—5 Pl. 6. *quo tu tectum me.*—6 Pl. sex, Hl. 2. *populi.* Hl. 1. *ppli.* Pro vero Lgg. habent verum.—7 C. haut ; Pl. 6. a m. sec. aut non ; Pl. 5. *haut vero* ; B. 1. Pl. 1. 3. 5. 6. *velles divum* ; Pl. 4. et Pl. 1. a m. sec. *civum.*—8 Huic versu in Monac. persona Strobili præfixa est manus veteris correctoris. *Atque* Hl. 1. C. Pl. sex ; *Atque ego atraz* Hl. 2.—9 *Nunc* B. 1. Hl. 2. Hl. 1. a m. pr. *istud* B. 1. 2. Hl. 1. 2. *quo tu Both.* 1. 2. et Gæller.—10 *Cuivis* B. 2. *Quoris* B. 1. *ducet* Hl. 1. a m. sec. Lgg. Gæller.—11 *Euclionis sensis Parei* 2. et al. vett. sed *sensis abest* ab omnibus codd.—12 B. 1. *obsonni.* Aul. Gell. 111. 14. legit, *hinc jussit dimidium.*—14 *Nempe deest* in edd. quibusdam vett. *ducis* B. 1. 2. Hl. 1. a m. pr. Pl. sex, omnes Lambini, Ven. 1. Bon. al. vett. *domum Both.* 1. 2. Gæller. *domui* Lgg.—15 *Nempe ut dicis* Hl. 1. a m. sec.—16 *Senex sue*

## NOTÆ

4 *Me non divides]* Jocus est summus ex Congriōnis coqui nomine, quo nomine est etiam piscis quem nos vernacula nostro appellamus *un congre.* Dicit igitur se esse opsonium minime dividendum ac secundum, quamvis sit Congrio : nec abs re jo-

cus est : nam Strobilus mandabat dividi opsonia et coquos, ita ut unus eum altera parte opsoniorum sit apud Megadorum, et alter eum altera apud Euclionem. Congrio rapit dictum Strobili in jocum, et ait non esse se dividendum, quasi Strobilus securi

Pumex non æque est aridus, atque hic est senex.  
 Co. Ain' tandem ita esse ut dicis? St. tute existuma.  
 Quin Divum atque hominum clamat continuo fidem, 20  
 Suam rem periisse, seque eradicarier,  
 De suo tigillo fumus si qua exit foras.  
 Quin cum it dormitum, follem sibi obstringit ob gulam.  
 Co. Cur? St. ne quid animæ forte amittat dormiens.  
 Co. Etiamne obturat inferiorem guttarem, 25  
 Ne quid animæ forte amittat dormiens?  
 St. Haec mihi te, ut tibi me æquom est credere.  
 Co. Immo equidem credo. St. at scin' etiam quomodo?  
 Aquam hercle plorat, quom lavat, profundere.  
 Co. Censem' talentum magnum exorari potesse 30

*aridus atque hic senex.* Co. Dicisne tandem ita esse sicut affirmas? St. Tu existima per temet: quin vociferatur continuo fidem Deorum atque hominum suam rem periisse, seque exerti bonis, si fumus exit foras de suo tigillo. Quin quando proficiscitur cubitum, obligat gulam follis. Co. Quare? St. Ne forte dormiens amittat aliquem flatum follis. Co. Obturatne etiam follem inferiorem, ne forsitan dormiens amittat aliquid spiritus? St. Est par te mihi credere in his sicut me tibi. Co. Immo credo. St. At scisne præterea quo pacto est sordidus? Per Herculem luget aquam profundere cum lavat manus. Co. Putasne posse obtineri

\*\*\*\*\*

*obs.* Acidal. sed sua in nullo est neque scripto neque edito libro.—18 C. non eque.—19 Aint ita Pl. Ain. tandem? St. Ita est, &c. Pareus.—20. 21 Hi vss. transpositi sunt in Hl. 1. 2. B. 1. 2. C. Pl. H. M. G. Ven. 1. Bon. al. J. Gul. Qui divum Hl. 2. B. 2. Suam rem piisse, atque e. ipsum Hl. 1. et sic B. 2. sed ipsum deest; Quam rem periisse seque, &c. Hl. 2.—22 De suo ligello Hl. 1. a m. sec. et sic Non. p. 559. 560. quod Turneb. Adv. vi. 24. prætulit. De suo ligello omnes alii codd. et edd. vett. suo deest in quibusdam edd.—23 G. M. edd. vett. et Geller. follem obstringit, omissio pronomine. B. 1. obstrinxit; B. 2. obstringat. Quidam pro gulam legunt tolem.—24 Nonius p. 606. 35. neque quid immittat anime dormiens. Cf. Priscian. v. p. 649. Putsch. forte deest B. 1. 2.—25 Etiamne obturas Nonius p. 601. 21.—26 Tum nequid, &c. Parei 2. et al. vett. Tum deest in omnibus codd. animal Voss. Hic vs. non extat in G., et Bothe uncis inclusit ut spuriū.—27 C. Nec mihi. Lgg. ut tibi æquum; Acidal. sicut tibi me æquum; Bothe, H. m. ted, ut tibi med, æquum; Ald. me æquonist credere, credo; Acidal. vero emend. Hoc mitte: id ut mihi te, tibi me æquum est credere. Crede; Hl. 1. 2. C. Pl. 3. 4. 5. 6. credere, credo.—28 Acidal. St. At scin' etiam? Coc. Quid modo?—29 Aquam plorat hercle C. Parei 2. al. vett. Aquam hercle plorat Pl. sex aliique codd.—30 Pl. 5. exorari posse; C. Pl. 1. 2. 3. 4. exorari potest. Pl. 1. 2. 3. 4. a m. sec. Pl. 6. a m. pr. duo Lamb. Hl. 1. 2. B. 1. 2. exorari potesse. Both. exorarier, omissio potesse; Bentl. ad Te-

#### NOTÆ

medium vellet Congrionem.

18 *Pumex non æque est aridus]* Proverbialis formula parsimoniam no-

tat. Cicero: ‘in rusticis moribus, in vietu arido, in hac horrida inculta que vita.’

Ab istoc sene, ut det, qui fiamus liberi ?

St. Famem hercle utendam, si roges, nunquam dabit.

Quin ipsi pridem tonsor unguis demserat ;

Collegit, omnia abstulit præsegmina.

Co. Edepol mortalem parce parcum prædictas : 35

Censen' vero adeo esse parcum et misere vivere ?

St. Pulmentum pridem ei eripuit miluus :

Homo ad prætorem deplorabundus venit :

Insit ibi postulare, plorans, ejulans,

Ut sibi liceret miluum vadairer. 40

Sexcenta sunt, quæ memorem, si sit otium.

Sed uter vestrorum est celerior? memora mihi.

*magnum talentum ab isto sene, ut det quo fiamus liberi?* St. Per Herculem si postules famem, ut ea utaris, nunquam dabit, quin tonsor ipsi securerat jampridem unguis: collegit omnia præsegmina, abstulit. Co. Per ædem Pollucis prædictas hominem parciissimum: censesne vero esse adeo parcum, et esse pauperem? St. Miluus eidem abstulit olim pulmentum: homo deplorabundus venit ad prætorem: ait lugens, ejulans, postulare ibi ut sibi liceret dicere vadimonium milvo. Sunt sexcenta quæ referam, si liceret per otium. Sed uter vestrorum est velocior? narra

\*\*\*\*\*

rent. Phorm. III. 3. 2. scribit exorari potest.—31 *Ab hoc sene? ut det, &c.* Bentl. ibid. *Ab sene istoc* edd. quædam vett.—33 Ed. Paris. Carpent. tonsori.—35 Brix. et Parm. mortalem præparcum prædictas. Al. ap. Parenin, perseparcum.—36 J. Gul. esse parum.—37 Edd. quædam vett. pridem ei eripuit; al. p. ei deripuit; C. a m. pr. p. ei ripnit.—38 Non. p. 770. 58. venit deplorabundus; Hl. I. 2. B. 1. 2. Pl. sex, Ven. Bon. al. plorabundus devenit; C. plorandus devenit.—39 C. a m. pr. ejulas.—41 *Secenta* Lgg. *Sescenta* C.—

#### NOTE

30 *Talentum magnum*] Apud Atticos talentum duplex, magnum et parvum. Parvum quarta parte erat magno minus. Hoc octoginta, illud sexaginta constabat minis; sexcentis unum, alterum octingentis coronatis. Coronati autem triginta quinque solidis Turoensibus sunt aestimati.

31 *Qui fiamus liberi*] Servi, numerata interdum pecunia, dominis suis manumittebantur.

37 *Miluus*] Per διαιρετιν, ut et paucis post versibus miluum. Ovidius eadem utitur dissolutione: ‘*Ut volucris visis rapidissima milius extis.*’ Horatius: ‘*Adulteretur ut columba*

*milno.*’

39 *Postulare*] Primum qui sese ad item accingebat, ‘scribebat postulationem,’ *une reueste*, in qua postulabat ut eum quem in libello postulatorio scriperat, liceret vadari. Prætor subscribebat, *répondoit la requête*. Plinius Junior: ‘*Sedeo pro tribunali, subnoto libellos, conficio tabulas.*’ Hoc ultimo significatur judicium.

40 *Vadarier*] Jurisconsultis, *ad-journer*.

41 *Sexcenta sunt*] Numerus certus pro incerto Gallis nostris, *Il y a mille choses.*

**Co.** Ego, ut multo melior. **St.** cocum ego, non furem  
rogo.

**Co.** Cocum ego dico. **St.** quid tu ais? **An.** sic sum, ut  
vides.

**Co.** Cocus ille nundinalis est, in nonum diem 45

Solet ire coctum. **An.** tun' trium literarum homo  
Me vituperas? fur, etiam fur trifurcifer.

*mihi. Co. Ego, ut multo melior. St. Ego peto cocum, non furem. Co. Ego dico cocum. St. Quid ais tu? An. Sun sicut cernis. Co. Ille cocus est nundinalis: solet ire coctum in nonum diem. An. Tu homo trium literarum me vituperas? Fur etiam fur trifurcifer.*

42 Sed u. vostrum B. 1. S. u. vestrorum B. 2. H. 1. a m. pr.—43 Ego m. melior Lgg.—44 Cocum ergo Acidal. Gæller.—45 Festus p. 132.30. *Cocus nundin ille est.*—46 Tun trium C. a m. pr. *Tu trium* Lgg. B. 1. 2. Hl. 1. 2. et Camerar. —47 *Me vituperas?* etiam Hl. 1. *Me v. fur?* STR. *Etiam* B. 1. Scena quinta huic scenæ subjungitur in B. 1. Hl. 1.

#### NOTE

45 *Cocus ille nundinalis*] Octo diebus in opere nocturno positis, rustici in urbes vicinas nono ibant ad leges de novo latas cognoscendas, ad mercatum et iudicia. ‘Nundinalis cocus’ per contemptum torquetur in eum qui vilioribus personis, atque adeo palatis mihiime delicatis, conveniret. Est et ‘nundinalis cocus,’ qui coquit cibos nono die in parentalibus mortuorum. Nimis Romanis, non ante diem nonum siebant parentatio, iudi, epulæ, inscriptio. Donatus: ‘In funere nonns dies est quo parentalia concluduntur.’ Et Poëta: ‘Præterea si nona diem mortalibus

alnum Aurora extulerit.’ Justinianus ait, in nonum diem fieri μνήματα, sen memorias mortuorum, quæ vocabantur ‘novemdiales,’ fiebat hoc die cena quæ ab Apuleio ‘feralis;’ ‘sileernium’ a Tertulliano. Festus ‘cocum nundinalem’ appellat ‘feralem,’ ‘novemdialem,’ id est, dignum qui coquat cœnam mortuis, qui nec mordent nec gustant. Acutissimum est autem jocus defixus in Congrionem: quasi dicat, quod alibi Plautus in Pseudolo, ‘Quin ob eam rem Orcus recipere hunc ad se nolnit, Ut esset hic qui mortuis cœnam coquat.’

46 *Trium literarum homo*] Fur.

## ACTUS SECUNDI SCENA QUINTA.

STROBILUS, ANTHRAX, CONGRIUS.

**St.** TACE nunc jam tu: atque agnum hinc uter est pinguior.

**Stro.** Sile tu nunc jam, et die tantum uter horum agnorum est pinguior. **Co.**

1 Hl. 1. 2. Pl. 4. agnum hunc uter; Pl. 6. agnum hunc horum uter; Lgg.

Co. Licet. St. tu Congrio eum sume, atque abi  
Intro illuc, et vos illum sequi imini :  
Vos ceteri illuc ad nos. An. hercle injuria  
Dispartivisti : pinguiorem agnum isti habent. 5  
St. At nunc tibi dabitur pinguior tibicina.  
I sane cum illo, Phrygia : tu autem, Eleusium,  
Huc intro abi ad nos. Co. o Strobile subdole,  
Huccine detrusisti me ad senem parcissimum ?  
Ubi, si quid poscam, usque ad ravim poscam prius 10  
Quam quicquam detur. St. stultum et sine gratia est  
Ibi recte facere, quando quod facias perit.  
Co. Qui vero? St. rogitas? jam principio in ædibus  
Turba istic nulla tibi erit : si quod uti voles,  
Domo abs te afferto, ne operam perdas poscere. 15  
Hic apud nos magna turba, ac magna familia est,

*Patet. St. Tu, Congrio, sume eum subito, et introi illuc, et vos sequamini illum Euclionis domum. Vos alii, venite ad nos apud Megadorum. An. Projecto in-juste divisisti : isti habent agnum obesiorem. St. Sed jam tibi dabitur tibicina obesior. I cum illo, Phrygia : tu vero, Eleusium, ingredere huc in nostras ædes. Co. O Strobile, callide mene detrundes sic ad screm parciissimum ; apud quem, si pos-tules aliquid, postules usque ad raucedinem antequam detur quicquam ? St. Es amens et ingratus : quis te afficiat beneficio, si perdit sic id quod dat ? Co. Quo-dam igitur ? St. Rogas ? Primum nulla erit tibi turba in istis ædibus ; si fuerit opus aliqua re, affer a tuis ædibus, ne ludas operam, si poscas. Est magna turba hic apud nos et magna familia, supellex, aurum, vestimenta, vasa argentea : si ali-*



agnum ute*r* ; B. 2. al. ap. Camer. Ald. Junt. *agnum horum ute*r*.* — 2 Parei 2 et al. vett. *sume actutum tibi*; sed haec duas voces, *actutum tibi*, desunt in codd.—5 *Dispartivisti* B. 1. H. *pingulorem* C.—6 C. et Parei 2. *dabitur tibi* ; Pll. sex, Hl. 1. 2. B. 1. 2. *tibi dabatur*.—7 *Phrygia* in litura Hl. 1. *frugia* B. 1. 2. *Elusium* Hl. 1. *Eleusum* C. *tum autem Elusium* Lgg.—8 Vett. edd. *abi tum ad nos*; Ald. Junt. *abidum ad nos*.—9 *Huccine detrusti* Acidal. et Gœller.—10 Hl. 1. B. 2. Pll. sex, *poscanus ad aram poscamus*; sed Hl. 1. in marg. *habet ravis*; Lgg. *poscanus quæ ad aram poscamus*; alii Lgg. Pll. 1. 4. a m. sec. Non. p. 577. 19. *poscanus ad ravim poscamus*; C. *poscanus quæ ad ravim poscamus*; B. 1. *poscanus ravim poscamus*; Non. p. 696. 11. *poscas usque ad ravim poscas*.—11 *Stultus et sine g. es* Pll. 1. 2. 3. 4. B. 1. Hl. 1. a m. pr. *Stultum est s. g. est* Pll. 5. 6. *Stultus est* C. G. H. M. Pl. 4. et edd. vett. *Stultum est et s. g. Dousa Fil. et Gœller*.—12 *Tibi recte* Pll. 1. 2. 3. 4. B. 1. 2. Hl. 1. 2. al. ap. Taubm. *Te ibi Acidal*.—13 *Quid vero* Hl. 1. a m. sec.—14 *Turba istuc* B. 1. *si quid* B. 1. Lgg. C. Pll. sex, al. *si qui* Both. 1. 2.—16 *Hic autem*

## NOTÆ

12 *Ibi [tibi] recte facere*] Id est, ex-tremæ dementiæ est tibi recte facere.

*Quod facias perit*] Id est, quod fa-

cias recte. Ellipsis gemina, quæ no-tat affectum animi incitatiōrem.

Supellex, aurum, vestes, vasa argentea:  
 Ibi si perierit quippiam, (quod te scio  
 Facile abstinere posse, si nihil obviam est,) 20  
 Dicant, coci abstulerunt; comprehendite,  
 Vincite, verberate, in puteum condite.  
 Horum tibi istic nihil eveniet: quippe qui  
 Ubi quid surripias, nihil est. Sequere hac me. Co. se-  
 quor.

*quid perierit (a quo credo te posse facile abstinere, si nihil est obviam) dicent, coci abstulerunt, comprehendite, constringite, verberate, præcipitate in puteum. Nihil horum tibi accidet hic: videlicet ubi est nihil quod suffureris. Sequere me hac. Co. Sequor.*

---

apud nos B. 1. 2. Hl. 1. Lgg. Both. 1. 2. alterum *mogna* deest in C. Pll. sex; atque *familia* Hl. 1. a m. sec.—18 *Ubi si* Pll. 4. 5. *periverit* C. *perierit* Pll. 1. 3. *per rim* *vierit* Pl. 2. *pervene*rit Pll. 4. 6. *si quid perit* Pl. 5. *quod te scio* *Facere*, &c. B. 1.—23 *Ubi nihil est* Hl. 2. *Ubi quid nihil est* *sequere* Hl. 1. B. 1. 2. *sur-*  
*ripiat* C. Voss. 3. Junian. *subripit* Voss. 1. *Hæc vox surripias* deest in Pll. sex, Voss. 2. et Gud.

## NOTÆ

18 *Quod te scio*] *Jocns* est in Stro- alibi passim.  
 hilum contortus, utpote servum fu- 21 *In puteum*] *Carcerem* intelligit  
 racem: *quod pro sicut* positum, ut profundum.

---

## ACTUS SECUNDI SCENA SEXTA.

STROBILUS, STAPHYLA, COCI.

ST. HEUS Staphyla prodi, atque ostium aperi. ST. qui vocat?

STR. Strobilus. ST. quid vis? STR. hos ut accipias cocos,

Tibicinamque: opsoniumque in nuptias.

STRO. *Heus, Staphyla, regredere, et aperi januam.* STA. *Quis me vocat?*  
 STR. *Strobilus.* STA. *Quid vis?* STR. *Ut admittas hos cocos, et tibicinam, et op-*

## NOTÆ

3 *Opsonium*] *Opsonium* dicitur quic- men usu venit ut pro solo pisce, quid coquitur, ab ὄφον, quod ab ὅπτω, tanquam delicatissimo cibo, accipia- coquo, quiequid una cum pane come- tur: unde apud Joan. Evang. vi. 9. ditur, quicquid in macello venit. Ta- legitur δέο δψάρια apud Matth. et

- Megadorus jussit Euclioni hæc mittere.  
 ST. Cererine, Strobile, has facturi nuptias ? 5  
 STR. Qui ? ST. quia temeti nihil allatum intellego.  
 STR. At jam afferetur, si a foro ipsus redierit.  
 ST. Ligna hic apud nos nulla sunt. Co. sunt asseres ?  
 ST. Sunt pol. Co. sunt igitur ligna ; ne quæras foris.  
 Sr. Quid ? impurate, quanquam Vulcano studes, 10  
 Cœnæne causa, aut tuæ mercedis gratia,  
 Nos nostras ædes postulas comburere ?  
 Co. Haud postulo. STR. duc istos intro. ST. sequimini.

*sonium ad nuptias. Megadorus mandarit mittere hæc Euclioni. STA. Suntne celebaturi has nuptias Cereri ? STR. Qui ? STA. Quia video nihil allatum viui. STR. Sed afferetur modo, quando Megadorus redierit a foro. STA. Nulla sunt ligna apud nos. Co. Sunt asseres ? STA. Sunt per Pollucem. Co. Ergo sunt ligna ; ne quæras foris. STA. Quid ais, impure, quanquam servis Vulcano Deo ? An cœnæ gratia, aut tuæ mercedis, vis nos incendere nostrum domum ? Co. Nolo. STR. Introduc istos. STA. Sequimini.*



3 *Tibicinam obsoniumque* Hl. 1. a m. pr.—5 *Cererin* Hl. 1. 2. Ven. 1. Bon. al. vett. *Cererin* B. 1. 2. *Cererin' S. estis facturi* Palmer. Spicil. *Cererin mi S. hi sunt facturi* Macrobi. Sat. III. 11. *istas facturi* Meurs.—6 STR. *Qua* B. 1. —7 Hl. 1. a m. sec. *si jam a foro.*—11 *Cœnæve* Lgg. C. Pl. 4. Pl. 2. 3. a m. pr. et edd. vett. *Cœnæve* Pl. 1. 5. 6. et Pl. 2. 3. a m. sec.—13 Hl. a m. pr. *intro sequimini.*

#### NOTÆ

Marc. vi. 38. et Lnc. ix. 13. δύο ἵχθυας legas. Ab ‘opsoniis’ dicebantur ‘opsonomi’ ædiles, quorum erat cura æduliorum in macello.

5 *Cererine*] Servins : ‘ Alind est sacrificium, aliud nuptias celebrare, in quibus revera vinum adhiberi nefas erat ;’ sed Ambarvalia cum vino celebrabantur.

10 *Impurate*] ‘ Impure’ tam de li-

bidinoso dicitur, quam de alio qnovis facinoroso.

*Quanquam Vulcano studes]* Coci crebro ad ignem, hinc studere dicuntur Vulcano, nisi subsit his verbis jocus in servum semper paratum ad incendendam domum : ignis autem est, injectum metallum de impuro reddere pnrnum.

---

## ACTUS SECUNDI SCENA SEPTIMA.

### PYTHODICUS.\*

CURATE; ego intervismam quid faciant coci :

PYTH. Curate interim : ego observabo quid faciant coci. Est cura maxima ut

---

\* Pro PYTHODICUS Lgg. habent FITODICUS.

Quos pol ut ego hodie servem, cura maxuma est :  
 Nisi unum hoc faciam, ut in puto coenam coquant,  
 Inde coctam sursum subducemus corbulis.  
 Si autem deorsum comedent, si quid coixerint,       5  
 Superi incœnati sunt, et coenati inferi.  
 Sed verba hic facio, quasi negotii nihil siet,  
 Rapacidarum ubi tantum siet in ædibus.

*eos obsercem hodie: nisi curem hoc unum ut coquant coenam in iuso puto, et educamus inde in altum corbulis quando erit cocta: si vero comedent deorsum quem coixerunt, sane superi erunt incœnati, et inferi coenati. Sed hic fabulor, quasi nihil mihi sit negotii in ædibus in quibus tot sunt rapaces.*

1 Hl. 2. eo intervism.—3. 4 Nonius p. 710. 35. coenam coquam; Inde coctam, &c. Lgg. Inde c. subducemus corbulis sursum; edd. quædam vett. Coctum inde; C. Pl. sex, al. Inde coctam sursum, &c. Edd. quædam vett. deducemus, contra omnes codd.—6 Edd. vett. et Hl. 1. in litura, sint; Lgg. C. Pl. Hl. 2. B. 1. 2. al. sunt.—7 Sic verba B. 1. 2. Pl. sex, Ven. 1. Bon. al. vett. et sic Douza.

#### NOTÆ

6 *Superi incœnati*] Ludit in verbis superi, inferi: quasi dicat, tam absurdum sit quam si superi, id est, vivi, incœnati sint, et inferi, id est, mortui, coenati.

8 *Rapacidarum*] Patronymicum Plautinum a ‘rapax,’ ‘rapacidæ;’ ut ab ‘Æaco,’ ‘Æacidæ,’ a ‘Scipione,’ ‘Sciapiadæ;’ quasi sit familia quædam furum.

## ACTUS SECUNDI SCENA OCTAVA.

EUCLIO, CONGRIO.

Eu. VOLUI animum tandem confirmare hodie meum,  
 Ut bene haberem filiæ nuptiis.  
 Venio ad macellum, rogito pisces: indicant  
 Caros; agninam caram, caram bubulam,  
 Vitulinam, cetum, porcinam; cara omnia:       5

*Eucl. Tandem volui hodie in animum meum inducere, ut me haberem liberaliter in nuptiis filiæ. Venio ad macellum, rogito quanti sint pisces. Constituunt premium carum piscibus, carum agninae, carum bubulae, carum vitulinae, ceto, porcinæ,*

1 *V. tandem animam Hl. 1. animum tandem confirmarem B. 2.—2 Ut bene me haberem filia in nuptiis Voss. Both. 1. 2. habere me C. a m. sec. filiae me in nuptiis Arg. 3. in nuptiis B. 1. meæ me filiae in nuptiis vett. quædam edd. sed*

- Atque eo fuerunt cariora, æs non erat.  
 Aboe iratus illuc, quoniam nihil est qui emam.  
 Ita illis impuris omnibus adii manum.  
 Deinde egomet mecum cogitare inter vias  
 Occepi: festo die si quid prodegeris,                            10  
 Profesto egere liceat, nisi peperceris.  
 Postquam hanc rationem cordi ventrique edidi,  
 Accessit animus ad meam sententiam,  
 Quam minimo sumtu filiam ut nuptum darem.  
 Nunc tusculum emi, et hasce coronas floreas:                15  
 Hæc imponentur in foco nostro Lari,  
 Ut fortunatas faciat gnatae nuptias.  
 Sed quid ego apertas ædes nostras conspicor?  
 Et strepitus est intus: numnam ego compilor miser?  
 Co. Aulam majorem si potes, vicinia                            20

*cuncta cara. Et fuerunt eo cariora, quod non erat pecunia. Me proripio iratum hinc, quoniam est nihil quo emam. Sic illis impuris valedixi. Deinde occupi cogitare egomet mecum per vias: si prodegeris aliquid die festo, oportebit egere die profesto, nisi porcus fueris. Postquam attuli hanc rationem cordi et ventri, mens descendit in meam sententiam, ut collocarem filium quam minimo sumtu: emi nunc thus et hasce coronas floreas. Hæc imponentur nostro Lari in foco, ut faciat nuptias fortunatas filie. Sed quid ego conspicor nostras ædes apertas? Et est strepitus intus: an compilor infelix? Co. Pete, si potes, ollam majorem vi-*

•••••  
*træ meæ abest ab omnibus codd. Parei.—5 Vitilinam Lgg.—6 Atque ea B. 1. cariora quia æs Lgg. Alii quo pro quia.—7 Iratus illuc abeo Lgg. Ab eo illuc iratus edd. vett. est nil G.—8 Ita illis illam impuris omibus Pl. 3. Ita illis imp. omnibus Pl. 5. Ita illam Hl. 1. a m. pr. Illam illis Hl. 2. Ita ill' B. 2. adii manum Both. 1. 2. abii inanis Hl. 1. in marg. abi in anis Pl. 3. inter lineas.—10 Hl. 1. prodigeris.—11 Profecto Hl. 1. nisi nisi B. 1. priore expuncto; ubi B. 2. et in marg. nisi a m. sec.—12 Post hanc Hl. 1. 2. B. 1. 2. ventri cordique Lgg, Gæller.—15 Nunc thusculum emi hoc, et coronas Priscian. p. 611. Pütsch. *Hunc tusculum B. 1. 2. Hl. 1. 2.—16 Hæc imponentur C. Hæc imponantur Pl. 3. Hoc imponentur Pl. 6.—18 Si quid apertas edd. quædam vett. Si quid ego apertas omnes codd. et edd. post Parenum. adis C. fores nostras Pl. 1. et inter lineas ades.—19 Edd. vett. numnam compilor.—20 Edd. vett. si pote; Both. 1. 2. Douza, al. si potest; omnes codd. si potes. B. 1. 2.**

## NOTÆ

6 *Æs*] Apud Romanos perinde atque apud nos, etiamnum nummis æreis comparahantur vulgo edulia; quia aptiores sunt enivis parando opsonio et componendo pretio.

8 *Alii manum*] Idei significat hoc loco Plautus, atque nos vernacula nostra, *Je baise les mains à Messieurs les Bouchers, et à Mesdames les Harangères.* Nam verbum hoc serio dictum obsequii testificationem, joco

fraudatam expectationem notat.

Pete : hæc est parva, capere non quit. Eu. hei mihi,  
Perii hercle ! aurum rapitur, aula quæritur.

Nimirum occidor, nisi ego intro huc propere propero currere.

Apollo, quæso, subveni mihi, atque adjuva :

Confige sagittis fures thesaurorios :

25

Cui in re tali jam subvenisti antidhac.

Sed cesso prius quam prorsus perii, currere ?

*cinia, hæc est angustior, non potest capere coquenda. EUCL. Hei mihi ! per Herculem perii : expilatur aurum, queritur olla : scilicet interimor, nisi ego accelero celeriter currere huc intro. Apollo, obsecro, auxiliare mihi, atque confige sagittis fures mei thesauri. Mihi subvenisti jam antea in re simili. Sed cesso currere antequam prorsus occidi?*

\*\*\*\*\*

Hl. 1. a m. pr. Hl. 2. viciniam.—21 Pote h. p. est Hl. 1. B. 1. *Hei miser* Hl. 1. *parva est, ei mihi* Lgg.—22 *Perii hodie* Brix. *Perii Dii* J. Gul.—23 *N. occidi* H. Pll. 1. 2. 5. 6. Lgg. *nisi ego huc intro propero currere* B. 1. Pll. sex ; *propero deest etiam in* Hl. 1.—25. 26. ‘*Hos vss. sedem mutare jussit Bothe : nec male, nec necesse videtur.*’ Gæller. *jam deest in* B. 1. *in re talia subvenit antidhac* C. *subvenitur* Pl. 1. *ante hac* Hl. 1. 2. B. 2. et Pll.

#### NOTÆ

23 *Propere propero*] Celeritate pendum hujus versus exprimitur cursus senis, quem avaritia sua, seu stimulus, præcipitem agit.

24 *Apollo*] Apollinem, quasi malorum depulsorem, ad præsidium suum

appellat.

25 *Sagittis*] Sua cuique Deorum arma tribuuntur : sed in primis Apollini sagittæ : puto quod radii solis ab eo, quasi quædam sagittæ, mituntur.

## ACTUS SECUNDI SCENA NONA.

### ANTHRAX.

DROMO, desquama pisces : tu Machærio  
Congrum, murænam exdorsua, quantum potes :  
Atque omnia, dum absum hinc, exossata fac sient.  
Ego hinc artoptam ex proxumo utendam peto

ANTH. *Dromo, deme squamas piscibus : tu detrahe pellem congro et murenæ quam velocissime poteris, atque da operam ut universis ossa eximantur, intereadum absum hinc. Ego eo petitum mutuam artoplum a Congrione apud Megadorum.*

\*\*\*\*\*

1 *Dromades quam aspicis* B. 2. C. *piscis* B. 1. ‘*Pll. fere omnes hanc scenam connectunt cum præcedenti.*’ Parens.—2 *Hl. exossa, et in marg. exdorsua.*—3 C. Pll. quinque, Lgg. *exossata sient* ; *Hl. 2. exossata fac sient.* Hic versus

A Congrione : tu istum gallum, si sapis,  
Glabriorem reddes mihi, quam volsus ludiu'st.  
Sed quid hoc clamoris oritur hinc ex proxumo ?  
Coci hercle, credo, faciunt officium suum.  
Fugiam intro, ne quid hic turbæ fiat itidem.

*Tu, si sapis, mihi reddes hunc gallum glabriorem quam est Lydius depilatus. Sed quis clamor auditur hinc ex vicinis? Credo profecto coquos implere suum officium: accelerabo intrare, ne turbæ hic fiant pariter.*

---

deest in Hl. 1.—4 *Ego hic arctoltam B. 1. 2.—6 Glabriōnēm Pll. 1. 3. 4. 5. 6. Pl. 2. a m. pr. Lydius est B. 1. a m. sec. lid'i est B. 2.—8 Sed quid hoc C. et Pll. sex.—9 Hl. 1. ne quid turbæ itidem fiat hic mihi; Hl. 2. ne quid t. hic itidem fiat mihi; B. 1. ne quid turbæ hic itidem fiat; B. 2. ne quid turbæ hic itidem fiat congrio.*

## NOTÆ

4 *Artoptam*] Coquinariū instrumentum coquendis placentis idoneum: une poèle à frire: une poèle à bignets: sartago.

6 *Volsus ludiu'st*] Adolescentes qui aut a Lydia vocabantur ad ludos, ut

gentes nonnullas certis rebus, et ad dictiores cernimus et aptiores: aut ad exemplum Lydorum instituti, ludos obibant, Lydii vocabantur, quibus quo gratiores erant spectatori- bus, barba conveltebatur radicitus.

## ACTUS TERTII SCENA PRIMA.

## CONGRIO.

OPTATI cives, populares, incolæ, accolæ, advenæ omnes,  
Date viam qua fugere liceat, facite totæ plateæ pateant.  
Neque ego unquam, nisi hodie, ad Bacchus veni in Bacchanal coquinatum,

Co. *Carissimi cives, populares, incolæ, accolæ, advenæ universi, facite viam qua possim fugere; facite ut totæ plateæ pateant. Ego arbitror me incidisse in Bacchus et Bacchanal, et non in culinam, ad coquendum, adeo me male exceperunt*

---

1 *Optati vires C. Optati jures al.—3 C. a m. pr. Pll. 4. 5. 6. Bachinal. C. et*

## NOTÆ

2 *Date riam*] His verbis additis summovebant turbam obviam magistratis lictores, addito tantum magistratus nomine, ‘ Date viam Consuli,’ ‘ Date viam Praetori,’ &c.

3 *Bacchus*] Bacchæ a Baccho dicatae. Tertio quoque anno Orgia, seu saltationes et cursus, celebrabant ingentibus clamoribus et thyrsis, seu baculis, obvios quosque furiosæ pul-

Ita me miserum et meos discipulos fustibus male contuderunt.

Totus doleo, atque oppido perii, ita me iste habuit senex gymnasium. 5

Neque ligna ego usquam gentium præberi vidi pulchrius: Itaque omnis exegit foras, me atque hos, onustos fustibus. Attat, perii hercle ego miser! aperit Bacchanal: adest: Sequitur: scio quam rem geram: hoc ipsus magister me docuit.

*fustibus, et meos discipulos. Totus doleo, et plane interii, adeo Euclio sese exercuit in me verberando. Neque ego vidi usquam terrarum ministrari pulchrius ligna. Itaque me ejecit foras, atque omnes hos oneratos fustibus. Atat ego interii per Herculem, infelix. Aperit locum baccharum. Adest: sequitur. Scio quid agam: fugiam. Magister ipse me docuit hoc.*

Fest. coquatum; Hl. 1. coquatum.—6. 7. Hi versns desunt hic in B. 1. 2. et Hl. 1. Itaque omnis B. 2. exigit Hl. 1. a m. pr.—8 At at p. h. miser, ah perii! Bacchanal nonnulli codd. ap. Paren.; Atat ego perii hercle ego B. 1. Atat p. ego miser hercle B. 2. Vss. 6. 7. hic inseruntur in B. 1. 2.—9 Hl. 1. quam geram rem.

#### NOTÆ

sabant. Huc alludit Congrionis oratio. quo plures juxta habitant.

5 *Gymnasium*] Flagri videlicet.

6 *Præberi*] *Præbere, παρέχειν*, unde πάροχοι. Horat. i. Sat. 5. ‘Proxima Campana ponti quæ villula, tectum Præbuit, et parochi, quæ debent, ligna salemque.’ Unde translatum ecclesiasticum verbum, Parochia, Paroisse: nisi sit a παροικίᾳ, locns in

8 *Bacchanal*] Locns et spatium quod clamoribus suis infestabant

Bacchæ, aut etiam sacrarum et adytum Bacchi. ‘Virginal’ a Prudentio locns in quo virgines commorantur: unde ‘Virginalia’ dici possunt cœnobia virginum.

9 *Docuit*] Fugere quando insequuntur.

## ACTUS TERTII SCENA SECUNDA.

EUCLIO, CONGRIÖ.

EU. REDI, quo fugis nunc? tene, tene. CO. quid, stolide, clamas?

EU. Quia ad tresviros jam ego deferam tuum nomen. CO. quamobrem?

EUCL. Revertere. Quo fugis jam? tene, tene. CO. Quid vociferaris, stolide?

EUCL. Quia ego jam deferam tuum nomen ad tresviros. CO. Quapropter?

**Eu.** Quia cultrum habes. **Co.** cocum decet. **Eu.** quid comminatus

Mihi? **Co.** istuc malefactum arbitror, quia non latus fodi.

**Eu.** Homo nullus est te scelestior qui vivat hodie, 5

Neque cui ego de industria amplius male plus lubens faxim.

**Co.** Pol etsi taceas, palam id quidem est: res ipsa testis est.

Ita fustibus sum mollior miser magis, quam ullus cinædus.

Sed quid tibi nos, mendice homo, tactio est? quæ res?

**Eu.** Etiam rogitas? an quia minus quam æquom erat feci?

**Co.** Sine: at hercle cum malo magno tuo, si hoc caput sentit. 11

**Eu.** Pol ego haud scio quid post fiat, tuum nunc caput sentit.

Sed in ædibus quid tibi meisnam erat negotii,  
Me absente, nisi ego jusseram? volo scire. **Co.** tace ergo.

**EUCL.** Quia habes cultrum. **Co.** Decet cocum habere. **EUCL.** Quare mihi comminatus es? **Co.** Arbitror male me fecisse, quod non defixi in latus. **EUCL.** Est nullus homo nequior te, qui rivot hodie, neque cui ego male fecero lubentius data opera. **Co.** Per Pollucem etsi taccas, id profecto patet: res ipsa est testis. Adeo centritus sum fustibus, ut sim jam mollior ullo cinædo. Sed quare nos pulsasti, mendice homo? Quæ res? **EUCL.** Etiam rogas? An quia pulsavi minus quam erat par? **Co.** Sine me. At per Herculem cum tuo magno malo, si hocce caput sentit. **EUCL.** Per Pollucem ego nescio quid fiat posteua de tuo capite. Sentit nunc. Sed quidnam negotii erat tibi in meis ædibus, ut, me absente, venias in eas injussus?

1 **EUCL.** Dedi Lgg.—2 **Hl.** 1. a m. pr. tris viros ego; Lgg. jam perfero nomen tuum; **Hl.** 1. 2. B. 1. 2. etiam nomen tuum.—3 **Acidal.** quin comminatus, omisso signo interrogandi; quid comminatus **C.** **Pl.** 1. 4. 5. 6. quid eo minatus al.—4 **C.** et **Pl.** istud. **Hl.** 1. qr. non l. fodi.—6 Neque quo Lgg. mali G. malis H. libens C. et sex **Pl.**—7 **Pol** etsi tu taceas **Hl.** 1. a m. sec.—8 Nonius p. 487. 23. mollior magis quam ullus cinædus; **B.** 1. magis miser; nonnulli submolior; et sic Both. 1. 2. sum deest in **Hl.** 1.—9 Sed tibi quid **Hl.** 1. B. 1. Sed quod tibi Lgg. quæ res est edd. quædam vett. est deest in C. et Pall. sex.—10 Bothe rogas. Lgg. erat æquum.—11 Lgg. magno malo tuo; **C.** **Pl.** 3. 4. 5. 6. **B.** 1. malo tuo magno. **Pl.** 1. 2. non habent τὸ at. Edd. quædam vett. hocce caput, contra omnes codd.—12 Nonnulli ap. Pareum, post fuit. Hic versus deest

#### NOTÆ

2 **Tresviro]** Tresviri, judices capitales. Supra in Amphitr. latini.

8 **Cinædus]** Cinædi apud Romanos erant juvenes, quorum erant flexiles in primis artus ad saltationem. Quo-

niam vero hoc genus theatris et spec-

taculis assuetum, ut plurimum voluptatibus deditum erat, juvenes effeminati, sive saltationibus darent operari, sive non, cinædi sunt appellati a κινέω, moreo.

11 **Caput sentit]** In hoc versu caput

Quia venimus coctum ad nuptias. Eu. quid tu, malum,  
curas

15

Utrum crudum an coctum edim; nisi tu mihi es tutor?

Co. Volo scire, sinas an non sinas nos coquere hic cœnam?

Eu. Volo scire item ego, meæ domi meane salva futura?

Co. Utinam mea mihi modo auferam, quæ attuli, salva!

Me haud pœnitet, tua ne expetam. Eu. scio: ne doce, novi.

Co. Quid est, qua prohibeas nunc gratia nos coquere hic  
cœnam?

21

Quid fecimus? quid diximus, tibi sequius, quam velles?

Eu. Etiam rogitas, scelesto homo, qui angulos omnis

Mearum ædium et conclaveum mihi perviam facitis?

*Volo scire.* Co. *Sile ergo.* *Quia venimus coctum ad nuptias.* Eucl. *Quid curas tu, malum, utrum edum crudum an coctum, nisi tu es meus tutor?* Co. *Volo scire, patiaris an non patiaris nos coquere hic cœnam.* Eucl. *Ego rolo item scire utrum mea bona sint futura salva in meis ædibus.* Co. *Utinam auferam modo salva ea quæ attuli! non curo tua expetere.* Eucl. *Scio, ne doce, novi.* Co. *Quid est? Qua causa nos prohibeas nunc nos coquere hic cœnam? Quid fecimus? Quid diximus tibi sequius quam velles?* Eucl. *Etiam rogitas, nequam homo, qui mihi facitis percios omnes angulos mearum ædium et conclaveum? Non*

\*\*\*\*\*

in B. 1. 2. Hl. 1. 2. et sex Pll.—14 B. 1. *volo ego scire.*—15 Gæller, *quid malum*, omissis pronomine *tu*.—16 *Ego utrum Reizius; Ego utrumne Herman.* Doctr. Metr. p. 455. *coctum ego edim* Lgg. *coctum edum* Hl. 1. 2. B. 2. *Verum c. an coctum edam* B. 1.—17 Lgg. *sinus item sinas;* Hl. 2. *Volo scire an non, &c.* Verba, *an non s. n. c. h. cœnam?* *Volo scire,* desunt in Hl. 1.—18 *Volo scire ego item* Hl. 1. 2. C. Pl. sex, Parei 1. 2. al. vett. *item ego* B. 1. *meæ domi mea salva futura* B. 1. 2. Pl. sex; *meane deest* Hl. 1. 2.—19 Hic versns Camerario mutilus videbatur, sed ita legitur in omnibus codd. præter Hl. 1. qui exhibet *Utinam mihi meu.*—20 *Meum haud pœnitet* Camer. *Me haud penus est* B. 2. *expectam* C. Pl. sex; sed Pl. 4. *super me haud, habet mea ut.* Quidam editores, *Me apud penes est;* alii, *Mea haud æsus (vel usus) est, ne tua expelam; vel, tua ne expetam.*—21 Lips. B. 1. Both. 1. 2. Gæller, *prohibes.*—22 Hl. 1. 2. B. 1. 2. Pl. sex, Ven. 1. Bon. Gæller. *secus quam;* C. *sequi usquam;* Rittersh. ap. Sciopp. Susp. Lectt. p. 200. conj. *secius quam;* Lgg. *tibi seu cuiquam non velles.*—23 Parei 2. et al. vett. *qui a. hic omnis;* sed *hic abest ab omnibus codd.*—24 C. et omnes edd. ante Camer. *pervium;* Pl. 3. *per viam;* Pl. 5. et Pl. 4. a m. sec. *per via;* Lgg. *conclarium pervium,* omissis *mihi;* Hl. 1. 2. B. 1. 2. Pl. 1. 4. 6. *servant perviam;* Diss. *perviam*

#### NOTÆ

*sentit, id est, si nullus est mihi sensus honoris, Je veux que vous me preniez pour une bête. In sequenti versu rapit in jocum, si hoc caput sentit, et dicit Congrioni ejus ‘caput sentire,’ dolorem videlicet ictuum modo a se inflictorum.*

20 *Me haud pœnitet]* A ‘pœna’ est,

unde ‘pœnitentia,’ tam de pœnis quæ ab ecclesia impomuntur ad expianda crimina, quam de dolore mentis. Itaque hoc loco nihil aliud innuit Enclo- ni Congrio, quam si vernaculo nostro diceret, *Je me mets bien en peine de ce qui vous appartient, et de le désirer.*

Id ubi tibi erat negotium, ad focum si adesses, 25  
 Non fissile haberes caput: merito id tibi factum est.  
 Adeo ut tu meam sententiam jam jam noscere possis,  
 Si ad januam huc accesseris, nisi jussero, propius,  
 Ego te faciam miserrimus mortalis uti sis.  
 Scis jam meam sententiam? quo abis? redi rursum. 30  
**Co.** Ita me bene amet Laverna, te jam, nisi reddi  
 Mihi vasa jubes, pipulo hic differam ante ædis.  
 Quid ego nunc agam? næ ego edepol veni huc auspicio  
 malo.  
 Nummo sum conductus: plus jam medico mercede opus  
 est.

*haberes caput fissile, si adesses ad focum ubi tibi erat negotium: tibi factum est id merito. Adeo ut janum tu possis noscere meam mentem; si accesseris propius ad januam, nisi mandavero, ego faciam ut tu sis miserrimus omnium mortaliuum: tenesne jam meam mentem? Quo abis? Revertere rursum. Co. Ita Laverna me amet bene: nisi mandas mihi reddi mea vasa, te differam hic convicio ante ædes. Quid agam ego nunc? Per ædem Pollucis ego veni huc malo augurio. Sum conductus nummo: jam plus opus est nummo in mercedem medici.*



*facis.—25 Pil. sex, sic adesses; Lgg. partim, si non adesses.—26 Non fixile B. 1. Non fixille B. 2. Non fissile sic Parei 2. et al. vett. sed sic deest in omnibus codd. Non fissilea H. merito id factum est tuo Lgg.—27 Adeo ut mean Gœller. jam non geminatur in C. Pil. sex, Hl. 1. 2. B. 1. 2. Pro quo Pl. 4. habebat a m. pr. idem.—28 Si ad j. hoc J. Gul. hoc tamen servant omnes codd.—29 Douza, mortalium.—31 Ita bene Hl. 1. a m. pr. Laverna Pl. 2. —32 Lgg. C. populo; Pil. 2. 4. a m. sec. Pl. 3. a m. pr. et edd. vett. pipulo; Hl. 1. pipulo. Gœller, differam hic. Edd. vett. te ante; sed pronomen te deest in omnibus codd. Post hunc versum inseruntur in Hl. 1. versus 17. 18. suo loco omissi.—33 B. 1. næ ædipol, omissio pronomine ego,—34 B. 1. Pil. 3. 4. 5. 6. plus jam medio; Pil. 1. 2. plus jam media. Hl. 1. a m. pr. medico opus est.*

## NOTÆ

31 *Laverna*] Dea a furibus invocari solita. Horatius: ‘*Pulchra Laverna, da mihi fallere; Da justum sanctumque videri.*’ Apud Græcos praxidice Dea, seu potius caput Deæ, quia corpore carebat reliquo.

32 *Pipulo differam*] Id est, nomen tum longe lateque spargam. Pipulus est exsibilatio hominis, qui, quod nullis tabulis convinci potuissest, fraudem fecisset. Quod quidem convi-

cium, auctoritate decemvirorum, fiebat ante ædes hujus qui fraudis esset rens, adhibitis testibus.

33 *Auspicio malo*] ‘*Auspicium*’ ab avibus aspiciendis: mala autem auspicia a malis avibus: aves enim aliæ malæ, aliæ bonæ in auspiciis.

34 *Nummo*] Quando nummus dicitur sine addito, nummus intelligitur aurens, qui quidem duobus nummis aureis nostris fere æquivalebat.

## ACTUS TERTII SCENA TERTIA.

EUCLIO, CONGRIO.

EU. Hoc quidem hercle, quoquo ibo, mecum erit, mecum feram,

Neque istuc in tantis periclis unquam committam ut siet:  
Ite sane nunc jam intro omnes, et coci, et tibicinae.

Etiam introduce, si vis, vel gregem venalium.

Coquite, facite, festinate nunc jam quantum lubet. 5

CO. Temperi: postquam implevisti fusti fissorum caput.

EU. Intro abi; opera huc conducta est vestra, non oratio.

CO. Heu senex, pro vapulando, hercle, ego abs te mercedem petam.

Coctum ego, non vapulatum dudum conductus fui.

EU. Lege agito mecum, molestus ne sis: i, et coenam coque, 10

Aut abi in malum cruciatum ab ædibus. CO. abi tu modo.

*Eucl. Per Herculem quemcumque in locum ibo, haec olla erit mecum: neque committam unquam ut id versetur in tantis periculis. Intrete profecto nunc jam universi, et coqui, et tibicinae. Introduc adhuc, si vis, vel gregem renalium: coquite, facite, properate nunc jam quantum lubet. CO. Tempestive, postquam onerasti fustibus istorum caput. EUCL. Ingredere, vestra opera est conducta, non oratio. CO. Heu senex! ego per Herculem a te postulabo mercedem pro ictibus. Jam prius fui conductus ad coquendum, nou ad verhera. EUCL. Contende mecum judicio, ne sis molestus: i, et coque coenam, aut excede ab ædibus in malum cruciatum. CO. Abi tu modo.*

\*\*\*\*\*

1 Parei 2. et al. vett. *ibi nunc*; sed nunc deest in omnibus codd.—2 Nunc istud B. 1.—3 Ita C. Pl. 1. a m. pr. Pll. 2. 4. 6. Hl. 1. *jam nunc* Hl. 1.—4 Etiam introduc te Pl. 4. Etiam huc introduce Parei 2. et al. vett. *huc extat in nullo codd.*—6. 7 *Hem periū abi.* Ev. *Abi opera*, omissis intermediiis, Hl. 1. 2. *Hem periū.* Ev. *Abi opera* B. 1. 2. *Hem periū abii opera* Pll. sex, C. et edd. vett. Lacuna suppletur in C. ad oram manu antiqua. *Verbum est* deest in Lgg.—8 *Hem senex* Hl. 1. a m. sec. *Eu senex* C.—10 Lgg. H. M. Hl. 1. Both. 1. 2. *ne sis, aut coenam;* B. 1. *ne sis; et.*

## NOTÆ

10 *Lege agito*] Est, actionem intendere, intenter un procès: ex praescripto Legum XII. Tabularum et Juris Civilis.

11 *In malum cruciatum*] Id est, in malam crucem. Est imprecatio atrocissima.

## ACTUS TERTII SCENA QUARTA.

EUCLIO.

**ILLIC** hinc abiit. Di immortales, facinus audax incipit,  
 Qui cum opulento pauper homine cœpit rem habere aut  
 negotium,

Veluti Megadorus tentat me omnibus miserum modis :  
 Qui simulavit, mei honoris mittere huc causa cocos,  
 Is ea causa misit, hoc qui surriperent misero mihi. 5  
 Condigne etiam meus me intus gallus gallinaceus,  
 Qui erat anui peculiaris, perdidit pænissime.

Ubi erat hæc defossa, occœpit ibi scalpure ungulis  
 Circumcirca : quid opus est verbis ? ita mihi pectus per-  
 acuit :

Capio fustem, obtrunco gallum, furem manifestarium. 10  
 Credo ego edepol illi mercedem gallo pollicitos cocos,  
 Si id palam fecisset : exemi e manu manubrium.  
 Quid opus est verbis ? facta est pugna in gallo gallinaceo.  
 Sed Megadorus meus affinis eccum incedit a foro.

**EUCL.** *Ilic abit hinc. Dii immortales, orditur facinus audax, qui pauper cœpit habere negotium aut rem cum homine locuplete, velut Megadorus tentat me miserum omnibus modis : qui finxit mittere huc coquos mei honoris gratia, is misit idcirco ut mihi surriperent infelici hoc avum. Meus gallus gallinaceus, qui erat peculiaris Staphylæ, me etiam perdidit prorsus intus. Occœpit scalpare unguibus circum locum in quo hæc olla erat defossa. Quid opus est pluribus verbis ? Mihi adeo moveret bitem : capio baculum, obtrunco gallum, furem manifestarium. Per adem Pollucis ego credo cocos pollicitos mercedem illi gallo, si patescisset id. Eripui coquos ansam furandi e manu. Quid plura ? Expugnavi gallum gallinaceum. Sed ecce Megadorus meus affinis venit a foro. Non*

\*\*\*\*\*

1 Lgg. *pauper cœpit rem habere aut*; al. *pauper homo cœpit rem habere aut*. Pl. 4. a m. pr. *agere pro habere*.—3 *Velut* Hl. 1. B. 1. Lgg. *Vult* B. 2. *Veluti* me Gœller. *me deest in Parei* 2. et al. *vult*.—5 *Is mea causa* edd. *quædam vett.*—6 Voss. *intus me*.—7 C. *anui peculiaris p. perussime*.—8 Nonius p. 581. 37. *scalpure ungibus*. Hl. 1. a m. sec. *sculpturare*; Pl. 5. *scalpare*; Pl. 6. *scalpulare*, postea *deletis u et l*.—9 *Sunt qui legant, ira mi pectus*.—11 *Credo edepol M. H. G. edepol ego* Lgg.—12 C. Pl. H. *ex manu*; *Meus, manubrium*.

## NOTÆ

10 *Furem manifestarium*] In mani- veriale, quod aliter effertur, si an- festo furto deprehensum.

12 *Exemi manubrium*] Dictum pro- occasionem notat.

Jam hunc non ausim præterire, quin consistam et collo-  
quar. 15

*ausim hunc præterire jam, quin consistam et confabuler.*

---

—13 Hl. 1. C. Pll. 1. 2. 6. *gallinatio*.—15 B. 1. a m. pr. *ausum*, Hl. 1. a m. pr.  
et *eloquar*; B. 1. et *proloquar*.

---

### ACTUS TERTII SCENA QUINTA.

MEGADORUS, EUCLIO.

ME. NARRAVI amicis multis consilium meum  
De conditione hac. Euclionis filiam  
Laudant: sapienter factum et consilio bono.  
Nam, meo quidem animo, si idem faciant ceteri  
Opulentiores pauperiorum filias 5  
Ut indotatas ducant uxores domum:  
Et multo fiat civitas concordior,  
Et invidia nos minore utamur, quam utimur:  
Et illæ malam rem metuant, quam metuunt, magis:  
Et nos minore sumtu simus, quam sumus. 10

ME. Narravi multis ex meis amicis meum consilium de hac conditione uxoria. Pradicani filiam Euclionis: dicunt a me factum sapienter, et bono consilio: nam meo quidem animo, si reliqui faciant idem, ut locupletiores viri ducant domum uxores filius tenuiorum sine dote, et urbs evadat longe magis concors, et nos erimus obnoxii minori invidiae quam sumus, et illæ timeant magis malam rem, quam timent, et nos faciamus minores sumtus quam facimus. Id est utilissimum maxi-

---

1 Narravi a. meis cons. edd. quædam vett. multis tamen servant omnes codd.—2 De c. ac Euclionis filia Grut. et sic plane legitur in B. 1. Pll. 3. 5. Pl. 1. a m. sec. Al. *De cond. hac Euclionis filie*.—3 Hl. 1. *factum sapienter*.—4 Hl. 1. inter lineas facerent.—6 Edd. quædam vett. uxorem, contra omnes codd.—8 Lgg. C. Pll. sex, B. 1. *minore nos*; B. 2. *minorem nos*, a m. pr.—9 Hl. 1. *minus quam metuunt*. In omnibus Pll. C. et Lamb. est *magis*; unus

### NOTE

2 *Conditione*] Id est, conjunctione quæ vinculo matrimonii intercedit. ‘Conventa conditio dicebatur, cum primus sermo de nuptiis, et earum Unde soleunia repudii verba erant, conditione, habebatur.’ ‘conditione tua non utor.’ Festus:

In maxumam illuc populi partem est optumum.  
 In pauciores avidos altercatio est,  
 Quorum animis avidis, atque insatietatibus,  
 Neque lex, neque tutor capere est qui possit modum.  
 Namque hoc qui dicat, Quo illæ nubent divites      15  
 Dotatæ, si istud jus pauperibus ponitur ?  
 Quo lubeat nubant, dum dos ne fiat comes.  
 Hoc si ita fiat, mores meliores sibi  
 Parent, pro dote quos ferant, quam nunc ferunt.  
 Ego faxim muli, pretio qui superant equos,      20  
 Sient viliores Gallicis cantheriis.  
**Eu.** Ita me Di amabunt, ut ego hunc ausculto lubens.  
 Nimis lepide fecit verba ad parsimoniam.  
**Me.** Nulla igitur dicat, Evidem dotem ad te attuli  
 Majorem multo, quam tibi erat pecunia.      25  
 Enim mihi quidem æquom est purpuram atque aurum dari,

*mæ parti populi. Superest contentio cum paucis cupidioribus dicitiarum, quorum animis aridis et insatiabilibus neque lex neque tutor est qui possit ponere limites. Nam si quis dicat: Cui nubent illæ divites dotatæ, si statuitur id jus tenuioribus? Nubant ubi placeat, dummodo arrogantia ex dote non eas comitetur. Si hoc fiat sic, sibi comparent meliores mores quos ferant pro dote, quam nunc ferunt. Ego faciam ut muli qui vincunt equos pretio, sint viliores cantheriis Gallicis. EUCL. Ita me Dii amabunt, ut ego hunc audio lubenter: habet orationem nimis festivam ad exprimendam parsimoniam. ME. Itaque nulla dicat: Profecto ego ad te attuli dotem multo ampliorem quam tibi erat pecunia: nam par est profecto ut*

-----

Lg. habet minus. Hic vs. deest in B. 1.—11 *In maxima illeç p. parte est optima* Hl. 1. B. 1. 2. Pl. *In maxumam illæç optumum* Lgg.—12 *In pauciori avidis* B. 1. 2. Hl. 1. Pl. 1. 2. 5. 6. *In pauciore avidis* Pl. 3. 4.—13 Lgg. aridis nec ne ins. C. in satietatibus.—14 Lgg. C. Pl. 4. 6. Pl. 1. in marg. tutor capere; Meurs. legit, tutor pacere; al. cavere, vel parcere, præter codd.—15 *Neque hoc* B. 1. 2. Hl. 1. 2. Pl. 1. 2. 3. 4. 6. *quod dicat* Pl. 4. Cumille Hl. 1. a m. sec. Al. *Quoi illæ;* vel, *Quoi lubeat;* n. d. d. ne fuat comes; vel, *Nam quod qui,* absque codd. auctoritate.—16 *Dotata es* B. 1. 2. C. Pl. 1. 2. 3. 4. 5. *Dotata* Hl. 1. *Dotata illud* Lgg.—17 *Quo jubante* B. 1. 2. Hl. 1. 2. Pl. 1. 2. 3. 4. 6. Ven. 1. Bon. *Quoque lubeant* C. Pl. 5. *Quoque lubeant* C. a m. pr.—18 *Hoc ita* si edd. quædam vett. *fiet* B. 1. Hl. 1.—19 *Pariant* Hl. a m. pr.—20 *Ego f.* muli Hl. 1. *Ego f. nulli in quibusdam vett.*—21 Pl. 1. 2. 3. 5. 6. canteriis.—22 *Ita Di me* B. 1. *auscultabo* Hl. 1. a m. sec.—23 B. 1. 2. C. Pl. sex, ad

## NOTE

21 *Gallicis cantheriis]* Cantherius hoc distat ab equo, quod majalis a est equus sectus. Adducebantur autem verre, capus a gallo, vervex ab arietem equi hujusmodi e Gallia, non ita magni pretii. Festus: ‘Cantherius

verre, capus a gallo, vervex ab ariete.’

Ancillas, mulos, muliones, pedissequos :  
Salutigerulos pueros, vehicula qui vehar.

Eu. Ut matronarum hic facta pernovit probe !  
Moribus præfectum mulierum hunc factum velim. 30

Me. Nunc quoquo venias, plus plaustrorum in ædibus  
Videas, quam ruri, quando ad villam veneris.

Sed hoc etiam pulchrum est, præ quam ubi sumtus petunt.  
Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius :

Caupones, patagiarii, indusiarii, 35  
Flammearii, violarii, carinarii,

*mili des purpuram atque aurum, ancillas, mulos, muliones, pedissequos, pueros ad salutem ferendam, vehicula quibus vehar. Eucl. Ut hic tenet penitus facta matronarum! Optarem præfici hunc moribus mulierum. Me. Nunc unde unde venias, video plus curruum in ædibus, quam ruri, quaudo veneris ad villam. Sed hoc est vel jucundum præ eo quod fit quando sumtus repetunt: nam astat fullo, phrygio, aurifex, lanarius; caupones patagiarii, indusiarii, flammearii, violarii, carinarii, aut*

*parsimoniam.—26 Enim non mili Hl. 1. a m. sec.—27 Hl. 1. mullos mulliones. Pll. 5. 6. pedissequas.—28 Saluti gerulos B. 2. C. Sandaligerulos conj. Douza. Lgg. ferar pro vehar; Hl. 1. rehat; B. 1. rehant.—29 Lgg. omittunt τὸ hic. —30 Codd. Lambini omittunt factum; quod tamen exhibent omnes Pll. C. Hl. 1. 2. B. 1. 2. Ven. 1. Bon.—33 Hl. 1. a m. pr. B. 1. pulcherrimum; B. 1. pulcrum; Lgg. polcrum. B. 1. præ ḡ. divisim; B. 2. perquam.—34 Voc. fullo est in litura in Hl. 1. Phullo Pl. 4. phrygio C. Pl. 4. linarius C. a m. pr.—35 Ciniſſones quædam edd. ap. Pareum. inclusiarii Pll. 2. 3. indusiarii B. 1. inclusarii Pl. 5.—36 Flammarii H. M. C. Pll. sex, et B. 1. Hæc vox deest in B. 2. coriarii Non. p. 795. 11. at p. 790. 19. citat carinarii; B. 2. carinarii. Al. cærinarii, de quibus Ovid. Art. Am. III. 164. vel caltularii, a colore caltulæ.—*

#### NOTÆ

28 *Salutigerulos*] ‘Salutigeruli’ dicebantur pueri qui mittebantur ad salutandum et ad rogandum varetnæ amicus, unde fortasse vernalculo nostro, valet.

30 *Moribus præfectum mulierum*] Errant apud Græcos constituti viginti, qui mulierum ornatui præsentes, γυναικούσθμοι dicti. Cicero: ‘Nec vero mulieribus præfectus præponatur, qui apud Græcos creari solet; sed sit censor, qui viros doceat morari uxoribus.’

34 *Phrygio*] Un brodeur. Virgilii: ‘Picturatas auri sub tegmine vestes.’

35 *Caupones*] Non de iis tantum qui vinum emunt revendunt; sed etiam

de aliis quibusvis qui emita a se de-nno vendunt. Igitur sunt, caupones patagiarii, caupones indusiarii et flammearii, &c.

*Patagiarii*] Qui vendebant patagia, id est, clavos aureos illustrandis vestibus mulierum, et forte conserendis et committendis fibularum loco, ut jam lauiores nodos habent argenteos, deauratos, boutons d'orfèvrerie.

*Indusiarii*] Nonius: ‘Indusium vestimentum est quod corpori intra plurimas vestes adhæret.’

36 *Flammarii*] Flammænum lutei coloris peplum, une écharpe, une cappe. Festus: ‘Flammeum est luteum tegmen quo matronæ velabantur.’

|                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                           |          |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------|
| Aut manuclearii, aut murobathrarii,<br>Propolæ, linteones, calceolarii,<br>Sedentarii sutores, diabathrarii,<br>Solearii astant, astant molochinarii,<br>Petunt fullones, sarcinatores petunt.<br>Strophiarrii astant, astant semizonarii.<br>Jam hosce absolutos censeas: cedunt, petunt.<br>Trecenti cum stant phylacistæ in atriis,<br>Textores, limbolarii, arcularii ducuntur: datur | 40<br>45 |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------|

*manuclearii, aut murobathrarii, propolæ, linteones, calceolarii, sedentarii sutores, diabathrarii, solearii astant, molochinarii astant, fullones petunt, sarcinatores petunt, strophiarrii astant, semizonarii astant. Jam putes istos dimissos: cum alii accedunt, petunt. Cum trecenti phylacistæ stant in atriis, textores, limbolarii,*

-----  
 37 *Aut mammellearii, aut mirobathrarii* B. 1. *manuelarii* C. Pl. 2. 4. 6. *manulcarii* Pl. 1. *manuelarii* Pl. 3. *mammellarii* Pl. 5. *murobanarii*, vel *cinobatrarii* Lgg. *myrobrecharii* cod. Meurs. Arg. 3. *murobathrarii* C. Pl. 5. *mirobatrii* Pl. 5. G. Al. *murobathrarii*, vel, *myrebrecharii*.—38 *Probolæ* B. 1. *Propolalinteones* C. *calceonarii* Pl. 1. 3. 4. 5. 6. *carceolarii* Pl. 2. *calcotarii* Pl. 6. a m. pr. *calcotarii* C.—39 *Quidam* codd. *Sedentarii sutates*; Pl. 3. *sutades*; Pl. 4. *sucates*; C. a m. pr. *sutures*; Hl. 1. *sudates*; C. et Pl. 1. 2. 3. 6. *diobathrarii*; B. 1. *diobathrarii*; B. 2. a m. pr. *diobathrarii*; Hl. Pl. 4. *cliebathrarii*; Pl. 1. a m. sec. et Pl. 5. *dyobathrarii*.—40 *Solarii* Pl. 5. *moloci nurii* C. Pl. 1. 2. 4. 5. 6. et Pl. 3. a m. sec.—41 *Petunt ciniflones* cod. Meurs. quod recepit Goeller. Vulgo *fullones*; sed hi jam memorati sunt vs. 34.—42 B. 1. 2. Hl. 1. 2. C. Pl. sex, *semisonarii*.—44 *Trecenti constat* Pl. 2. 3. *Tercentum adstant* Pl. 5. *Traceni cum stant* Pl. 6. *Trecenti constant* Hl. 1. et ab al. m. *cum adstant*; *Tercenti cum stant* al. ap. Pareum.—45 C. *linbuarii*; Pl. sex, Hl. 1. 2. B. 1. 2.

## NOTÆ

*Violarii]* Qui violaceo colore vestes inficiunt. Attnlit, et pretio ingenti dat primi-  
tu' paucos.'

*Carinarii]* Qui cerino colore inficiunt pannos. Nam *cera Dorice καρδς* dicunt, quæ alias *κηρός*, *couleur de cire*.

37 *Manuclearii]* Qui vestes manicas vendunt: unde 'manuleata vestis' toga est manicata.

*Murobathrarii]* Unguentarii, seu qui vestes snavibus odoribus imbutunt.

38 *Propolæ]* Est a pro præpositione Latina, et *πωλέω, rendo, non a πρὸ* præpositione Græca. Alioquin *pro in propola* esset breve, quod tamen est longum. Sic Lucilius: 'Sicuti cum fucus primus propola recentes

Calcei Græci genus diabathrum.

40 *Molochinarii]* Qui colorem mis-  
cat ad purpuram inclinantem, qualis est ille malvarum, quæ *μολόχαι* di-  
enntur, *cramoisi*.

42 *Stropharii]* Strophium est fas-  
cia pectoralis mulierum. Nonius: 'Fascia brevis, quæ virginalem pa-  
pillarum tumorem colibet.' Catull. 'Non tereti strophio lactentes vincita  
papillas.'

44 *Phylacistæ]* Custodes mancipio-  
rum in ergastulis.

45 *Limbolarii]* Qui limbo vestium  
oras prætexunt et muniunt: *linibus*

- Æs: jam hosce absolutos censeas,*  
*Cum incedunt infectores crocotarii;*  
*Aut aliqua mala crux semper est, quæ aliquid petat.*  
**EU.** Compellarem ego illum, ni metuam ne desinat  
 Memorare mores mulierum: nunc sic sinam. 50  
**ME.** Ubi nugigerulis res soluta est omnibus,  
 Ibi ad postremum cedit miles, æs petit.  
 Itur, putatur ratio cum argentario,  
 Impransus miles astat, æs censem dari.  
 Ubi disputata est ratio cum argentario, 55  
 Etiam plus ipsus ultro debet argentario.  
 Spes prorogatur militi in aliud diem.  
 Hæc sunt atque aliæ multæ in magnis dotibus  
 Incommunitates, sumtusque intolerabiles.  
 Nam quæ indotata est, ea in potestate est viri. 60

*arcularii inducuntur. Datur argentum. Jamque putes hosce dimisso, quando accedunt infectores crocotarii, aut est semper aliqua alia mala crux quæ flagitet aliquid. EUCL. Ego illum compellarem, ni metuam ne desinat commemorare mores mulierum. Nunc sic sinam verba facere. ME. Quando res est soluta cunctis nugarum architectis, ad postremum miles accedit. Petit argentum: statut, putantur rationes cum trapezita: miles astat impransus, sperat sibi dandum æs. Quando rationes disputatae sunt cum argentario, ipse maritus etiam debet ultro plus argentario; procrastinatur spes militi in aliud diem. Hæc sunt incommunitates atque multa alia in magnis dotibus, et sumtus intolerabiles. Nam uxor quæ indo-*

*limbuarii. Pl. 3. dicuntur. Edd. quædam vett. his datur Æs, omisso ducuntur.* —46 Vulgo ante Pareum, *jamque hos.* —47 Tum Hl. 1. a m. sec. *crocatorum* B. 1. 2.—49 Compelle Gœller, e conj. Acidalii. Pl. 1. 2. *ni metuum desinat.* —51 *Ubi nugivendis* G. Pl. 4. a m. sec. Pl. 3. 5. B. 1. ed. Tarvis. 1482. Tarrac. Ald. Junt. al. vett. et Lamb. et sic Nonius p. 566. 9.—52 Camer. redit miles.—54 Miles impransus Hl. 1. 2. B. 1. 2. C. Pl. sex, Lgg. Ven. 1. Bon.—55 *Ubi dispuncta* Walth.—56 Lamb. et Bothe delent *plus.* Post hunc versum Pareus et al. inserunt, *Pro illis crocotis, strophis sumtu uxorio, qui versus sollius Nonii auctoritate nititur.* —58 *Hæc sunt Lgg.* —59 Pl. plerique, *intollere-*

## NOTÆ

ille olim purpureus.

47 *Crocotarii]* Qui vestes croceas faciunt.

52 *Miles]* Tribules singuli nonnihil Romæ peusitabant annuatim in sumtus publicos, et a tribubus dicebatur ‘tributum.’ Varro: ‘Tributum dictum a tribubus, quod ea pecunia, quæ a populo imperata erat, tributum a

singulis pro proportione census exigebatur. Ab hoc ea quæ assignata erat, attributum dictum. Ab eo quoque quibus attributa erat pecunia, ut militi reddant, tribuni ærarii diciti. Id quod attributum erat, æs militare: hoc est, quod ait Plautus, ‘Cedit miles, æs petit.’

Dotatæ mactant et malo et damno viros.  
Sed ecum affinem ante ædes: quid ais, Euclio?

*tata cst, cst in potestate viri: dotatæ uxores mactant viros et malo et damno. Sed ecce affinem Euctionem ante ædes. Quid ais, Euclio?*

rabiles.—60 Namque Hl. 1.—61 Nonius p. 678. 10. citat, *Do date mactantem malo et damno viros.*—62 C. Pll. sex, Acidal. Gæller. *quid agis; edd. vett. quid agitur.*

## ACTUS TERTII SCENA SEXTA.

EUCLIO, MEGADORUS.

EU. NIMIUM lubenter edi sermonem tuum.

ME. Ain' ? audivisti ? EU. usque a principio omnia.

ME. tamen,

E meo quidem animo, aliquanto facias rectius,  
Si nitidior sis filiæ nuptiis.

EU. Pro re nitorem, et gloriam pro copia

5

Qui habent, meminerint sese unde oriundi sient.

Neque pol, Megadore, mihi, neque cuiquam pauperi,

*EUCL. Devoravi auribus tuam orationem nimium libenter. ME. Dicisne? Audivisti? EUCL. Univera usque ab initio. ME. Attamen e mea quidem sententia facias melius, si sis aliquanto lautior in nuptiis filiæ. EUCL. Qui habent nitorem pro re familiari, et gloriam pro copia, recordentur unde sint oriundi. Per aedium Pollucis, Megadore, res familiaris non est melius instructa apud me, aut apud*

1 N. l. di audivi sermonem C. a m. pr. N. l. audiri s. tuum Hl. 1. 2. B. 1. 2. Pll. sex, Sambuc. od̄ s. tuum Acidal.—2 An audivisti Hl. 1. B. 1. C. a m. sec. An audistis B. 2. E tamen Mco, &c. Gæller et Acidal. contra omnes codd.—3 Tunc et mco Hl. 1. quid aliquando idem codex; paulo f. rectius Gæller.—4 Lgg. si es filiæ; Acidal. Si n. sies in filiæ; Pll. Sis n. filiæ; Gæller, filii; Hl. 1. nuptiis filiæ.—5 Præ re ... præ copia Gæller ex emend. Scippit. Susp. Lect. p. 181. et pro copia gloriam Lgg.—6 Lgg. Hl. a m. pr. meminerunt.

## NOTÆ

5 *Pro re nitorem]* Quasi dicat Euclio Megadoro: Suades milii ut lautior sim in nuptiis filiæ: vis videlicet de me dici, quod nitorem quæram, et non opes, et fastum pro op-

bus. Tibull. ‘Nam mihi cum magnis opibus domus alta niteret.’ Horatius: ‘Res ubi magna nitet domino sene.’

**Opinione melius res structa est domi.**

**ME. Immo est, et Dii faciant uti siet,**

**Plus plusque istuc sospitent quod nunc habes.** 10

**EU. Illud mihi verbum non placet : Quod nunc habes.**

**Tam hoc scit me habere, quam egomet : anus fecit palam.**

**ME. Quid tu te solus e senatu sevocas ?**

**EU. Pol ego te ut accusem merito meditabar. ME. quid est ?**

**EU. Quid sit, me rogitas ? qui mihi omnis angulos 15**

**Furum implevisti in ædibus misero mihi :**

**Qui intromisisti in ædibus quingentos cocos,**

**Cum senis manibus, genere Geryonaceo :**

**Quos si Argus servet, qui oculatus totus fuit,**

*quenquam egenum, quam putant. ME. Immo est, et Dii faciant ut sit dudum, fortunent magis magisque id quod habes nunc. EUCL. Illud dictum non mihi placet : Quod habes nunc. Hic scit me habere thesaurum, tanquam egomet : Staphyla indicarit. ME. Quare te segregas tu solus de senatu ? EUCL. Per ædem Pollucis ego meditabar merito quemadmodum ego te accusem. ME. Quid est ? EUCL. Me rogas quid sit ? qui mihi infelici implevisti omnes angulos furibus ; qui apud me induxisti quingentos coquos in ædes cum senis manibus genere Geryonis, quos si Argus, quem Juno addidit quondam custodem Ioni, servet, qui fuit totus*

\*\*\*\*\*

—7 B. 1. 2. nec quiquam ; C. neque quisquam.—8 C. melius restructa est.—9 Grut. conj. *Immo est, immo est* ; edd. quædam, *Immo est diu, et Di, &c. sed illud diu in nullo codice est, nec ed. vet.* Lgg. *ut sit* ; B. 1. et al. Lgg. *ut sicut.*—10 *Plus plusque susp. istuc C. istuc non habent Pl.*—11 *Illud v. non mihi placet* B. 1.—12 *Tam hic seit Pl. 3. 5. Tam hic scit cod.* Camer. Brix. al. vett. et Gæller. Pronomen *me deest* in Hl. 1. ‘*Hic vs, ob similem terminationem rō habes, in omnibus edd. fuit omissus ; sed extat in C. et Pl.*’ Pareus.—13 Lgg. *solum et senatu evocas ; C. et senatus evocas.*—14 Accidal. conj. *ut te accusem mediator.* MEG. *Mene tu ? quid est ? C. accussem.*—15 *Quid sit rogitas* B. 1. *Quid si me r. B. 2. omnes* B. 1. a m. pr.—16 *Furum in ædibus implevisti* Hl. 1.—17 *Qui mihi intromisisti* Hl. 1. B. 1. 2. *Qui intromisi* Lgg. Pl. 1. 2. *Qui immisisti* edd. quædam vett.—18 Hl. 1. *geryonæo* ; C. Pl. 4. 5. *gerronaceo* ; Pl. 1. 2. *geridnatio* ; Pl. 3. *gerianio* ; Pl. 6. *gerionaco*, et a m. pr. *gerioneo.*—19 *Quo si*

#### NOTÆ

**8 Res structa]** Horat. ‘*et structis in altum, Divitiis potietur hæres.*’

**11 Non placet]** Graphica descrip-  
tio senis suspiciones ex vocula cap-  
tantis: putat enim Euclio proditum  
esse secretum suum de olla et auro.

**13 E [de] senatu]** Id est, de cœtu.

**18 Geryonaceo]** Geryone rege His-

paniæ fabuloso, cui corpus triplex,  
sena brachia.

**19 Argus oculatus]** In eo tot erant  
oculi, ut videretur esse unus oculus.  
Unde Græcis πανοπτης dictus. Non  
absimili phrasi Ovidius dicit Famam  
'totam esse ex ære sonanti,' vel 'ex  
ore sonanti.'

Quem quondam Ioni Juno custodem addidit, 20  
 Is nunquam servet: præterea tibicinam,  
 Quæ mihi interbibere sola, si vino scatet,  
 Corinthiensem fontem Pirenem potest.  
**Tum opsonium autem!** ME. pol vel legioni sat est.  
 Etiam agnum misi. EU. quo quidem agno, sat scio, 25  
 Magis curiosam nusquam esse ullam belluam.  
**ME.** Volo ego ex te scire qui sit agnus curio.  
**EU.** Qui ossa atque pellis totus est, ita ut cura macet.  
 Quin exta inspicere in sole etiam vivo licet,  
 Ita is pellucet quasi laterna Punica. 30  
**ME.** Cædendum illum ego conduxi. EU. tum tu idem  
 optumum est

*oculeus, nusquam servet. Præterea tibicinam, quæ sola potest siccare fontem Pirinem Corinthiensem, si scatet vino. Tum autem opsonium. ME. Per Pollucem hoc opsonium relatis est legioni. Misi quoque agnum. EUCL. Quo quidem agno sat scio esse nusquam ullam belluam magis curiosam. ME. Ego volo scire ex te quis sit agnus curio. EUCL. Qui est totus pellis et ossa, ita aet cura, quin etiam illi vivo licet inspicere exta in sole. Is pellucet sicut laterna Carthaginensis. ME. Ego illum conduxi occidendum. EUCL. Tum est bonum, ut tu idem loces efferen-*

\*\*\*\*\*

Hl. 1. *Quod si* Priscian. vi. p. 686. Putsch. *oculeus* C.—20 *Quem condam* B.  
 1. *Yoni* Pll. 1. 2.—21 C. *prærea*.—22 Pll. 3. 4. 5. 6. Lgg. Hl. 1. *scaeat*;  
 Lamb. Turneb. Gæller, *scatet*.—23 *Pyreneu Ven.* 1. *Pirineum* C. et *Pireneum*  
*Tarvis.* 1482. et *Piraneum* Hl. 1. *Pyrenem* Brix.—24 *Acidal.* autem pol vel,  
 &c. B. 1. Lgg. Pll. sex, C. a m. pr. ME. *Pol vel leoni*; B. 2. ME. *Polleoni*;  
 al. autem vel *leoni*. C. a m. pr. *sata est*.—25 *Acidal.* *misi quo*, &c. et sic B. 1.  
 2. *scio satis* Hl. 1. a m. sec.—26 *M. Curionem* Douz. Both. 1. 2. Gæller. Pll.  
 1. 2. pro *nusquam* habent *haud*; Pl. 6. non habet *ullum*.—27 *Volo ex ted ego*  
*scire* edd. quædam vett. contra omnes codd. *quid* Pll. *sit a curiosus* Hl. 1. et  
 C. et Pl. 3. a m. sec.—28 *Quia ossa* C. Pll. 1. 2. 4. 5. 6. ac *pellis* Lgg. B. 1.  
 Hl. 1. 2. Pll. C. *Ven.* 1. *Bon.* et *Nonius* p. 771. *est totus* Hl. 1. *crura macet*  
*edd.* quædam vett. *ita curam ægei* C. a m. pr. *ita cura magei* Pl. 1. *ita cura*  
*magie* Pl. 2. *ita cura macret* Pl. 5.—29 *Quin extra* B. 1. *in sole vivo* C. a m. pr.  
*erivo* C. a m. sec. et *vivo* Pll. sex, B. 1. Hl. 1. *etiam vivo* edd. quædam vett.—  
 30 Pll. 3. 4. 5. 6. *lacerna*; C. *lanterna*.—31 *Nonius* p. 539. 53. *Cædendum con-*

#### NOTÆ

20 *Ioni*] Io Iuachi filia, commissa  
 Argo custodienda ocnleo a Junone.

23 *Pirenem*] Fons Acrocointhi,  
 de Phrygia tibicina bibacissima. Hy-  
 perbole.

26 *Curiosam*] In quo impinguando  
 cura incredibilis collocata est.

27 *Agnus curio*] Id est curiosus,  
 cura factus macilentus. Festus :

*Delph. et Var. Clas.*

‘Curionem agnum Plautus pro ma-  
 cro dixit, quasi cura macrisset.’

29 *Extæ*] Sunt cor, jecur, pulmo,  
 et nobiliora viscera.

*Extæ inspicere in sole*] Cedrenus de  
 Leone Imperatore narrat, quod ‘sive  
 ante, sive post, cum ignis esset, per  
 ventrem ejus ac dorsum pelluebat.’

30 *Laterna Punica*] Laternæ Pun-

*Plaut.*

T

Loces efferendum: nam jam credo mortuus est.

ME. Potare ego hodie, Euclio, tecum volo.

EU. Non potem ego quidem hercle. ME. at ego jussero  
Cadum unum vini veteris a me afferrier. 35

EU. Nolo hercle: nam mihi bibere decretum est aquam.

ME. Ego te hodie reddam madidum, sed vino, probe,

Te, cui decretum est bibere aquam. EU. scio quam rem  
agat.

Ut me deponat vino, eam affectat viam:

Post hoc, quod habeo, ut commutet coloniam. 40

Ego id cavebo, nam alicubi abstrudam foris.

Ego faxo, et operam et vinum perdiderit simul.

ME. Ego, nisi quid me vis, eo lavatum, ut sacrificem.

EU. Edepol næ tu, aula, multos inimicos habes,

dum; nam, credo, est jam mortuus. ME. Ego rolo potare tecum hodie, Euclio.  
EUCL. Per Herculem ego quidem non potabo. ME. Sed ego mandavero afferri a  
me unum cadum rini veteris. EUCL. Nolo per Herculem: nam mihi decretum est  
bibere aquam. ME. Ego te reddam hodie ebrium egregie, sed vino, te qui statuisti  
bibere aquam. EUCL. Novi quid moliatur, init eam viam, nimurum ut me sternat  
vino, ut postea thesaurus eat in aliam coloniam. Ego videbo ne id fiat: nam abs-  
condam alicubi foris. Ego faciam ut perdat et operam et vinum una. ME. Ego  
eo lavatum ut sacrificem, nisi me vis aliquid. EUCL. Per ædem Pollucis, olla,

\*\*\*\*\*

duxii ego illum. Lamb. pro conduxi vult legi locavi. Lgg. optumst; Pl.  
5. optimum 'st; C. optimus est.—33 Edd. quædam vett. tecum h. Eu-  
clio volo.—34 mehercule edd. quædam vett. At jussero B. 1.—35 Hl.  
1. a m. pr. ad me afferrier.—36 Hl. 1. B. 1. 2. aquam est.—37 B. 1. 2. si  
vino; Pl. sex, omnes Grut. H. M. G. C. a m. sec. al. si vivo; Lgg. madidum  
vino probe.—38 Tibi an decretum B. 1. Hl. 1. cod. Meurs. Pl. 3. Tibi cui de-  
cretum C. Pl. 1. 2. 4. 6. B. 2. Hl. 1. a m. sec. Tibi tibi bibere decretum est  
Pl. 5. Al. Tibi qui, vel Tibi cur, vel Te cui, teste Pareo.—43 Hl. 1. vis me.—

#### NOTÆ

cæ erant, ut hinc conjicere est, in-  
primis pellucidæ.

35 *Vini veteris*] Vetustas vinum  
semper commendavit, præsertim  
apud senes.

39 *Ut me deponat*] Id est, ut me  
nimio vino sternat.

40 *Colonium*] Metaphora ducta a  
coloniis deducendis in eas regiones,  
quæ aut essent antea incultæ, aut ar-  
mis Romanorum occupatae.

42 *Operum et vinum*] Dicit Plau-

tus, ut ‘oleum et operam.’

43 *Lavatum*] Institutum erat vete-  
rum, ut si quid gravioris momenti  
susiperent, qualis est collocatio fi-  
liae, a sacrificiis ordirentur, quo De-  
num habereunt propitium, neque illoti  
ad aras et sacrificia accederent.

44 *Inimicos habes*] Ollam, et aurum  
olla contentum alloquitur. Rogatus  
Diogenes ‘eur esset aurum palli-  
dum,’ respondit, ‘quia multos habe-  
ret insidiatores.’

Atque istuc aurum, quod tibi concreditum est. 45  
 Nunc hoc mihi factum est optimum, ut te auferam  
 Aulam in Fidei sanum: ibi abstrudam probe.  
 Fides, novisti me et ego te: cave sis tibi,  
 Ne tu in me mutassis nomen, si hoc concreduo.  
 Ibo ad te, fretus tua, Fides, fiducia. 50

*habes multos inimicos, et istud aurum quod tibi est concreditum. Nunc est mihi optimum factu, ut te deferam, o olla, in templum Fidei: abscondam recte ibi. Fides, me novisti, et ego te. Cave tibi, si vis, ne tu mutaveris nomen in me, si con-fido hoc. Proficiscar ad te, Fides, fretus tua fiducia.*

45 C. *congreditum*.—46 Lgg. *facto*; Both. 1. 2. Gøller *factu*. Both. 1. 2. et edd. quædam vett. *ut auferam*; Gøller, *ut ted auferam*.—47 Ted *Aula* Both. 1. 2. *Aula* Gøller. et sic legitur in Hl. 1. *Aulam* omnes alii codd. *ibi te abs-trudam* M. Both. 1. 2. Vid. Davis. ad Cic. Leg. II. 16.—49 *Ne tu immutassis* edd. quædam vett.—50 Hic vs. abest a Pl. 4. 6.

## NOTÆ

46 *Factum est optimum*] Sumtum fuisse religione loci communien-dum.

47 *In Fidei sanum*] Ærarium Ro-manum erat in æde Saturni, prorsus quasi adversus hominum cupiditatem 48 *Care*] Interminatur convicium Fidei, et monet de Fide infidam esse appellandam, ni creditum sibi anrum custodiat diligenter.

## ACTUS QUARTI SCENA PRIMA.

## STROBILUS.

Hoc est servi facinus frugi, facere quod ego persequor:  
 Nec moræ molestiæque imperium herile habeat sibi.  
 Nam qui hero ex sententia servire servus postulat,  
 In herum matura, in se sera condecet capessere.  
 Sin dormitet, ita dormitet, servom sese ut cogitet. 5

STRO. *Id est officium boni servi, facere quod ego conor, ne mandatum heri im-pleatur cum mora et molestia. Num servus qui sibi proponit servire hero ex animi sententia, debet esse velox in rebus herilibus, tardus in suis: si dormitet, ita dor-milet, ut cogitet se esse servum. Num qui sereit hero amanti, quemadmodum ego*

1 B. 1. 2. et edd. quædam vett. *prosequor*.—2 *Ne moræ* B. 1. 2. Hl. 1.—3 *Hunc et antecedentem* vs. transposuit Gøller. *servire servos* Hl. 1.—4 Hl. 1. a m. pr. *campescere*.—5 Lgg. *si dormitet*; C. a m. pr. *dormitat*; Hl. 1.

Nam qui amanti hero servitutem servit, quasi ego servio,  
Si herum videt superare amorem, hoc servi esse officium  
reor,

Retinere ad salutem: non eum, quo incubat, eo impel-  
lere.

Quasi pueri, qui nare discunt, scirpea induitur ratis,  
Qui laborent minus, facilius ut nent, et moveant ma-  
nus: 10

Eodem modo servom ratem esse amanti hero æquom censeo,  
Ut toleret, ne pessum abeat, tanquam \* \*

Herile imperium ediscat, ut quod frons velit, oculi sciant;  
Quod jubeat, citis quadrigis citius properet persequi.

Qui ea curabit, abstinebit censione bubula, 15

*servio, si videt amore superari herum, arbitror id esse servi officium retinere ad salutem, non eum impellere co quo propendet. Quenadmodum ratis scirpea subiectur pueris qui discunt naturæ, ut laborent minus, ut natent facilius, et moreant manus; eodem modo censeo esse æquum, servum esse ratem hero amanti, ut toleret, ne corrut pessum, condiscat imperium heri; ut oculi intelligent quid velit frons, acceleret implere velocius velocibus quadrigis id quod præcipiat herus. Qui curabit*

\*\*\*\*\*  
*et ita dormitet.—6 Hl. 1. servit serritutem.—7 B. 1. officium esse reor.—8 Lgg. et C. non enim. Pll. 1. 2. 3. quo incubat.—9 Quasi pueris Pll. 3. 5. B. 1. Both. 1. 2. inducitur Pll. sex, C. a m. pr. B. 1. 2. scirpo in-  
duetur ratis Fest. p. 204. 28.—10 Qui laborant Hl. 1.—12 Ut tolleret Hl. 1.  
C. Ut coleret ne p. habeat Pll. 1. 2. non ut p. abeat Pl. 5. habeat etiam Pl. 4.  
et Pl. 3. a m. pr. Omnes codi. et edd. hunc vs. mancum habent, ut sit la-  
cuna post tanquam, quam explere tentavit Lambinus, addens, tanquam catapi-  
rates maris. Bothe edidit, Quasi pueris qui nare discunt, scirpea induitur ratis:  
| Ut tolleret, ne pessum abeat, et uti facilius moreant manus: | Eodem modo ser-  
vom ratem esse amanti hero æquom censeo; | Tanque imperium ediscat, ut quod  
frons velit, oculi sciant.—13 B. 1. Hl. 1. ut q. non os velit. Al. ap. Pareum,  
non hos, in eos, nam os, nam hos.—14 Quod lubet Hl. 1. ciciu properet C. pro-  
sequi B. 1. et Hl. 1. a m. pr.—15 C. censeone; Pl. 5. censeone bibula; Hl. 1.*

#### NOTÆ

8 *Quo incubat*] Cicero: ‘Satis est homines imprudentia lapsos non erigere: urgere vero jacentes, aut præcipitantes impellere, certe est inhumanum.’

9 *Scirpea ind. ratis*] Subjiciebatur pueru naturæ molienti, ‘fasciculus scirpeus,’ ut jam cucurbitæ. Est inde id Horatii, ‘sine cortice nare.’

12 *Tanquam*] Sequitur lacuna quam Lambinus explendam putat, *tanquam*

*catapirates maris, vel tanquam catapi-  
ratia. Isidoro, καταπιειρητήρ, linea  
cum massa plumbea qua maris altitudo  
tentatur.*

14 *Citis quadrigis*] Celeritatis sin-  
gularis exemplum crebro in quadrigis  
positum; quia in ludis publicis cre-  
bro quadrigæ oliversabantur.

15 *Censione bubula*] Pro ‘censura  
bubula,’ aut ut melius ‘vindicta bu-  
bula,’ quam nunc ‘neivum bubulum’

Nec sua opera rediget unquam in splendorem compedes.  
Nunc herus meus amat filiam hujus Euclionis pauperis:  
Eam hero nunc renuntiatum est nuptum huic Megadoro  
dari.

Is speculatum huc misit me, ut, quæ fierent, fieret parti-  
ceps.

Nunc sine omni suspicione in ara hic assidam sacra. 20  
Hinc ego et huc et illuc potero, quid agant, arbitrarier.

*ea, non sentiet scuticas bubulas, nec rediget in splendorem unquam compedes sua operu. Nunc meus herus amat filiam hujus Euctionis pauperis: nunc renuntiatum est hero eam dari nuptum huic Megadoro. Is me misit huc speculatum, ut fieret certus eorum quæ fierent. Nunc assidebo hic in ara sacra, procul ab omni suspicione. Hinc ego potero speculari huc et illuc quid agant.*



B. 1. censeo nebulula; B. 2. censeo nebubulum.—16 Hl. 1. a m. pr. compedes.—  
18 Hl. 1. Megadori.—19 Hl. 1. huic misit. B. 1. particeps fieret; C. a m. pr.  
furet particeps.—21 Hinc ego huc edd. quædam vett.

#### NOTÆ

vulgo dicimus, *un nerf de bœuf, une pitis nonnullis, eæque in aperto non-étrevière, une laisse de cuir de bœuf.* nunquam.

20 Ara] Erant aræ in viis et com-



### ACTUS QUARTI SCENA SECUNDA.

EUCLIO, STROBILUS.

Eu. Tu modo cave cuiquam indicassis, aurum meum esse  
istic, Fides.

Non metuo ne quisquam inveniat: ita probe in latebris  
situm est.

Eucl. Tu modo, Fides, vide ne indicaveris meum aurum esse hic: non metuo  
ne quisquam reperiatur: adeo est bene sepultum in latebris. Per ædem Pollucis ille



1 B. 1. 2. Hl. 1. C. a m. sec. cave quiquam. Pl. et C. a m. pr. quicquam.—

#### NOTÆ

1 Care c. indicassis] Hinc Fidei, quia Fides tecta esse debet et velata.  
manu panno involuta, sacrificabatur;

Edepol næ illic pulchram prædam agat, si quis illam  
invenerit

Aulam onustam auri: verum id te quæso ut prohibessis,  
Fides.

Nunc lavabo, ut rem divinam faciam, ne affinem morer, 5  
Quin ubi arcessat me, meam extemplo filiam ducat domum.  
Vide, Fides, etiam atque etiam nunc, salvam ut aulam abs  
te auferam.

Tuæ fidei concreddi aurum: in tuo luco et fano modo est  
situs.

STR. Di immortales! quod ego hunc hominem facinus audio  
loqui?

Se aulam onustam auri abstrusisse hic intus in fano. Fi-  
des, 10

Cave tu illi fidelis, quæso, potius fueris, quam mihi.

Atque hic pater est, ut ego opinor, hujus, herus quam amat.

Ibo hinc intro: perscrutabor fanum, si inveniam uspiam

Aurum, dum hic est occupatus: sed si repperero, o Fides,  
Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliām. 15

*auferat egregiam prædam, qui invenerit illam ollam plenam auri: verum te rogo,*  
*Fides, ut caveas id. Nunc lavabo ut obeam rem divinam, ne retardem Megadorum*  
*affinem quominus ducat extemplo domum meum filium, quando me accerset. Vide*  
*etiam atque etiam nunc, Fides, ut auferam abs te ollam salvam. Commisi aurum*  
*tuæ fidei, sepultum est nunc in tuo luco et fano. STR. Dii immortales, quam ren-*  
*audio ego loqui hunc hominem, condidisse se hic intus in fano ollam referat auro!*  
*Fides, care, quæso, ne tu illi fueris fidelis potius quam mihi. Et est hic pater, ut*  
*ego arbitror, illius virginis quam meus herus amat. Ibo hinc intro: perlustrabo*  
*templum, si inveniam uspiam aurum dum hic est occupatus. Sed si reperero, o Fides,*

2 Hl. 1. *ut quisquam*.—3 Lgg. poleram pro pulchram. Hl. 1. à m. pr. *si quis*  
*eum*; edd. quædam vett. et Gæller. *si qui illam*.—5 Nunc laudo Hl. 1.—  
6 Both. et Gæller delent pronomen *me*. Mox *meam deest* in Hl. 1. a m. pr.  
ex templo B. 1. 2.—7 Hl. 1. *et nunc atque et nunc*; Lgg. *etiam nunc saltam*  
*abs te aulam ut auferam*.—8 B. 1. *id in tuo luco*; Hl. 1. *in tuo luco meum et*  
*fano mō sitū est*; ubi luco est inter lineas; Gæller *est situm*. Edd. Florent. et  
Colon. non agnoscunt *rō modo*.—10 Hl. 1. *abstrusisse*; B. 1. *obtrusisse*. Aci-  
dal. *in fano Fidei*; Parm. et Gæller, *in fano fides*; C. Pl. sex, Hl. 1. 2. B. 1.  
2. *in fano Fidei*.—11 Lgg. *potius eris*.—12 Edd. quædam vett. *herus meus*;  
sed illud *meus abest ab omniibus codd.*

#### NOTÆ

15 *Congialem*] Congius erat sexta- tier.  
riorum sex, trois pintes: sextarius, *Faciam*] Libabo, sacrificabo.  
*chopine*: unde, semisextarius, demise- *Fideliam*] Vas in quo colores dilue-

**Id adeo tibi faciam:** verum ego mihi bibam, ubi id fecero.

*tibi fundam fideliam congialem plenam mulsi. Id adeo tibi faciam: sed ubi fecero, id ego bibam mihi.*

#### NOTÆ

bantur: unde ‘dnos parietes de ea- etiam quo bibatur largius.  
dem fidelia dealbare :’ hoc loco est

---



---

### ACTUS QUARTI SCENA TERTIA.

#### EUCLIO.

**NON** temere est, quod corvos cantat mihi nunc ab læva manu.

Semel radebat pedibus terram, et voce crocibat sua.  
Continuo meum cor cœpit artem facere ludicram,  
Atque in pectus emicare: sed ego cesso currere.

*Eucl. Non est frustra quod corvus mihi cantat nunc a læva: scalpebat semel terram pedibus, et crocitabat sua voce. Statim meum cor cœpit facere artem ludicram, et subsilire in pectore. Sed ego cunctor currere.*

---

**1** Hæc Scena sequenti subjungitur in Hl. 1. B. 1. 2. Pl. sex. Nonius p. 740. 17. *cantat nunc mihi;* et sic Hl. 1. *a læva* idem cod. *manu* deest in B. 1. *manum* exhibet B. 2.—2 *Simul* Pl. 5. Pl. 3. 6. a m. sec. C. et edd. quædam vett. ita quoque citat Nonius p. 508. 40. *crocibat* Pl. 6. *crohinabat* Pl. 1. *crocitabat* Hl. 1. et Pl. 1. a m. sec. *grocibat* B. 1. Pl. 3. *Pro sua*, Both. et Gœller habent *fera*.—3 *Continuo* necum C. a m. pr. et Parei 2.

#### NOTÆ

**1 Corvos]** Corvi, picæ, bubones, sinistra cava prædixit ab ilice cornix.  
etc. aves mali ominis.

**Ab læva]** A læva si comparerent 3 *Artem facere ludicram]* Moveri aves, auspicium credebatur simis- gravius in pectore. Quod accidit trum et infaustum. Virgil. ‘Sæpe præ metu graviore.

---



---

### ACTUS QUARTI SCENA QUARTA.

#### EUCLIO, STROBILUS.

**EU. FORAS,** lumbrice, qui sub terra erepsisti modo,

*Eucl. Foras, lumbrice, qui irrepsisti mox sub terra, qui nusquam appa-*

**Qui modo nusquam comparebas: nunc, quom compares,  
peris.**

**Ego edepol te, præstigiator, miseris jam accipiam modis.**

**ST. Quæ te mala crux agitat? quid tibi mecum est com-  
mercii, senex?**

**Quid me afflictas? quid me raptas? qua me causa ver-  
beras?** 5

**EU. Verberabilissime, etiam rogitas? non fur, sed trifur?**

**ST. Quid tibi surripui? EU. redde huc sis. ST. quid tibi  
vis reddam? EU. rogitas?**

**ST. Nihil equidem tibi abstuli. EU. at illud, quod tibi  
abstuleras, cedo.**

**Ecquid agis? ST. quid agam? EU. auferre non potes.  
ST. quid vis tibi?**

**EU. Pone. ST. equidem pol, te datare, credo consuetum,  
senex.** 10

**EU. Pone hoc sis: aufer cavillam: non ego nunc nugas ago.**

*rebas mox: nunc, quando appares, periisti. Per ædem Pollucis, o præstigiator, ego te excipiam jam modis miseris. ST. Quæ mala crux te agitat? Quid negotii est tibi mecum, o senex? Quid me afflictas? Quid me trahis? Quare me pulsas? EUCL. Rogas etiam, verberibus dignissime, non fur, sed trifur? ST. Quid tibi suffuratus sum? EUCL. Redde hoc, si vis. ST. Quid ris tibi reddam? EUCL. Rogas? ST. Profecto ego nihil abstuli a te. EUCL. At cedo illud quod pro te abstuleras. Quid agis? ST. Quid agam? EUCL. Non potes auferre. ST. Quid ris tibi? EUCL. Depone. ST. Per Pollucem credo te consuetum datare, senex. EUCL. Depone hoc, si vis: aufer cavillationes: non ego nugor nunc. ST.*

**1 Foras, foras** G. Camer. Both. 1. 2. Gæller.—**2 Qui m. n. comparebas, modo  
compares, peris,** M. **Qui non comparebas modo** G. **Qui nusquam comparebas modo,  
modo quom compares, peris** Both. **nunc eum compares** Hl. 1.—**3 Ego pol te**  
Lgg. præstigiator C. **jam jam** Hl. 1.—**6 Edd. quadam vett. etiam rogas.** Lgg.  
omittunt etiam.—**7 C. subripui.**—**8 C. a m. pr. abstoli.** Hl. 1. **At tibi illud q'**  
**abstuleras;** C. abstoleras.—**9 Haec quid C. Voss. 1. He ecquid aliqui Lgg.**  
**Hem quid eidd. quadam vett.** **Ecquid reliqui Lgg. omnes** Pll. Hl. 1. 2. B. 1.  
**2.—10 ST. Di quidem pol C. Pll. 3. 4. 5. B. 1. 2.** **Di quid pol** Hl. 1. **id qui-**

#### NOTE

**1 Lumbrice]** ‘Lumbricus,’ vermicu-  
lus est qui quidem profert sese ab imo.  
Strobilus, tum cum non compareret  
antea, sicut lumbricus e terra, sese  
aperit, et ab Euclione cernitur. Lum-  
bricus etiam dicitur novus homo e-  
mersus ad honores.

**6 Verberabilissime]** A ‘verberabilis’

positivo ‘verberabilissimus’ per ana-  
logiam fit; sed licentia comica. In-  
terdum in vernaculo nostro hujuscem-  
odi facimus superlativa, sed non  
scribimus. Sic dicimus ‘bellissime,’  
'grandissime,' &c.

**10 Datare]** Vox obsœna.

**11 Cavillam]** ‘Cavillari’ est jocis

ST. Quid ego ponam? quin tu eloquere quicquid est, suo nomine.

Non hercle equidem quicquam sumsi, nec tetigi. EU. ostende huc manus.

ST. Hem tibi! EU. ostende. ST. eccas. EU. video: age ostende etiam tertiam.

ST. Larvæ hunc atque intemperiæ insaniaeque agitant senem. 15

Facisne injuriam mibi, an non? EU. fateor, quia non pendes, maxumam.

Atque id quoque jam fiet, nisi fatere. ST. quid fatear tibi?

EU. Quid abstulisti hinc? ST. Di me perdant, si ego tui quicquam abstuli.

EU. Nive adeo abstulisse vellem. Agedum, excutedum pallium.

*Quid ponam ego? Quin eloquere tu quicquid est suo nomine. Per Herculem equidem non quicquam sumsi, nec tetigi. EUCL. Ostende mihi manus. ST. Hem tibi unam! EUCL. Ostende alteram. ST. Ecce ambas. EUCL. Video: age ostende adhuc tertium. ST. Larvæ atque intemperiæ et insaniae vexant hunc senem. Mihi facis injuriam, an non? EUCL. Fateor me tibi facere magnam injuriam, quia non pendes: utque id fiet jam quoque, nisi fatere. ST. Quid tibi fatear? EUCL. Quid abstulisti hinc? ST. Di me perdant, si ego abstuli quicquam quod ad te pertineat. EUCL. Aut si vellem abstulisse: agedum excutias pallium. ST. Tu*



dem conj. Parens, data re B. 2. Hie versus deest in quibusdam edd. ante Parenum.—11 Quædam edd. vett. carillum.—12 Quid ergo Lgg.—13 Lgg. non necle quicquam. Hl. 1. oñde huc.—14 Hem tibi ostendo: eccus Hl. 1. H. Pl. 5. Hem tibi ostendi eccas B. 1. 2. etiam clam B. 1. 2.—16 Facio, quia, &c. Douza. Hæc verba, quia non pendes, non sunt in Lgg. non perdes B. 1. 2.—17 Atque deest in Lgg.—19 Neve ado Hl. 1. Nire a. a. vellem. EU. Agedum Gæller.

#### NOTÆ

certare: tricis forensibus ‘cavillari’ est leguleiorum, ‘cavere’ jurisconsultorum.

11 *Nugas*] ‘Nugæ’ et ‘næniæ’ idem; in Asinaria Plautus: ‘hae sunt non nngæ: non enim mortalia.’ Næniæ autem carmina sunt incondita, a præficiis olim in exequiis cantari solita. In aliis auctoribus nngæ interdum opponuntur seriis, ut levia solidis.

14 *Ostende etiam tertiam*] Ridiculum quo Euclio id quod edixerat antea, confirmat, servos, et in primis

Strobilum, esse de genere Geryonaceo senis manibus. Hic tertiam rogat, visis duabus.

15 *Larvæ*] A Laribus dicebantur mortuorum genii mali, qui hoc a Laribus differunt, quod hi certis sedibus addicti salutares sint, illi sedibus incertis vagentur. Dicuntur et lemures, quibus infestæ sunt nonnam et ædes et viæ.

18 *Di me perdant*] Imprecationis formula.

**ST.** Tuo arbitratu. **EU.** ne inter tunicas habeas. **ST.** tenta  
qua lubet. 20

**EU.** Vah, scelestus, quam benigne! ut ne abstulisse intel-  
legam.

Novi sycophantias : age! rursum, ostende huc manum  
Dexteram. **ST.** hem! **EU.** nunc lævam ostende. **ST.** quin  
equidem ambas profero.

**EU.** Jam scrutari mitto : redde huc. **ST.** quid reddam?  
**EU.** ah nugas agis,

Certe habes. **ST.** habeo ego? quid habeo? **EU.** non dico:  
audire expetis. 25

**Id** meum quicquid habes, redde. **ST.** insanis : perscrutatus es

Tuo arbitratu, neque tui me quicquam invenisti penes.

**EU.** Mane, mane: quis illic est, qui hic intus alter erat  
tecum simul?

Perii hercle! ille nunc intus turbat: hunc si admitto, hic  
abierit.

Postremo jam hunc perscrutavi: hic nihil habet: abi quo  
lubet. 30

arbitratu. **EUCL.** Ne habeas intra tunicas. **ST.** Tenta qua roles. **EUCL.** Vah!  
scelestus, quam ultro! novi sycophantias, ut non animadvertam te abstulisse: age  
rursum, ostende huc manum dextram. **ST.** Hem! **EUCL.** Nunc ostende lævam.  
**ST.** Quin equidem profero ambas. **EUCL.** Mitto jam scrutari: redde huc. **ST.**  
Quid reddam? **EUCL.** Vah! nugaris: profecto habes. **ST.** Habeo ego? Quid  
habeo? **EUCL.** Non dico, optas audire: restitue id quicquid habes meum. **ST.**  
Desipis, perscrutatus es tuo arbitratu, neque invenisti quicquam quod sit tuum penes  
me. **EUCL.** Mane, mane: quis est ille alter qui hic erat tecum intus? Perii hercle!  
Ille turbat nunc intus: si dimitto hunc, hic abierit. Denique hunc excussi jam:



minime adeo G. M.—21 Vah scelestissimus Hl. 1. B. 1. 2. abstulisse quid B. 1.  
intelligum quid Hl. 1.—22 G. rursus; quod receperunt Bothe et Gæller. hanc  
manum Hl. a m. sec.—23 En. EU. Nunc, &c. Hl. 1. a m. pr. Em C. profero  
deest in Lgg. profecto Pl. 2.—24 An nugas Hl. 1. B. 1. 2. Pl. sex. Ha nugas  
C. Ac nugas, omisso agis, Lgg.—25 Hl. 1. B. 1. 2. audire et petis.—26 Illud  
quod meum hubes Lgg.—27 Lgg. panes.—28 C. Pl. 1. 2. 4. 5. 6. quis hic in-  
tus; Hl. 1. 2. B. 1. quis intus hic; B. 2. quis it uc intus; edd. quædam vett.  
quis ille intus alter, contra codd.—29 Edd. quædam vett. si omitta; B. 2.  
hunc si admitto! Bothe hinc abierit.—30 Nonius p. 664. 46. hunc jam per-

#### NOTÆ

22 *Sycophantias*] Α σύκον et φαίνω ne quis ficus ex urbe efferret, et  
accuso. Lege caustum erat Athenis, pena in inobsequentes posita. Qui

Juppiter te Dique perdant. ST. haud male agit gratias.  
 EU. Ibo hinc intro: atque illi socienno tuo jam interstringam gulam.  
 Fugin' hinc ab oculis? abin' hinc, an non? ST. abeo.  
 EU. cavesis te videam.

*hic nihil habet: abi quo placet. Jupiter omnesque Dii te perdant. ST. Hand agit male gratias. EUCL. Ibo hinc intro, ibo atque interstringam jam gulam illi tuo socio. Fngisne hinc ab oculis? Abisne hinc, an non? ST. Abeo. EUCL. Cave si vis ne te videam.*

---

*scrutari, nihil habet; Pll. 2. 3. nihili habet.—31 Juppiter te Dique omnes perdant. EU. Haud male agit gratias C. omnes deest in Lgg.—32 Ibo intro Ald. Junt. hinc servant omnes codd. et edd. ante Aldum. Ibi hinc intro Lgg. illi socio Pll. 1. 2. 4. 5. Pl. 6. a m. pr. et Hl. 1. a m. pr. intus stringam B. 1. interfingam B. 2.—33 Fuge hinc Hl. 1. a m. pr. Cave sis revideam Both. 1. 2. Care revideam Geller; Cave si te videam B. 1. 2. Hl. a m. pr. videam mortuum tres codd. ap. Pareum.*

## NOTÆ

quempiam ficus extulisse, seu merito, phanta appellabatur: deinde de solis calumniatoribus dictum.

---

## ACTUS QUARTI SCENA QUINTA.

## STROBILUS.

EMORTUUS ego me mavelim leto malo,  
 Quam non ego illi dem hodie insidias seni:  
 Nam hic jam non audebit aurum abstrudere.  
 Credo referet jam secum, et mutabit locum.

STRO. Ego malim me emori malo fato, quam ego non struam hodie insidias illi seni: namque hic non audebit jam abstrudere aurum. Credo referet jam secum, et

---

I Hei mortuum Pl. 6. unus Lg. Mortuum B. 1. Emortuum Hl. 1. Hen mortuum ceteri Pll. Hem mortuum ceteri Lgg. Hec mortuum M. Ecmortuum Both. et Geller. leto malo Lgg. et C. a m. pr. lecto malo Hl. 1.—3 Namque hic edd. vett. Both. Geller. Jam hic non audebit Hl. 1. Nam hic jam omnes Pll. jam deest in edd. quibusdam vett. obstrudere B. 1.—4 Credo hoc efferet B. 1. 2. C. hoc feret Hl. 1. 2. Pll. Lgg. edd. vett. C. haec feret C. C. ecferet

## NOTÆ

I Leto malo] Hoc aliis verbis ‘bona mors’ et honesta bonis et ho-  
 ‘malam crucem’ appellavit. Porro nestis est in votis.

Atat foris crepuit! senex eccum aurum effert foras, 5  
Tantisper hic ego ad januam concessero.

*mutabit locum. Sed foris crepuit. Ecce senex effert aurum foras. Ego conces-  
sero hoc tantisper ad ostium.*

---

Sciopp. Susp. Lect. p. 115. Both. 1. 2. Götter.—5 C. aurum effert; omnes Pll. aurum fert, sive effert; B. 2. aurum fert. Totum h. l. e Nonio p. 673. ita legit Sciopp. Susp. Lect. p. 31. Atat foris crepuit: sed (vel et) fano egreditur foras, Tantisper hic ego ad januam concessero. Hinc ex occulto sermones satos sublegam. Götter conj. Atat foris crepuit! e fano egreditur foras. Hinc ex occulto stans sermonem sublegam. Tantisper hinc ego ab janua concessero.

---

## ACTUS QUARTI SCENA SEXTA.

EUCLIO, STROBILUS.

EU. FIDEI censebam maxumam multo fidem  
Esse: ea sublevit os mihi pænissime.  
Ni subvenisset corvus, periisse miser.  
Nimis hercle ego illum corvum ad me veniat, velim,  
Qui indicium fecit, ut ego illi aliquid boni 5  
Dicam: nam quod edit, tam diu, quam perduim  
Nunc, hoc ubi obstrudam, cogito solum locum.  
Sylvani lucus extra murum est avius,

Eucl. Existimabam esse habendum fidem multo maximam Fidei: ea me decepit penitus. Nisi Corvus succurrisset, interiissem infelix. Per Herculem ego velim nimis illum corvum qui indicarit, ut veniat ad me, ut ego illi dicam aliquid boni. Nam perderem id quod illi darem ad manducandum. Nunc cogito hoc, solitarium locum in quo occultabo hoc aurum. Est extra murum lucus Sylvani, avius, oppletus

---

1 Fide Meurs. ἀρχαϊκῶς et sic Götter.—2 C. ea subluit; Pl. 6. B. 1. eam sublerit; Pll. 1. 2. 4. Esse eam subluit; Hl. 1. a m. pr. ea sublavit. Pll. tres, pænissime; quædam edd. plenissime.—3 Nisi B. 1. perisse B. 1. 2. Hl. 1.—6 B. 1. nom quicquid dicat tandem; Hl. 1. tam diu; B. 2. nam quo dedit tam diu; C. tam diu quam perditum; Pll. omnes, quo dedit tam diu est, quam perditum.—7 Hl. 1. obstrudam.—8 S. lacus C. S. locus Pl. 2. est aulus C. B. 1. 2. Hl. 1.

### NOTÆ

2 Subluit] Moris est in eos qui dormiunt, quidvis andere; idem in eos qui hebetiori sunt ingenio. 'Os sublinere' idem significat atque 'il ludere': iis enim quibus os quovis colore illinitur, vulgo illuditur.  
6 Tam diu, quam perdiu] Pro, tam perdiu, quam diu.  
8 Sylvani lucus] Sylvanus Deus sylvarum et lucorum.

**Crebro salicto oppletus : ibi sumam locum.**

**Certum est, Sylvano potius credam, quam Fidei.** 10

**St. Euge! euge! Dii me salvom et servatum volunt.**

**Jam ego illic præcurram, atque inscendam aliquam in arborem :**

**Indeque observabo, aurum ubi abstrudat senex.**

**Quanquam hic manere herus me sese jussérat,**

**Certum est, malam rem potius queram cum lucro.** 15

*crebro salicto : sumam ibi locum. Certum est credere potius Sylvano, quam Fidei. St. Euge, euge, Dii volunt me salvum et serratum. Jam ego præcedam illuc, et concordan in aliquam arborem, et inde speculabor in quo abstrudat aurum. Tametsi herus mandaverat me sese expectare hic, constitui apud me querere lucrum etiam cum periculo.*

---

a m. sec. Hic vs. et sq. desunt in Hl. a m. pr.—9 C. a m. pr. *ubi sumam.*—  
10 *Certust* Lgg. *Fide* Both. Gæller.—11 *Fuge, fuge* B. 1. C. Pll. sex. *salvum* B. 1.—12 Pl. 6. *procurram;* C. *percurram.* Hl. 1. *in arborem aliquam.* Lgg. Pll. 1. 2. 6. omittunt *in.* Pll. 3. 5. *aliqua in arborem.*—13 *Inque* Hl. 1.—14 C. Pll. sex. al. *me erus;* Lgg. H. M. *me herus.*—15 *Certust* Lgg. *queram* C.

---

## ACTUS QUARTI SCENA SEPTIMA.

LYCONIDES, EUNOMIA, PHÆDRIA.

**Ly. DIXI tibi, mater : juxta rem mecum tenes,**  
**Super Euclionis filia : nunc te obsecro,**  
**Fac mentionem cum avunculo, mater mea :**  
**Resecroque, mater, quod dudum obsecraveram.**

*Ly. Tibi dixi, mater : scis rem perinde atque ego de filia Euclionis : nunc te obtestor, confer cum meo avunculo, mea mater : resecratione solvo, o mater, quod pri-*

---

1 Hl. 1. *justa.*—2 Lgg. omittunt *nunc.*—4 *Resecro te* B. 1. 2. Pll. 1. 2. *Resecroque te* Hl. 1. *Reobsecroque* Pl. 5. *Re obsecroque* Lgg. Hunc vs. ante ter-

### NOTÆ

**3 Fac mentionem]** Id est, postula Phædriam mihi in matrimonium. Vide not. in act. i. 2.

**4 Resecroque]** Obsecraverat jam-dandum Lyconides matrem, ne quid

dicret de vitio Phædriæ illato: non, quoniam est tempus aperiendæ rei, solvit: permittit Eunomiæ ut dicat. Obsecrabant, interposito nomine alicujus Dei: idcirco nefas erat

- Eu. Scis tute, facta velle me, quæ tu velis; 5  
 Et istuc confido a fratre me impetrassere.  
 Et causa justa est, siquidem ita est ut prædictas,  
 Te eam compressisse vinolentum, virginem.  
 Ly. Egone ut te advorsum mentiar, mater mea?  
 Ph. Perii, mea nutrix! obsecro te, uterum dolet. 10  
 Juno Lucina, tuam fidem! Ly. hem, mater mea,  
 Tibi rem potiorem video: clamat, parturit.  
 Eu. I hac intro mecum, gnate mi, ad fratrem meum,  
 \* Ut istuc quod tu me oras, efficiam tibi,\*  
 Ut istuc quod me oras, impetratum ab eo auferam. 15  
 Ly. I, jam sequor te, mater: sed servom meum  
 Strobilum miror ubi sit, quem ego me jussoram

*dem obsecraveram.* EUN. *Nosti tu me velle fieri quæ tu optes, et confido me impetraturum istud a fratre.* Et ratio est aqua, siquidem est sicut prædictas, te ebrium cognovisse eum virginem. LY. *Egone ut mentiar adversum te, o mea mater?* PH. *Perii, o mea nutrix!* te obtistor. Uterus dolet. Juno Lucina, tuam fidem! LY. *Hem!* mea mater, video rem tibi faciliorem, clamat, parturit. EUN. *Introi hac mecum, gnate mi, ad meum fratrem, ut tibi præstem istud quod tu a me postulas, ut consequar ab eo illud quod me rogus.* LY. *I, jam te sequor, mater: sed miror ubi sit servus meus Strobilus, quem ego jussoram me expectare hic.* Nunc



tium locant Both. et Gœller.—5 Edd. ante Ald. *facta velle æque tu velis;* Hl. 1. B. 1. *vellem æque velis;* Pll. 1. 2. 3. 4. 6. B. 2. et C. *vellem æque tu velis;* Pl. 5. *vellem æque quæ tu velis.*—6 Lgg. B. 1. *confido fratre;* C. Pll. 3. 5. 6. Ven. 1. *confido fratri.* B. 1. Hl. 1. *impetrare.*—8 *Te eam oppressisse* Hl. 1. a m. sec. in marg. *vinolentum.* C.—9 *Egone te* Lgg. Vide Non. p. 613. 30.—10 Lgg. *uterum doleo;* B. 2. Pl. 4. a m. sec. Pll. 1. 2. 3. 5. *uterus dolet.* Nonius p. 613. 50. non habet pronomen *te.*—12 Hic versus deest in Hl. 1. a m. pr.—13 *Ei* hac intra Lgg. C. a m. pr. *I deest in Pall.* *hac deest in alijs ap.* Parenm.—14. 15 Edd. vett. C. Pll. 3. 4. 5. 6. B. 1. *Ut istuc quod me oras, efficiam tibi, impetratum ab eo auferam, nisi quod iidem omnes uno versu cuncta includant.* Pll. 1. 2. non habent illa, *impetratum ab eo auferam;* et sic C. nisi quod pro officium habet *efficiam.* Parei 1. *Ut istuc quod tu me oras impetratum ab eo avertam;* Parei 2. *Ut istuc, quod me oras, efficiam tibi; impetratum ab eo auferam.* Vs. 15. deest in B. 2. Hl. 2. Nihil de his duobus vss. habent Lgg. nisi hæc, *quod me oras efficiam tibi impetratum.*—16 *Jam sequor* Lgg. Hl. 1. C. a m. pr. B. 1. 2. *Jam ego sequor* edd. vett. *ego deest in Pll. sex. mater mea* Lgg.—

#### NOTE

violare obsecrationem. Id in Asina-  
 ria videre licet, in qua Libanus he-  
 rum fuerat obtestatus per Deum Fi-  
 dei. Resecabant quando religione  
 obsecrationis liberabant.

11 *Juno Lucina]* Donatus: ‘ Juno  
 Lucina, Junonis filia, Græcis Ελεύ-  
 θηα dicitur.’ *Juno a' juvando' dicta:*  
*Lucina, quod ejus opera veniant in*  
*'lucem' partus.*

Hic opperiri: nunc ego mecum cogito,  
Si mihi dat operam, me illi irasci injurium est.  
Ibo intro, ubi de capite meo sunt comitia. 20

*ego statuo mecum, si mihi dat operam, est injurium me illi irasci. Introibo, ubi ineuntur consilia de mea vita.*

---

19 Sed mihi Hl. 1. a m. pr.

#### NOTÆ

20 *Comitia*] In rebus publicis tractum id quod dicit Lyconides. tractum id quod dicit Lyconides.  
tandis habebantur comitia: inde

---

### ACTUS QUARTI SCENA OCTAVA.

#### STROBILUS.

PICI divitiis, qui aureos montes colunt,  
Ego solus supero: nam istos reges ceteros  
Memorare nolo, hominum mendicabula.  
Ego sum ille rex Philippus: o lepidum diem!  
Nam ut dudum hinc abii, multo illuc adveni prior, 5  
Multoque prius me collocavi in arborem:  
Indeque expectabam ubi aurum abstrudebat senex.  
Ubi ille abiit, ego me deorsum duco de arbore;  
Effodio aulam auri plenam: inde ex eo loco

STR. *Ego supero solus divitiis Picos, qui tenent montes aureos: nam nolo commemorare istos alios reges, mendicabula hominum praeme. Ego sum ille rex Philippus: o diem jucundum! Nam quando modo excessi hinc, adveni multo prior illo, meque collocavi in arborem, indeque speculabar ubi senex conderet aurum. Ubi ille abiit, ego descendeo sensim de arbore: effodio ollam plenam auri. Inde video*

---

1 Dites B. 1. 2. Pl. 1. 2. 3. 5. Pl. 4. a m. pr. *Picis divitiis C. Picos Douza.*—5 C. abi, et a m. sec. abii. Edd. quædam vett. *illo veni.*—7 Pl. 3. 4. B. 1. *spectabam;* Parei 2. *respectabam;* al. *Inde aspectubat.* B. 1. Pl. sex, C. *aureum ubi.* Lgg. *aspectabam aurum ubi.*—8 Nonius p. 645. 51. *abit, e. m. duco deorsum;* Sciopp. Sns. Lectt. p. 183. *abiit, c. m. duo deorsum.* Lgg. *ex arbore.*—9 *Exfodi* Pl. 6. Hl. 1. *Exfodio* C. Pl. 3. 4. *inde deest in Pl. 6. utv ex colo*

#### NOTÆ

1 *Pici*] Nonius: ‘Picos veteres esse voluerunt, quos Græci γρύπτας appellant.’ Vocat Herodotus χρυσοφύλακας, dicitque esse magno nume-

ro apud Arimaspos in Scythia.

*Aureos montes*] Mela: ‘In Scythia Europæa Rhipæis montibus affini egesto terræ auro incubant gryphes.’

Video recipere se senem : ille me non videt ; 10  
 Nam ego modo declinavi paulum me extra viam.  
 Attat ! eccum ipsum : ibo, ut hoc condam domum.

*senem recedere ex eo loco : ille me non videt ; nam ego me arerti modo paulisper a via. Attat ! ecce illum : ibo domum, ut abscondam hoc aurum.*

Pl. 3. *inde exeo illico Video*, &c. J. Gul. quod in textum recepit Both.—  
 11 *Nam ego nō Hl. 1. C. Pll. 4. 5. 6. modo deest in Pll. 1. 2. paulum deest in Lgg. Nam ego non me d. paulum Both. 1. 2.—12 Attat senem eccum edd. quædam vett. Attat eccum Lgg.*

## ACTUS QUARTI SCENA NONA.

EUCLO, LYCONIDES.

Eu. PERII ! interii ! occidi ! quo curram ? quo non curram ?  
 Tene, tene ! quem ? quis ? nescio, nihil video, cæcus eo ;  
 atque  
 Equidem quo eam, aut ubi sim, aut qui sim, nequeo cum  
 animo  
 Certum investigare : obsecro vos ego, mihi auxilio,  
 Oro, obtestor, sitis, et hominem demonstretis, qui eam  
 abstulerit, 5  
 Qui vestitu et creta occultant sese, atque sedent quasi  
 sint frugi.

*Eucl. Perii, interii, occidi ! quo vadam ? quo non vadam ? Tene, tene ! quem ? quis ? nescio, nihil video, eo cæcus, atque equidem non possum invenire cogitatione quo eam, aut ubi sim, aut qui sim. Ego vos obtestor, sitis mihi auxilio, oro, rogo ut demonstretis hominem qui eam abstulerit ; qui sese condunt teste atque fuso, atque*

1 Hl. 1. *quo nunc curram*, a m. sec.—3 Hl. 1. *aut ubi sum*, a m. sec. C. Pll. B. 1. 2. verbo *Nequeo* ordinatur versum quartum. Vide Herm. Doctr.

### NOTÆ

2 *Tene, tene*] Vox insequentium facinorosos, ut nos vernacula, arrête, arrête.

6 *Creta*] Usus albarum vestium

et eretarum multus erat Romæ in exequis, in candidatu magistratum, et aliis : et hoc indicio candidati morum innocentiam profitebantur.

Quid ais tu? tibi credere certum est: nam esse bonum, e  
vultu cognosco.

Quid est? quid ridetis? novi omnes, scio fures esse hic  
complures.

Hem! nemo habet horum! occidisti: dic igitur, quis ha-  
bet? nescis!

Heu me miserum, miserum! perii male perditus! pessum  
ornatus co 10

Tantum gemiti et malæ mœstitiæ hic dies mihi obtulit,

Famem et pauperiem: perditissimus ego sum omnium in  
terra.

Nam quid mihi opus est vita, qui tantum auri perdidi,  
Quod custodivi sedulo? egomet me defraudavi,

Animumque meum, geniumque meum: nunc eo alii lætifi-  
cantur, 15

Meo malo et damno: pati nequeo.

**L.** Quinam homo hic ante ædis nostras ejulans conque-  
ritur mœrens?

Atque hic quidem Euclio est: est, opinor, oppido ego in-  
terii! palam est res.

*sedent quasi sint boni. Quid ais tu? Statui apud me tibi credere; nam vultu cog-  
nosco esse bonum. Quid est? quid ridetis? Novi omnes. Scio esse hic complures  
fures. Hem! nemo horum habet! occidisti! Dic igitur quis habet? Nescis? heu  
me miserum! infelicem! interii male perditus! Eo sordidatus, tantum hic dies attulit  
gemitus et malæ mœstitia, famis et egestatis: ego sum perditissimus omnium  
mortaliuum. Nam quid mihi opus est vita, qui amisi tantum pecunia, quod ser-  
vavi diligenter? egomet me defraudavi, et meum animum et meum genium: nunc  
alii eo latificantur meo malo et damno: nequeo pati. L. Quinam hic homo mœ-  
stus conqueritur ante nostrum ostium? Atque hic quidem Euclio est, opinor: atque*

\*\*\*\*\*

Metr. p. 411. Lips. Elect. i. 13. et Gæller ad h. l.—5 C. quis eam; at Pl. omnes, qui eam.—7 Pl. 1. 2. et Pl. 4. a m. sec. te vultu; Lgg. C. Pl. 6. et voltu.—8 C. quod ridetis. B. 1. novi orans; edd. vett. novi homines. Lgg. hic esse.—9 Em C. et nonnulli Pl. 1. dicitur Lgg.—10 Heu me miserum perii G. et B. 1. Heu me miserum nule perii Hl. 1. a m. pr. Heu me miserum misere C. a m. sec. et sic edidit Pareus. perditus penissime Lgg. pessimus edd. quedam ante Pareum.—11 T. g. et mali B. 1. 2. Pl. 3. 4. 6. T. g. mali mœstitiaque Nonius p. 758. 41. et sic Pl. 5. T. g. mali et mœstitia mihi hic dies obtulit Mercer. e MSS. T. gemitia C. a m. sec. T. gemit ne mœstitia C. a m. pr. T. genite et m. inest hic Pl. 1. 2. optulit C.—12 Gæller, perditus penissime omnium.—13 Lgg. opus vita.—14 Quod concustodiri C. ego met met fraudam Hl. 1. me fraudavi M. G. H. B. 1. 2.—16 Meurs. legit patiri nequeo; G. nequeo

#### NOTÆ

16 Pati nequeo] Alii patiri, ut alibi ‘gradiri,’ ‘moriri.’  
Delph. et Var. Clas. Plaut.

Scit peperisse jam, ut ego opinor, filiam suam : nunc mihi  
incertum est,

Quid agam ? abeam an maneam ? an adeam ? an fugiam ?  
quid agam edepol nescio. 20

*ego plane perii : res patefacta est. Scit jam suam filiam peperisse, ut ego arbitror.  
Nunc incertum est quid faciam ? Abeam an maneam ? an adeam ? an fugiam ? Per  
adem Pollucis nescio quid agam.*

*pati.—17 Q. hō hic an Hl. 1. ades B. 1.—18 Euclio'st ut opinor C. Pl. Parei  
1. 2. Euclio est ut opinor Hl. 1. B. 1. Euclio est, oppido sunt res Lgg, palam'st  
res C. Pl. Haec tres voces desunt in Parei 2.—19. 20 Bothe edidit : nunc  
mi incertum est, Abeam an maneum, adeam an fugiam. Quid agam edepol nescio ;  
Gæller. nunc mihi i. est, Abeam an maneam ? fugiam an adeam ? quid agam,  
edepol nescio ; Bentl. ad Terent. Phorm. v. 1. 10. Quid agam ? abeam an  
maneam ? adeam an fugiam ? Verbum nescio deest in Lgg. Quid agam ha-  
beam C.*

## ACTUS QUARTI SCENA DECIMA.

### EUCLIO, LYCONIDES.

**Eu.** *Quis homo hic loquitur ?* **Ly.** *ego sum.* **Eu.** *immo  
ego sum miser, et misere perditus,*

*Cui tanta mala, mœstitudoque obtigit.* **Ly.** *animo bono es.*

**Eu.** *Quo obsecro pacto esse possum ?* **Ly.** *quia istuc fa-  
cinus quod tuum*

*Solicitatis animum, id ego feci, et fateor.* **Eu.** *quid ego ex  
te audio ?*

**Eucl.** *Quis homo loquitur hic ?* **Ly.** *Ego sum.* **Eucl.** *Immo ego sum miser  
et misere perditus, cui tot calamitates et mœrores evenerunt.* **Ly.** *Esto aequo ani-  
mo.* **Eucl.** *Quomodo, queso, esse possum ?* **Ly.** *Quoniam ego feci illud faci-  
nus quod angit tuum animum, et ego futeor.* **Eucl.** *Quid ego audio ex te ?* **Ly.**

<sup>1</sup> **Ly.** *ego sum, miser.* **Eu.** *immo ego sum et misere* Acidal. et Gæller.—  
<sup>2</sup> *Quo* B. 1. *mœstitudo optigit* edd. vett. et Gæller.—<sup>5</sup> *Id quod versum* C.

### NOTE

<sup>2</sup> *Animo bono es]* Hinc ars poëtæ multos versus. Frustratio est et er-  
eluet : nam Euclio de olla loquitur, ror jucundissimus.  
et Lyconides de Phædria ; idque per

**LY.** Id quod verum est. **EU.** quid ego emerui, adol-  
escens, mali, 5

Quamobrem ita faceres, meque meosque perditum ires  
liberos ?

**LY.** Deus impulsor mihi fuit, is me ad illam illexit. **EU.**  
quo modo ?

**LY.** Fateor peccavisse, et me culpam commeritum scio.  
Id adeo te oratum advenio, ut animo aequo ignoscas mihi.  
**EU.** Cur id ausus facere, ut id quod non tuum esset tan-  
gères ? 10

**LY.** Quid vis fieri ? factum est illud. Fieri infectum non  
potest.

Deos credo voluisse : nam ni vellent, non fieret, scio.

**EU.** At ego Deos credo voluisse, ut apud te me in nervo  
enicem.

**LY.** Ne istuc dixis. **EU.** quid tibi ergo meam me invito  
tactio est ?

**LY.** Quia vini vitio atque amoris feci. **EU.** homo auda-  
cissime, 15

*Id quod est verum.* **EUCL.** *Quid ego commerui mali, o juvenis ! quamobrem ita*  
*mecum ageres, et perderes et me et meos liberos ?* **LY.** *Deus me impulit huc, is me*  
*pellexit ad illam.* **EUCL.** *Quomodo ?* **LY.** *Confiteor me peccavisse, et scio me*  
*commeruisse culpari : id adeo advenio te rogatum, ut mihi condones aequo animo.*  
**EUCL.** *Quare ausus es tangere id quod non erat tuum ?* **LY.** *Quid vis fieri ? Illud*  
*est factum, nequissimum non factum.* *Existimo Deos voluisse : nam scio nisi vellent,*  
*non fieret.* **EUCL.** *Sed ego existimo Deos voluisse ut te enecem apud me in vin-*  
*culis.* **LY.** *Ne dixeris id.* **EUCL.** *Igitur quare tetigisti meam me invito ?* **LY.**  
*Quia feci culpa vini et amoris.* **EUCL.** *Homo audacissime, impudens, tene ausum*

-----

*Pol quod verum est* G. verum'st Pll. ego emerui adulescens Lgg. et velt. quid ego  
de te merui Donz. quid ego merui Pll. 3. 5. 6.—6 C. a m. pr. et Pll. sex. per-  
ditum iri.—7 Edd. quædam ante Pareum, mihi impulsor. Hl. 1. mihi impulsor.—  
8 F. me peccavisse C. et Pll. 1. 2. 3. 4. me hanc culpam vett. edd.—9 H. et B.  
1. exorotum advenio ; Lgg. oratum venio.—10 B. 1. tuum non esset ; G. M.  
tuum non esset.—11 Pronomen illud deest in Lgg. infestum B. 1.—13 Gaeller,  
apud me te. Acidal. conj. ob te, i. e. propter te, tua causa. C. Pll. sex, B. 1.  
2. enecem ; Lgg. enicem.—14 Ne i. dixeris B. 1. 2. meu me B. 1. tactio'st C.—

#### NOTÆ

7 *Deus impulsor*] Ethnici uten-  
que suorum scelerum, et imprimis  
impudicitiae, conscientiam leniebant  
hoc errore quo existimabant ad ea  
Deos esse impulsores. De Cupidine  
Plautus hic loquitur.

13 *Nervo*] Nervus significat ferrum

quo includuntur pedes, manus, et ipsius collum.

14 *Tibi ergo meam me i. tactio est*] Id est pecuniam, pro ‘tu tetigisti  
meam pecuniam.’ Phrasis Plauti pro-  
pemodum unius.

Cum istacin' te oratione huc ad me adire ausum, impudens?

Nam si istuc jus est, ut tu istuc excusare possies,  
Luce claro deripiamus aurum matronis palam,  
Post id, si prehensi sumus, excusemus, ebrios  
Nos fecisse amoris causa: nimis vile 'st vinum atque  
amor,

20

Si ebrio atque amanti impune facere, quod lubeat, licet.

**LY.** Quin tibi ultiro supplicatum venio ob stultitiam meam.

**EU.** Non mihi homines placent, qui, quando male fecerunt, purgitant.

Tu illam scibas non tuam esse: non attactam oportuit.

**LY.** Ergo quia sum tangere ausus, haud causiforc quin  
eam

25

Ego habeam potissimum. **EU.** tun' habeas me invito  
meam?

**LY.** Haud te invito postulo: sed meam esse oportere  
arbitror.

Quin tu eam invenies, inquam, meam illam esse oportere,  
Euclio.

*ad me adire huc cum hac oratione? Nam si est istud æquum, ut tu possis excusare sic istud, diripiamus palam luce clara aurum matronarum: postea si deprehensi sumus, excusemus nos, quod non fuerimus ebrii propter amorem. Vinum est nimis vile, et unor, si licet ebrio atque amanti facere impune quodlibet. LY. Quin accedo deprecatum veniam ob meam stultitiam. EUCL. Homines non mihi probantur, qui, quando peccarerunt, sese excusant. Tu sciebas illam non esse tuam, nou oportebat attingere. LY. Igitur quia ausus sum tangere, non recuso quominus eam habeam potissimum. EUCL. Tune habeas meum, me invito? LY. Haud postulo te invito; sed arbitror oportere esse meam. Quin tu invenies, Euclio, inquam, illam*

\*\*\*\*\*

16 *Cum istac te* B. 1. 2. Pl. 1. 2. 3. 5. 6. *Cum istac in te* C. Ven. 1. Bon. *Cum istae re* Pl. 4.—17 Lgg. est, vel istuc; Parei 2. ut sic tu istuc; verba sic et istuc desunt in C. Pl. 1. 3. 4. 5. 6. et tu istuc habet Pl. 2.—18 *Luce clara* Hi. 1. B. 1. 2. C. Pl. sex, Lgg. Ven. 1. Bon. Ald. Junt. *Luce claro* Nonius p. 602. *Luci claro* Gæller. Vide Bentl. ad Terent. Ad. v. 3. 55.—19 C. et Pl. 3. *prensi.* Mox, G. fuerimus; Lgg. *prensi sumus*; aliquot edd. *simus.*—20 *Non* Lgg. *vile 'st* Pl. 3. *vil' est* Lgg. *vile est* B. 1. 2.—22 Edd. quædam vett. *advenio.*—24 B. 1. *non attractari;* B. 2. *non attractari;* Pl. 1. 2. *obtrectare;* al. Pl. *attractam*, sive *ottrectari*, sive *attractari*; Lgg. *non tactum.*

#### NOTÆ

- 18 *Luce claro]* 'Lux' ambiguus generis.
- 20 *Nimis vile]* Id est: non potest satis emi vinum, si dat facinorum omnium imputitatem ebrio.
- 28 *Quin tu eum]* Qui civem Romanum vitiarat, aut eam indotatam ducebat, aut dotabat.

- EU. Nisi refers. LY. quid tibi ego referam? EU. quod surripuisti meum.  
 Jam quidem hercle te ad prætorem rapiam, et tibi scribam dicam. 30  
 LY. Surripio ego tuum? unde? aut quid id est? EU. ita te amabit Juppiter,  
 Ut tu nescis? LY. nisi quidem tu mihi, quid quæras, dixeris.  
 EU. Aulam auri, inquam, te reposco, quam tu confessus mihi  
 Te abstulisse. LY. neque edepol ego dixi, neque feci.  
 EU. negas?  
 LY. Pernego immo: nam neque ego aurum, neque istæc aula quæ siet, 35  
 Scio, nec novi. EU. illam, ex Sylvani luco quam abs-tuleras, cedo.  
 I, refer: dimidiā tecum potius partem dividam.  
 Tametsi fur mihi es, molestus non ero: i vero, refer.

*mean esse oportere. EUCL. Nisi refers. LY. Quid ego ad te referam? EUCL. Quod jam surripuisti meum. Per Herculem quidem te rapiam ad prætorem, et tibi scribam item. LY. Ego surripui tuum? Unde? aut quid est id? EUCL. Ita te amabit Jupiter, ut tu nescis? LY. Nisi profecto tu mihi dixeris quid quæras. EUCL. A te reposco ollam auri, inquam, quam tu mihi confessus es te abstulisse. LY. Neque ego dixi, neque feci. EUCL. Negas? LY. Pernego immo: nam neque ego scio, nec novi, neque aurum, neque quæ sit ista olla. EUCL. Cedo illam quam attuleras e luco Sylvani: I, refer, partiar potius tecum dimidiā par-tem. Quanquam mihi es fur, non ero molestus: i vero, refer. LY. Tu non es*

\*\*\*\*\*

*Vid. Aul. Gell. N. A. 1. 7.—28 B. 1. esse oportet.—29. 30 Hos vss. transpo-nunt Acidal, et Gæller. quod tibi surripuisti meum M. ne si ego tibi surripuisti quidem hercle te ad prætorem Lgg. hercle ad prætorem Pl. 5. ad deest in Pl. 1. 2.—31 Surripui B. 1. 2. Pl. sex, H. M. Parei 2. Gæller. Surripio unus Lg. C. Ven. 1. Bon. Surripuin ceteri Lgg. aut quid est id Hl. 1. te ambit C. et Pl. 1. 2. 4. a m. pr.—32 Hl. 1. qui queras.—33 Edd. quædam vett. quam tum.—34 B. 1. ædepol dixi.—35 B. 1. immo neque aurum; B. 2. imo nanque ego au-rum. Verba neque ego desunt in Hl. 1. Mox, Acidal, istanc, vel istam aulam. C. que siet.—36 Nescio Hl. 1. ex non agnoscunt Lgg. et C. a m. pr.—37 Lgg. dimidiūm.—38 Herald. legit e MSS. non ero furi: refer; et sic Pl. sex, B. 1. 2. Hl. 1. et Ald. Junt. Both. Gæller, edd. Camer. priores. Falso Pareum notare argnit Gruterus, in C. initio fuisse furi, atque ex interpolatione fa-citum ivero, sive fucro. Immo, ait, illud vero totum est sine correctione, so-lum prima litera scalpellum passa est, adeo ut verisimile fiat fuisse initio*

#### NOTÆ

30 *Scribam dicam]* Καὶ σοὶ γράψω δίκην, tibi item intendam, Je l'actionnerai.

- LY.** Sanus tu non es, qui furem me voces : ego te,  
Euclio,  
De alia re rescivisse censui, quod ad me attinet. 40  
Magna est res, quam ego tecum otiose, si otium est, cupio  
loqui.  
**EU.** Dic bona fide: tu id aurum non surripuisti? **LY.**  
bona.  
**EU.** Neque scis quis abstulerit? **LY.** istuc quoque bona.  
**EU.** atque id si scies,  
**Qui** abstulerit, mihi indicabis? **LY.** faciam. **EU.** neque  
partem tibi  
**Ab** eo, qui qui est, inde posces: neque furem excipies?  
**LY.** ita. 45  
**EU.** Quid si fallis? **LY.** tum me faciat quod volt magnus  
Juppiter.  
**EU.** Sat habeo: age nunc loquere quid vis. **LY.** si me  
novisti minus,

*sanus, qui me appelles furem. Ego putabam te rescirisse de alia re, quod ad me spectat. Euclio, est magna res, quam ego opto loqui tecum otiose, si otium est. EUCL. Dic bona fide: tu non surripuisti id aurum? LY. Bona. EUCL. Neque scis quis abstulerit? LY. Istud quoque bona. EUCL. Atque mihi indicabis qui abstulerit, si id scies? LY. Indicabo. EUCL. Neque posces inde partem pro te ab eo, qui qui sit, neque excipies furem? LY. Ita. EUCL. Quid si fallis fidem? LY. Tum magnus Jupiter faciat quod volet. EUCL. Sat habeo: age loquere nunc quid vis. LY. Si me non novisti, neque quo genere sum procreatus; hic Megado-*

-----  
*fuerō, quonodo erat in Lgg. ex his autem ita enotatum: mihi es molestus, non  
ego fuerō, refer; alii eorum, mihi es molestus, non ego furi.—40 Herald. quæ  
ad me adlineat; B. 1. quæ ad me attinet.—41 C. si ocium'st.—42 LY. bona non  
Hl. 1. B. 1. 2. Pl. sex.—43. 44 Pl. sex, Hl. 1. B. 1. 2. EU. Istuc quoque  
bona utque si scias abstulerit, Neque scis qui abstulerit, mihi indicabis. LY. fa-  
cium. C. a m. pr. LY. Istuc quoque bona. EU. Atque ut si sciesque abstulerit;  
postea factum, Atque id si scies qui, &c. Edd. vett. neque id scis, quis abstule-  
rit. G. indicassis.—45 Tibi ab eo quoi sit indipiscēs B. 1. Tibi ab eo cuique est  
inde posces B. 2. cui sit indipiscēs Pl. 1. a m. sec. Hl. 1. cuiquam est inde posces  
Pl. 1. a m. pr. cuiquam est Pl. 5. cuiquam est dinipiscēs Lgg. Pl. 2. 6. 5. C.  
Nonins p. 556. 59. citat, Nec partem tibi adeo cui sit indipiscēs, neque furum  
excipies; at p. 651. 21. Neque partem ab eo, qui qui est, inde posces, neque  
furem excipies. Vet. quoque ed. Meurs. H. M. G. indipiscēs. MSS. aliquot  
Nonii, inde posces. C. et Pl. a m. pr. expīes.—46 EU. Id fallis B. 1. 2. Hl. 1.  
It fallis C. a m. pr. Id si fallis Pl. sex; Si id fallis Pl. 1. a m. pr. Si fallis*

## NOTÆ

42 *Dic bona fide]* Formula quæ exigimus.

etiamnum viget apud nos, qua rei 45 *Inde posces]* Alii indipiscēs.  
veritatem sacramento interposito

Genere qui sim gnatus: hic mihi est Megadorus avonculus: Meus fuit pater Antimachus: ego vocor Lyconides: Mater est Eunomia. Eu. novi genus: nunc quid vis? id volo 50  
 Noscere. Ly. filiam ex te tu habes. Eu. immo eccillam domi.  
 Ly. Eam tu despondisti, opinor, meo avonculo. Eu. omnem rem tenes.  
 Ly. Is me nunc renuntiare repudium jussit tibi.  
 Eu. Repudium, rebus paratis, atque exornatis nuptiis?  
 Ut illum Di immortales omnes Deæque, quantum est, perdunt, 55  
 Quem propter hodie auri tantum perdidi, infelix, miser.  
 Ly. Bono animo es, et benedice: nunc quæ res tibi et gnatae tuæ  
 Bene feliciterque vortat. Ita Di faxint, inquito.  
 Eu. Ita Di faciant. Ly. et mihi ita Di faciant: audi nunc jam.  
 Qui homo culpam admisit in se, nullus est tam parvi preti, 60  
 Quin pudeat, quin purget se: nunc te obtestor, Euclio,  
 Si quid ego erga te imprudens peccavi, aut gnatam tuam,

*rus est meus avunculus: Antimachus fuit meus pater: ego vocor Lyconides: Eunomia est mater. Eucl. Novi genus: nunc quid vis? Volo id noscere. Ly. Tu habes ex te filiam. Eucl. Immo ancillam domi. Ly. Tu eam despondisti, arbitror, meo avonculo. Eucl. Tu scis omuem rem. Ly. Is me jussit tibi renuntiare repudium. Eucl. Repudium, rebus comparatis, atque nuptiis instructis? Ut omnes Dii immortales Deæque illum perdant, quantum est, propter quem perdidi hodie tantum auri infelix, miser. Ly. Esto bono animo, et benedic. Nunc res quæ tibi bene vertant et feliciter, die Dii faciant sic. Eucl. Dii faciant ita. Ly. Et Dii mihi faciant ita: audi nunc jam. Est nullus homo tam parvi preti, qui admisit culpam in sese, quin pudeat, quin excusat sese. Nunc te obsecro, Euclio, ut mihi ignoscas, si quid ego peccavi imprudens erga te aut tuam filiam, et eam mihi*



Pl. 6. a m. sec. et Lgg.—47 M. et G. quodvis.—48 Genere quo sim Hl. 1. Lgg. Gæller.—50 C. a m. pr. id voco.—51 Noscere ex te M. G. Gæller. Noscere filiam B. 1. 2. c ecillum C. Pl. 1. 2. 3. 4. 5. ecillum Pl. 6.—52 Ly. Jam tu Hl. 1. B. 1. 2. meo av. opinor Hl. 1.—53 Is me repudium nuc renuciare jossit Hl. 1. Is nunc me Lgg. Gæller.—54 Eu. Repuduun B. 1. Nonius p. 543. 20. hunc citat versum sine ulla verborum discrepantia.—55 C. et Pl. sex, perdunt.—57 Lgg. et Gæller, benedice nunc, quæ, &c. C. que res.—58 B. 1. vor-—59 Lgg. audi jam, omissa adverbio nunc.—60 Lgg. nullus tum, omissa est.—61 B. 1. 2. Gæller, quin p. sese.—62 Ut quod erga te B. 1. Ut si quid

Ut mihi ignoscas, camque uxorem mihi des, ut leges jubent:

Ego me injuriam fecisse filiae fateor tuæ,  
Cereris vigiliis, per vinum, atque impulsu adolescentiæ. 65  
Eu. Hei mihi! quod facinus ex te ego audio? Ly. cur ejulas?

Quem ego avom feci jam ut essem filiae nuptiis:  
Nam tua gnata peperit, decumo mense post: numerum cape:

Ea re repudium remisit avunculus causa mea.

I intro, exquire, sitne ita, ut ego prædico. Eu. perii oppido! 70

Ita mihi ad malum malæ res plurimæ se agglutinant.

Ibo intro, ut quid hujus veri sit, sciam. Ly. jam te sequor.

Hæc propemodum jam esse in vado salutis res videtur.

Nunc servom esse ubi dicam meum Strobilum, non reperio.

*des uxorem, ut leges præcipiunt. Ego confiteor me fecisse injuriam tuæ filiae vigiliis Cereris, per vinum, atque impulsu adolescentiæ. Eucl. Hei mihi! quod facinus ego audio ex te? Ly. Cur ejulas? Quem ego feci hodie ut essem jam avus in nuptiis filia; nam tua filia peperit decimo mense post: numerum cape: ea re avunculus remisit repudium mea causa. I intro, exquire utrum sit ita uti ego prædico. Eucl. Occidi oppido, ita plurimæ malæ res me circumstant. Introibo ut sciam quid veri sit hujus. Ly. Jam te sequor. Hæc res videtur esse ferme jam in vado salutis. Non reperio nunc ubi putcm meum serum Strobilum esse: hic operior ad-*



erga te C. a m. pr. Ut quid ego erga te Pl. 1. 2. 4. 5. Ut qui erga te Pl. 6. Ut quod ego erga te B. 2.—63 Id mihi edd. quædam vett. contra omnes codd. mihi uxorem des B. 1. jubeant Pl. tres.—64 Pl. sex, Lgg. C. B. 1. filiae fecisse; B. 2. filiae fateor fecisse tuæ.—66 Ei mihi C. Lgg. ego ex te audio edd. quædam ante Parenthesis, curre i. vias B. 1. 2. curre eirias C. curre in vias Pl.—67 Quem ego aron B. 1. Quem hodie ego, &c. edd. quædam vett. contra omnes codd.—68 Nouius p. 628. 10. decimo.—70 I intus Pl. 4. Intro C. a m. pr. Pl. 1. 2. 3. I intro Hl. 1. 2. B. 1. 2. Pl. 5. 6. et Pl. 3. a m. sec. exquere B. 1. Pl. 3. 4. I intro, exquære vet. cod. Meurs. et Priscian. 1. p. 561. Putsch. exquære etiam Pl. 2. et H.—71 Edd. quædam vett. sese.—72 B. 1. re si sit; B. 2. ne si sit; Lgg. viri sit; Pl. 5. G. et vett. rei sit; Bothe, rerum sit;

#### NOTÆ

70 Exquire] Alii exquære.

72 Hujus veri sit] Alii, quid hujus in profundo periculum, in vado securitas.

73 In vado salutis] Donatus: In

Nisi etiam hic opperiar tamen paulisper; postea intro 75  
Hunc subsequar: nunc interim spatium ei dabo exqui-  
rendi

Meum factum ex gnatae pedisequa nutrice anu: ea rem  
novit.

*huc paululum, postea subsequar hunc intro. Nunc interim ei dabo tempus investi-  
gandi meum factum ex pedissequa filiae nutrice anu. Ea novit rem.*

Pll. 1. 2. 4. 6. *vesisit.*—73 Nec B. 1. *invado* B. 1. 2.—76 *Hinc subsequar* Lgg.  
*exquirenti* Pl. 1.—77 C. *pedissiqua*; Lgg. *pedissequa*: *an vera novit*; B. 1. 2.  
Pll. sex, *nutrice*: *an vera novit*; C. *an verum novit*.

## ACTUS QUINTUS.

### STROBILUS, LYCONIDES.

St. Di immortales, quibus et quantis me donatis gaudiis !  
Quadrilibrem aulam auro onustam habeo : quis me est di-  
vitior ?

Quis me Athenis nunc magis quisquam est homo, cui Di  
sint propiti? ?

Ly. Certo enim ego vocem hic loquentis modo me audire  
visus sum. St. Hem !

Herumne ego aspicio meum ? Ly. video ego hunc Stro-  
bilum, servum meum ? 5

St. Ipsus est. Ly. haud aliis est. St. congregiar. Ly.  
contollam gradum.

St. Dii immortales, quibus et quantis gaudiis me donatis ! habeo ollam quadri-  
librem plenam auro : quis est locupletior me ? Quis homo est Athenis nunc quis-  
quam, cui Dii sint magis propiti? quam mihi ? Ly. Ego visus sum me audire hic  
vocem loquentis. St. Egone aspicio meum herum ? Ly. Egone cerno hunc Stro-  
bilum meum servum ? St. Est ipse. Ly. Haud est aliis. St. Congrediar.

1 Acidal, *quibus med oneratis gaudiis.*—2 Lgg, *ego habeo.* B. 1. *quis est me.*  
—3 Edd. quædam ante Pareum, usquam, pro *quisquam.*—4 Personæ notatio-  
nem omittunt B. 1. 2. et Lgg. *modo deest* in edd. quibusdam vett. et mox  
*Hem*, pro quo tres Pll. *heri.*—5 Lgg. *video hunc Strobilum servum meum ?*  
*Ipsus*, &c. alterum *ego deest* in G. *videon ego nunc B. 1. videon' ego hinc Lamb.*  
*video ego n̄c Hl. 1. nunc etiam Pl. 4.*—6 *Ipsus est, haud aliis est : congregiar*  
Lgg. *sine personarum notatione.* Pll. sex et C. *aliud.* Mox, *est deest* in

Credo ego illum, ut jussi, eampse anum adisse, hujus nutricem virginis.

ST. Quin ego illi me invenisse dico hanc prædam, atque eloquor?

Igitur orabo ut manu me mittat: ibo atque eloquar.

Repperi. LY. quid repperisti? ST. non, quod pueri clamitant,  
10

In faba se repperisse. LY. jamne autem, ut soles, deludis?

ST. Here, mane, eloquar, jam ausculta. LY. age ergo loquere. ST. repperi hodie,

Here, divitias nimias. LY. ubi nam? ST. quadrilibrem, inquam, aulam auri plenam.

LY. Quod ego facinus audio ex te? ST. Euclioni huic seni surripui.

LY. Accelerabo gradum: ego puto illum adiisse eampse anum nutricem hujus virginis, ut imperavi. ST. Cum ego illi dicam me invenisse hanc prædam, atque eloquar? Igitur orabo ut me manumittat: ibo atque eloquar. Reperi. LY. Quid reperisti? ST. Non quod pueri clamitant se repperisse in faba. LY. Jamne autem deludis, ut soles? ST. Here, mane, eloquar: jam attende. LY. Age ergo loquere. ST. Inveni hodie, here, nimias opes. LY. Ubinam? ST. Ollam, inquam, quadrilibrem, plenam auri. LY. Quid ego audio ex te? ST. Surripui huic seni Euclioni. LY.

dnobus Plt.—7 Credo illum ego H. 1. LY. Credo, &c. Lgg. Gæller. eam ad se anum B. 1. 2.—8 Verbum dico deest in Hl. 1. a m. pr. Edd. quædam vett. eloquor; sed Plt. et C. habent eloquar.—9 C. ut m. mee mittat; unde Pareus, ut m. me emitat; B. 2. ut me manu mittat. Mox, in quibusdam codd. iboque atque eloquar; et sic B. 1. 2. eloquor Lgg.—10 C. a m. pr. quod reperisti.—11 B. 1. jam nunc ut soles. Pro deludis, Palmer. Spicil. p. 663. legit delicis; al. me ludis.—13 Repperi quia here divitias magnas; et mox quadrilibrem aulam, omisso τῷ inquit, Lgg. Repperi hodie here B. 1. Here divitias miras Hl.

#### NOTÆ

9 *Manu me mittat*] Me libertate donet. Nam dominus apprehendebat servum aut capite, aut humero, aut manu, et hæc solennia verba mittebat: ‘Hunc hominem liberum esse volo;’ et manu dimitebat.

11 *In faba se repperisse*] Curenlionem videlicet, vel Midam, vermiculum in fructibus nasci solitum. Innuit hoc loco Strobilus snam illam lætitiam non esse pueri lætantis in

minimis rebus, qualis est ille vermiculus.

13 *Quadrilibrem*] Quatuor libram. *Libra* Græce λίτρα, τ in β, ut in τέτερον terebra. Libra vulgo nostro dicitur *litron*. Utrum autem ‘libra’ hæc nova respondeat veteri, quæstio est hoc difficilior enodatu, quod eodem nomine diversum plane mensuræ genus exprimatur.

**LY.** Ubi id est aurum? **ST.** in arca apud me: nunc volo  
me emitti manu. 15

**LY.** Egone te emittam manu, scelerum cumulatissime?  
**ST.** abi here, scio

**Quam rem geras:** lepide, hercle, animum tuum tentavi:  
jam

Ut eriperes, apparabas: quid faceres, si repperissem?

**LY.** Non potes probasse nugas: i, redde aurum. **ST.** red-  
dam ego aurum?

**LY.** Redde inquam: ut huic reddatur. **ST.** ah, unde?

**LY.** quod modo fassus es esse 20

**In arca.** **ST.** soleo, hercle, ego garrire nugas: ita loquor.

**LY.** at scin'

**Quomodo?** **ST.** vel hercle enica, nunquam hinc feres a  
me.

*Ubi est aurum?* **ST.** In arca apud me: nunc volo me manumitti. **LY.** Egone te  
manumittam, cumulatissime scelrum? **ST.** Abi: scio, here, quam rem geras: le-  
pide per Herculem tentavi tuum animum: jam apparabas ut eriperes: quid faceres  
si invenissem? **LY.** Nequis probasse nugas: redde aurum. **ST.** Ego reddam au-  
rum? **LY.** Redde, inquam, ut reddatur huic. **ST.** Ah unde? **LY.** Quod es fassus  
mox esse in arca. **ST.** Certe ego soleo garrire nugas: ita loquor. **LY.** At scisne  
quomodo? **ST.** Vel eneca per Herculem, nunquam feres hinc a me.

1. a m. sec.—14 *Quo ego C. a m. pr.*—15 *Ubinam B. 1. manu me emitti* Goell-  
ler ex emend. Acidalit.—16 *C. cumulatissime.*—17 *C. Parci 2. temptavi.*—  
18 Lgg. et vulgg. *si non reperissem.*—19 Lgg. *nugus: redde.*—20 C. B. 1. 2.  
non agnoscunt particulam *ah.* Pl. 1. *vide quomodo;* Pl. 2. 3. 4. 5. 6. *vide quod*  
*modo.*—22 B. 2. *hinc feres.* Hic finem fabulæ faciunt omnes Pl. et C. qui  
nullum addit ‘Explicit,’ sicuti ceteris fabulis omnibus subjungi solet. *Quin-*  
*tus actus deficit.* *Hactenus reperta hæc fabula B. 1.* *Aulularia non est tota B.*  
*2. Imperfecta fabula Ald.* In margine ed. Ald. penes editorem hi exarati  
sunt versiculimann antiqua:

Nunquam hinc feres a me. **LY.** non occidam, sed cruciabo diu  
Quotidie, ut pereas sæpius, nî aula meus statim habeat socer,  
Unde uxori mea det doler. **ST.** ain vero tuu'st socer  
*Hic Euclio?* *Ædepol gratulor, et lubens aurum dabo.*  
*Sed jube sim liber: erunt festiviores nuptia.*  
**LY.** De istoc post video, soceri arbitratu. *Vos plaudite.*

#### NOTÆ

16 *Scelerum cumulatissime]* Depre- libertas in jus civitatis vocabat, quo  
catur a se Lyconides injuriam con- non donari scelestus, nisi a scelesto  
cessæ libertatis homini nequam, quia putabatur.

## S U P P O S I T A.\*

Quid hic quondam pervicus addit?

Non feram' unquam? St. quod non habeo. Ly. efferaris cave,  
Nisi actum seni id auri redditio est. St. sive perpensus ferar  
Libitinarius, sive pollinctorius efferar, nunquam dabo nisi fodiam  
Noviter *arrogiam*. Ly. vah capiti tuo! St. immo senis et capiti  
Et pectori, qui auri tantum perdidit. Ly. quis repperit? 6  
St. Quem repperisse vis. Ly. qui in arca illud subreptum ha-  
bere

Autumat. St. quam pulcre tibi, here, conniverent oculi, si id  
Factum fateor! ludo: quod lusi tecum, non par est identidem  
Serio vortier. Ly. at nunc jam ne me irritassis, i, et aurum 10  
Redde: susque deque haud agites. St. here, id si reperibitur,  
Certum est geminam te lanceam confitentem icere. Ly. i, et  
redder.

St. Vis crassum? Ly. i, et redde. St. atat incassum quæritas.  
Ly. I, et redde: ego ad senem propero, ut quid comitiis  
Proxumis videam. Senex aulam auri perdidit, Megadorus 15  
Repudium renuntiat. Filiam peperisse vitio resciiit. St. hero  
Meo, quantum ego video, nemo est benignior. Alii non quod  
Inventum est non oculunt, modo negant: oculunt vaniloqui.  
Sed aliud post aliud si qua sit opportunitas, harpagatum  
Volunt, si Eleusinie sit, facilem Deam creduant; si Cotyto: 20  
Non videre quem batuat. Ita neque amicis, neque cognatis,  
Neque Dis parcunt, dum bene parcant sibi: istic quidem,  
Ne miserum faciat senem, aut illius familiam opulentam,  
Auri aulam, grandem, onustam, plenam, referri jubet,



\* Sequuntur supplementa duo mutilæ in fine fabulæ, quorum prius non  
exhibet solum ed. Mediol. 1500. Carpenter. 1513. Gryph. 1540. Colon. Lon-  
golii et Hervag. 1568. sed inventit id etiam in cod. suo Ms. et a Plauto ipso  
profectum censem Mensius Exc. Crit. 1.

1 Nonius v. 'Pervico,' *hic quidem p. custodem addidit*; Ald. p. 1409. et qui  
eam ed. exprimunt, *hic quidam*, &c. Paris. 1511. *pervicus totidem addit*.—

2 Mediol. *ne efferaris cave*.—5 Both. *væ capiti tuo*.—7 Q. r. *vis?* Mediol.—12  
Mediol. *confidente*.—13 Mediol. *atut massum*; Meurs. correxit, *atut incassum*.  
—17 Mediol. *hodie video*.—20 Volunt. *Si Eleusinæ* Mediol. *credunt conj.*  
Bothe. *Cotyto* Mediol.—21 Mediol. *quod batuat*.

Ut se faciat olim miserum, atque suam familiam. Ast ego partem

25

Impartiri malim, unde redimar. Quod vortet bene, picus  
A sinistris cantitat, qui auri custos hercle olim traditur.  
Ibo, et aulam referam : quod illæc mihi bene avis occinat.

## S U P P L E M E N T U M

### AULULARIÆ.

ANT. CODRO URCERO,

ITALO SCHOLASTICO ET PROFESSORE BONONIENSI, AUCTORE,  
QUI VIXIT SUB IMP. SIGISMUNDO ET FRIDERICO III. AUG.

#### STROBILUS, LYCONIDES.

Quadrilibrem aulam senis, quam non habeo. Ly. feram,  
Velis nolis ; cum te quadrupedem strinxero :

Et herniosos testes ad trabem tibi

Divellam appenso. Sed cur in fauces moror

Hujus scelesti ruere ? et animam protinus

• 5

Cur non compello facere iter præposterum ?

Das, an non ? St. dabo. Ly. des ut nunc, non olim volo.

St. Do jam : sed me animam recipere sinas te rogo.

Ah ah ! quid, ut dem, poscis, here ? Ly. nescis, scelus ?

Et aulam auri plenam quadrilibrem mihi

10

Audes negare, quam dixti modo

Te arripuisse ? heia, jam ubi nunc lorarii ?

St. Here, audi pauca. Ly. non audio : lorarii,

Heus, heus !

\* \* \* Ly. Feram, sive velis, sive nolis, quando alligavero sicut  
quadrupedem ad palum, et jussero direlli tibi pendenti testes herniosos. Sed  
quid moror involare in fauces hujus nefariorum ? et cur non cogo ejus animam exire sta-  
tim per posticam ? Dasne an non ? St. Dabo. Ly. Volo ut des nunc, non olim.  
St. Do jam : sed te rogo, sine me respirare. Ah ah ! quid poscis, here, ut dem ?  
Ly. Nescis, scelestus ? et audes mihi negare ollam quatuor librarum plenam auro,  
quam dixisti modo te surripuisse ? Heia, ubi sunt lorarii ? St. Here, audi pauca.  
Ly. Non audio : Lorarii, heus, heus.

## LORARII, LYCONIDES, STROBILUS.

LOR. Quid est? Ly. parari catenas volo.  
 St. Audi, quæso, post me ligare juss eris  
 Quantum libet. Ly. audio: sed rem expedi as ocyus.  
 St. Si me torqueri juss eris ad necem, vide  
 Quid consequare: primum servi exitium habes: 5  
 Deinde, quod concupisces, ferre non potes.  
 At si me dulcis libertatis præmio  
 Dudum captasses, jamdudum votis fores  
 Tuis potitus. Omnes Natura parit liberos,  
 Et omnes libertati natura student. 10  
 Omni malo, omni exitio, pejor servitus:  
 Et quem Juppiter odit, servom hunc primum facit.  
 Ly. Non stulte loqueris. St. audi reliqua nunc jam:  
 Tenaces nimium dominos nostra ætas tulit:  
 Quos Harpagones, Harpyas et Tantalos 15  
 Vocare soleo, in opibus magnis pauperes,  
 Et sitibundos in medio oceani gurgite:  
 Nullæ illis satis divitiæ sunt, non Midæ,  
 Non Crœsi: non omnis Persarum copia  
 Explere illorum Tartaream ingluviem potest. 20  
 Inique domini servis utuntur suis,  
 Et servi inique dominis nunc parent suis:  
 Sic fit neutrobi, quod fieri justum foret.  
 Penum, popinas, cellas promtuarias  
 Occludunt mille clavibus parcí senes. 25  
 Quæ vix legitimis concedi natis volunt,

LOR. Quid est? Ly. Volo distringi catenas. St. Audi, quæso, poste a jubebis  
 me ligari quantum volueris. Ly. Audio: sed expedi celeriter quid tibi relis.  
 St. Si juss eris me torqueri ad necem, ride quid assequare. Primum, habes exitium  
 servi: deinde non poteris accipere ollam quam optus. At si me captusses mercede  
 grata libertatis, jampridem es ses compos rotorum. Natura parit omnes homines  
 liberos, et omnes student libertati a natura. Sereitus est pejor quoris malo et quo-  
 vis exitio: et Jupiter facit serrum illum quem odit. Ly. Non loqueris stulte.  
 St. Accipe nunc cetera: nostra actas tulit heros nimium avaros. Soleo illos vocare  
 Harpagones, Harpyias et Tantalos, pauperes in magnis opibus, et sitientes in medio  
 oceano: nullæ divitiæ sunt satis illis, non Midæ, non Crœsi: non omnes copia  
 Persarum possunt explere illorum ingluviem Tartaream. Domini utuntur inique  
 suis servis, et servi obtulerunt male suis dominis. Sic non utrobius fit quod  
 aquum esset fieri. Senes avari claudunt mille clavibus penum, popinas, cellas  
 promtuarias. Serri furaces, versipelles, callidi reserant ea quæ sunt clausa mille

Servi furaces, versipelles, callidi,  
 Occlusa mille clavibus sibi reserant;  
 Furtimque raptant, consumunt, liguriunt,  
 Centena nunquam furga dicturi cruce: 30  
 Sic servitutem ulciscuntur servi mali  
 Risu jocisque. Sic ergo concludo, quod  
 Servos fideles liberalitas facit.  
**Ly.** Recte quidem tu, sed non paucis, ut mihi  
**Pollicitus.** Verum si te facio liberum, 35  
 Reddes, quod cupio? **St.** reddam: sed testes volo  
 Adsint: ignoscet, here; parum credo tibi.  
**Ly.** Ut lubet; adsint vel centum; jam nil moror.  
**St.** Megadore, et tu Eunomia, adeste precor, si libet.  
**Exite:** perfecta re mox redibitis. 40

*clavibus, quæ vix parci senes volunt concedi natis legitimis. Furtim raptant, consumunt, liguriunt, qui si agantur in crucem, nunquam fateantur centesima furga. Sic mali servi ulciscuntur serritutem risu jocisque. Ergo sic concludo, quod liberalitas reddit seruos fidèles. Ly. Tu quidem recte perorasti: sed non paucis, ut eras pollicitus. Sed si te facio liberum, reddesne quod cupio? St. Reddam: sed volo testes adsint: ignoscet, here; parum credo tibi. Ly. Ut lubet; adsint vel centum, jam nihil moror. St. Megadore, et tu, Eunomia, adeste, precor. Si libet, exite: redibitis mox, re perfecta.*

## MEGADORUS, EUNOMIA, LYCONIDES, STROBILUS.

**ME.** Qui nos vocat? hem Lyconide. **Eu.** hem Strobile, quid est?  
**Loquimini.** **Ly.** breve est. **ME.** quid est? **St.** vos testes voco.  
 Si quadrilibrem aulam auri plenam huc affero,  
 Et trado Lyconidæ, Lyconides me manu  
 Mittit; jubetque juris esse me mei. 5  
 Itane spondes? **Ly.** spondeo. **St.** jamne audistis hoc  
 Quod dixit? **ME.** audivimus. **St.** jura enim per Jovem.  
**Ly.** Hem quo redactus sum alieno malo!  
 Nimis procax es: quod jubet, faciam tamen.

**ME.** Quis nos evocat? **Hem** Lyconide! **EUN.** Hem, Strobile, quid est? **Loquimini.** **Ly.** Breve est. **ME.** Quid est? **St.** Vos voco testes, si affero huc aulam quadrilibrem auri plenam, et trado Lyconidæ, Lyconides me manumittit, et jubet me esse mei juris. Spondesne ita? **Ly.** Spondeo. **St.** Jamne audistis hoc quod dixit? **ME.** Audivimus. **St.** Jura etiam per Jovem. **Ly.** Hem! quo redactus sum alieno malo! Nimis procax es. Faciam tamen quod jubet. **St.** Heus

- St. Heus tu, nostra ætas non multum fidei gerit : 10  
 Tabulæ notantur : adsunt testes duodecim :  
 Tempus locumque scribit actuarius ;  
 Tamen invenitur rhetor, qui factum neget.  
 Ly. Sed me cito expedi sis. St. hem silicem tibi.  
 Ly. Si ego te sciens fallam, ita me ejiciat Diespiter 15  
 Bonis, salva urbe et arce, ut ego hunc lapidem. Satin'  
 Jam feci tibi ? St. satis : ut ego aurum apportem, eo.  
 Ly. I Pegaseo gradu, et vorans viam redi.

*tu, nostrum sacerulum non multum fidei habet : consignantur tabulæ, adsunt duodecim testes, actuarius scribit tempus et locum ; tamen invenitur causidicus qui neget factum. Ly. Sed expedi me celeriter, si vis. St. Hem ecce silicem accipe. Ly. Si ego te fallam, Diespiter ita me ejiciat bonis, salva urbe et arce, ut ego hunc lapidem jacio. Tibine jam satisfeci ? St. Satis : eo ut aurum apportem. Ly. I Pegaseo gradu, et redi vorans viam.*

---



---

#### LYCONIDES, MEGADORUS, EUNOMIA.

- Ly. Grave est homini pudenti morologus nimis  
 Servus, qui sapere plus volt hero suo.  
 Abeat hic Strobilus in malam liber crucem,  
 Modo mihi apportet aulam auro puro gravem ;  
 Ut Euclionem sacerum ex luctu retraham 5  
 Ad hilaritatem, et mihi conciliem filiam,  
 Ex compressu meo novam puerperam.  
 Sed ecce redit onustus Strobilus : ut reor,  
 Aulam apportat : et certe est aula, quam gerit.

*Ly. Servus qui plus æquo sapit, et qui ruit videri magis sapere quam suus herus, est admodum molestus homini verecundo. Hic Strobilus abeat in malam crucem, postquam manumisero, modo ad me affterat ollam plenam auro puro, ut abstergam lacrymas Euclionis saceri, et eum cumulem gaudio, et ineam gratiam Phædræ ejus filiæ, quæ peperit nuper ex meo compressu. Sed ecce revertitur onustus Strobilus. Ut reor, affterat ollam : et certe est olla, quam bajulat.*

---

#### STROBILUS, LYCONIDES, MEGADORUS, EUNOMIA.

- St. Lyconide, apporto inventum promissum tibi,  
 Aulam auri quadrilibrem : num serus fui ?

*St. Lyconide, ad te apperto id quod inveni, sicut pollicitus sum ; nimirum ollam*

**Lv.** Nempe : o Dii immortales, quid video, aut quid habeo ?  
 Plus sexcentos Philippeos ter et quater.  
 Sed evocemus Euclionem protinus. 5

*quadrilibrem auri. Num desii esse servus?* **Lv.** Nempe. *O Dii immortales, quid video, aut quid teneo? Plus ter aut quater sexcentos Philippeos. Sed evocemus Euclionem protinus.*

---

**LYCONIDES, MEGADORUS, EUNOMIA, EUCLIO,  
 STROBILUS.**

**Lv.** O Euclio, Euclio ! **Me.** Euclio, Euclio ! **Eucl.** quid est ?

**Lv.** Descende ad nos : nam Dii te servatum volunt.

Habemus aulam. **Eucl.** habetisne, an me deluditis ?

**Lv.** Habemus, inquam : modo, si potes, huc advola.

**Eucl.** O magne Juppiter ! o Lar familiaris, et 5

Regina Juno, et noster thesaurarie

Alcide, tandem miserari miserum senem !

Oh, oh, quam lætis, aula, tibi amicus senex

Complector ulnis, et te dulci capio osculo !

Expleri nequeo mille vel complexibus. 10

O spes, o cor ! luctum depulverans meum.

**Lv.** Auro carere semper duxi pessimum

Et pueris, et viris, et senibus omnibus.

Pueris prostare cogit indigentia,

Viros furari, mendicarier ipsos senes. 15

At multo pejus est, ut video nunc, supra

Quam quod necesse est nobis auro opulescere.

Heu quantas passus est ærumnas Euclio,

Ob aulam paulo ante a se deperditam !

**Eucl.** Quoi méritas referam grates ? an Diis, qui bonos 20

**Lv.** O Euclio, Euclio ! **Me.** Euclio, Euclio ! **Eucl.** Quid est ? **Lv.** De-scende ad nos : nam Dii te volunt incolumem. *Habemus tuam aulam.* **Eucl.** Habetisne, an me deluditis ? **Lv.** Habemus, inquam : modo, si potes, huc advola. **Eucl.** O magne Jupiter ! o Lar familiaris, et Regina Juno, et noster thesaurarie, Alcide, tandem te miseret calamitosi senis. Oh, oh, olla, quam te complector lætis ulnis amicus senex, et te occupo dulci osculo ! Nequeo expleri vel mille complexibus. O spes ! o cor ! mihi abstergis luctus. **Lv.** Semper duxi esse pessimum et pueris, et viris, et senibus omnibus auro carere. Indigentia cogit pueros prostare, viros furari, senes ipsos mendicare. Sed est multo pejus nobis, ut animadverto nunc, di-tari supra quam quod est necesse. Heu ! quantas ærumnas passus est Euclio pro-p-ter ollam quam perdideraut paulo ante ! **Eucl.** Cui referam meritas gratias ? An

- Respectant homines ? an amicis, rectis viris ?  
 An utrisque ? utrisque potius. Et primum tibi,  
 Lyconide, principium et auctor tanti boni,  
 Hac ego te aula auri condono : accipias libens :  
 Tuam hanc esse volo, et filiam meam simul, 25  
 Præsente Megadoro, et sorore ejus proba  
 Eunomia. **Ly.** et habetur, et refertur gratia,  
 Ut meritus es, sacer exoptatus mihi, Euclio.  
**EUCL.** Relatam mihi satis putabo gratiam,  
 Si donum nostrum, et me ipsum, accipias nunc libens. 30  
**Ly.** Accipio, et Euclionis volo mea sit domus.  
**ST.** Quod restat, here, nunc memento, ut sim liber.  
**Ly.** Recte monuisti : Esto merito liber tuo,  
 O Stobile, et turbatam jam intus cœnam para.  
**ST.** Spectatores, naturam avarus Euclio 35  
 Mutavit : liberalis subito factus est.  
 Sic liberalitate utimini vos quoque :  
 Et, si Fabula perplacuit, clare plaudite.

*Diis, qui respectant bonos viros? an amicis, rectis viris? an utrisque? Utrisque potius. Et primum te, Lyconide, qui es principium et auctor tanti boni, ego te dono hac olla auri: accipe lubenter: volo hanc esse tuam, et mean filiam simul, præsente Megadoro, et sorore ejus proba Eunomia. Ly. Et habeo gratiam, et refero, ut meritus es, Euclio, sacer mihi exoptate. EUCL. Putabo mihi satis relatam esse gratiam, si accipias nunc libens, et nostrum munus, et me ipsum. Ly. Accipio, et volo domus Euclionis mea sit. ST. Quod restat, here, memento nunc, ut sim liber. Ly. Recte monuisti : Esto liber tuo merito, o Stobile, et para intus nunc cœnam turbatam. ST. Spectatores, avarus Euclio mutarit naturam: subito factus est liberalis. Utamini etiam liberalitate: et si Fabula placuit, plaudite clare.*

# E X C U R S U S I.\*

AD I. I. 38. 39.

## FAMIANI STRADÆ

### ROMANI PRÆLECTIO PLAUTINA II.

*De Plautina litera disputatio.*

---

SUNT, qui nullam certam literam designari putent, sed characteres solito grandiores atque palmares, ut possint ab omnibus procul legi. Ita par eruditorum nobile, Dionysius Lambinus et Adr. Turnebus Adv. xxiv. 31. Sunt qui non dissimili ratione literas interpretentur, quæ nominibus præponi solent, et capitales appellantur. Alii, in quibus nomen profitetur suum Joseph. Castalionis Observ. Crit. II. 9. literam L; alii Græcam A; alii T esse Planto literam longam arbitrantur. Sed primos acriter insectatur J. Lipsius de Pronunc. c. 8. tanquam oblitos Romanorum moris, apud quos olim minusculæ, quibus nunc utimur, usurpatæ non fuere notæ. Sed immrito eos carpit mea quidem sententia. Neque enim ignoraverunt illi, unum Quiritibus fuisse scribendi genus: sed cum scirent, illud potuisse aut produei grandibus et maximis literis, ut ait Cicero, et cubitum longis, ut ludit Plautus Pœn. IV. 2. 15. Rud. v. 2. 7. aut minutis literulis, ut loquitur idem Cicero; existimarunt Plantinum jocum ad aliquam ex literis cubitalibus esse referendum. Potius convicio Lipsiano vapulare debuerant secundi, qui longam Planti literam primum in uaquaque sententia characterem, et veluti ductorem elementarii agminis interpretantur. Nec minus aberrant, qui ad L confugunt, cum figuram hujus literæ non magis pedibus expriment, qui pendent, quam qui suis humi vestigiis insistunt. Nam qui ad flexum obstipumque collum id forte referrent, invertere deberent elementum. Addite, quod isti imperite sentiunt, L sicut apud nos, ita apud veteres fuisse ceteris longiorem, siquidem, uti dicebam, literæ olim Romanis quadratae ac pares erant. Nec mihi sententiam suam satis probant, qui hominem pendentem divaricatis cruribus cum A comparant, quasi eadem utriusque figura sit. Hi enim non videntur inter hominis partes enumerare caput et pectus, quas in A non reperiunt. Doctius interpretamentum est Cœli Rhodigini A. L. x. 8. qui ad elementum T Plantinas ambages ait referri oportere: quia qui pendet, ejus plane literæ reddit imaginem. Pendulum enim libratumque corpus lineam a summo ad imum productam exprimit, tignum vero aut trabs, ex qua laqueus demittitur, transversum literæ

\* Ex editione Franc. Gœller, Colon. ad Rhen. 1825.

ductum fingere videtur. Atque hinc est, quod iudicio vocalium Lucianus tom. I. p. 70. ed. Bipont. facete indicit Σ obloquentem adversus T literam furarem ac dignam quæ supplicium in sua figura sustineat atque in crucem ac furcas, quas ipsa exprimit, extollatur. Sed hæc, quamquam eruditæ, non tamen ostendunt, T literam esse longam eminentemque, quod ad Plantij jocum explicandum necessarium erat. Quare longe iis, quos adhuc nominavi, perspicacius homo omnium oculatissimus J. C. Scaliger de Causis L. L. x. 40. a quo mutnatus idem videtur J. Lipsius, unum vidiit inter elementa characterem ceteris proceriore ac pendentis statutæ accommodatum, I literam loquor, quæ ex genino I I sæpe ab veteribus contrahebatur in unum I ac supra ceteros apices literarum extendebatur. Ut graphicè quidem videatur referre eum, qui se ipso productior oblongiorque sit, dum rectus pendet. J. Palmerius in Spicil. p. 671. sic legendum judicavit: *quam ex me ut uvam faciam, aut literam Longam.* Quod ut ridiculum commentum traducit Gruterus in ultima sua editione, quæ ‘venenorum omnium pyxis Pandoræ altera.’ Verum quamvis hæc ita se habeant, ingenioseque dicta sint omnia; tamen ex animo nunquam avelli potuit injecta pridem suspicio insignioris alienjus mendi, quo locus ille vitiatus frustra viros doctissimos in isthæc dissidia velitationesque distulerit, donec me Hieron. Aleander conjectura in h. l. sua mirifice confirmavit. Etenim hic, quod præter alia indecorum ei videretur, anum et servam argutari de re littoralia, literatisque tantum viris cognita, admonuit me, quem in Plantina illa litera hærentem animadverterat, ut viderem, numquid alio transferri posset Plantij jocus, et alterutro ex his modis loqui, ant, neque quicquam melius est mihi, Ut opinor, quam ex me ut uvam faciam linea Longa, mi laqueo collum quando obstrinxero. Sic enim non modo personæ decorum servatur, siquidem muliercularum potius est, uvam ad domesticos usus filo suspendere, quam literas facere, sed etiam ad nomen Σταφυλῆ, h. e. uva, quo nomine anus illa vocabatur, alluditur. Id quod insolens Plauto non esse, ex nominis significatione jocum captanti, quis ignorat? Aut, quoniam literam et longum constantissime legitur, hoc in libris manu exaratis, illud ubique, minore literarum varietate: neque quicquam melius est mihi, Ut opinor, quam ex me ut uvam faciam ad literam, Longum mi laqueo collum quando obstrinxero. Nempe ad literam, et nominis sui similitudinem Staphyla ut uvam faceret, si se pendulam demitteret. Quæ conjectura ut simillima vero videatur mihi, faciunt profecto tum, quod ea locutio ab uva ad suspendium translatâ plane Plautina est. Sic enim ipse alibi Pœnul. I. 2. 98. cum adolescens servum alloquens dixisset, ‘Ausculta mihi modo ac suspende te;’ respondentem audit servum, ‘Signidem tu es mecum futurus pro uva passa pensilis:’ tum quod ‘longam lineam’ lego in hanc sententiam apud Colum. VIII. 11. 15. dum ‘ligato pede,’ inquit, ‘longa linea, gallina custoditur;’ tum denique quod fili flexus circa racemi caput, ac nodi complicatio, uvaeque demissio multo melius rem ipsam objicit oculis, quam cuiuslibet literæ conformatio. Post hanc Stradæ disputationem jam inclinat animus eo, ut legam, Ut opinor, quam ex me ut uvam faciam linea Longa, mi laqueo collum quando obstrinxero.

## EXCURSUS II.

Ad II. 4. 28.

De hiatu in penthemimeri senariorum a Plauto admissis Osanni disputatio in Anal. Crit. p. 113. sqq.

Hoc loco semel tangam hiatus apud Latinos usum, quem, cum hac in re a viris doctis diversissimas in sententias discedi animadverterim, fusius alibi dabitur locus examinandi: nunc id solum agendum, ut hiatum in penthemimeri admissum defendam, quem etsi non Terentio, certe Plauto concedendum jam vidit Bentleins ad Ter. Eun. III. I. 18. Apponam exempla, que innumeris fere locis augeri possunt, evidenter aliquot, quibus rem nunc volo non tam illustrari, quam confirmari. Amph. Prolog. vs. 89. ‘Quid admirati estis? quasi vero novum.’ Bothius, *estis admirati*. Aulul. II. 4. 28. ‘In modoquidem credo. An scin’ etiam quomodo?’ IV. 6. 13. ‘Indeque observabo, aurum ubi abstrudat senex.’ Post *observabo* Bothius de suo adjecit, *ego*. Capt. I. 1. 6. ‘Estne invocatum, an non? Est planissime.’ ubi Bosscha dedit, *Estne invocatum, an non est? est planissime*. Curen. III. 16. ‘Edepol næ ego hic me intus explevi probe.’ vs. 28. ‘Nam illæ catapulta ad me cerebro commeant.’ vs. 45. ‘Quia vestimento, ubi obdormivi ebrius.’ Cas. Prolog. vs. 51. ‘Pnella exponi: adit extemplo ad mulierem.’ I. 4. ‘Quasi umbra, quoquo ibis tu, te persequi.’ Bothe *quoquod*. II. 8. 35. ‘Tibi et Chalino: ita rem gnatam intellego.’ Cist. I. 3. 33. ‘Peperisse gnatam, atque eam se servo illico.’ Bothe, *servulo e loco*. II. 3. 9. ‘Extimuit tum illo? Horret corpus, cor salit.’ vs. 31. ‘Servate me Di, obsecro. At me perditis;’ etsi legere posses *Divi*. II. 5. 61. ‘Quid istuc est verbi? Ex priore muliere.’ Bothe, *verbi est*. vs. 75. ‘Ego eam projeci: alia mulier sustulit.’ Bothe, *mulier alia*. vs. 76. ‘Ego inspectavi: herus hanc duxit postibi.’ Bothe, *duxit herus*. Pœn. II. 8. ‘Iratus: vetui exta proscicarier.’ Bothe, *exta vetui*. Rud. III. 6. 21. ‘Ego hunc scelestum in jus rapiam exelem.’ Reiz. *Scelestum rapiam jam in jus*. Hiatum contra Bothius bene expulit Aulul. III. 6. 33. ‘Potare ego hodie, Euclio, tecum volo.’ Neque aliter Bothe in ed. minore. Cas. IV. I. 10. ‘Vestitus laute exornatusque ambulat.’ Bothe, *Vestitus, exornatus laute, obambulat*. Vet. Cod. Cam. ut vulgo. Pall. teste Pareo, *Vestitus laute exornatus obambulat*. Alii, in his Helmst. *lanteque*. Legerim, *Vestitus lauteque exornatus ambulat*.

## EXCURSUS III.

Ad II. 4. 33.

C. A. Böttiger de tonstrinis veterum ad Sabinam excursus p. 330. sqq.

Vel nomina *koupevs* et *tensor*, præter vocabula inde ducta, satis probant, proprie a tondendis capillis profectum esse totum negotium, quod recentiorum linguae ei, qui *barbier* dicitur, tribuunt, nomen ducentes a voce barbarica, ‘barbatorius,’ quæ tamen vox jam in lingua rustica apud Petronium

reperitur. Cum enim veteres tum Græci tum Romani multo prius atque frequentius capillos circum circa caput tenerentur, quam morem ex Oriente et Ægypto ad Græcos ætate Alexandri<sup>a</sup> traditum barbæ ponendæ sequerentur; longe prius fuerunt, qui capillos quam qui barbam tenerent. Verumtamen hæc tota disquisitio, specie quidem levior, sed ad mores et historiam artium minime spernenda, ad narrationem de vario barbæ radendæ usu pertinet, cui quidem post Hotomanni de Barba libellum multa addi poterunt (v. Fabric. Bibliogr. Antiq. p. 850. sq.), sed adhuc opus desideratur, quo et ex doctrina antiquitatum varius ille usus et quam vim habuerit in mores cultumque hominum, exponatur. Caremus omnino libro, quo de technologia veterum et opificiis exponatur, qui ope Onomastici Pollucis et Anthologiæ Græcæ si conscribatur; præclare hoc argumentum tractari possit additis Beckmanni et Schneideri ad singula hujus disciplinæ observationibus. Hoc quidem loco ista sufficient: Negotium tonsoris apud veteres multo gravioris momenti erat, quam apud nos, quoniam antiquis temporibus viri quotidie fere mane in tonstrinis cultni corporis et munditiæ operam darent; domi enim neque pectine, neque speculo, neque cetero apparatu curando corpori utebantur.<sup>b</sup> Hinc magni illi hominum et aliorum et garrulorum præcipue conventus in tonstrinis.<sup>c</sup> Sed apud veteres tonsor idem, ut etiamnum in Anglia hinc illinc usu venit, capillos ornabat, barbam tondebat, idem unguis præsecabat. Lautioribus tantum hominibus apparatus ei cultui accommodatus domi fuit; iidem propriis ad illam rem curandam servis utebantur. Quin etiam speculum multi tantum in tonstrina reperiebant, in qua tonsuram capitis inspicerent.<sup>d</sup> Triplex erat tonsorum opera, ut primum capillos tenerent, cui operæ non tam forcices adhibebant, quam cultris variæ et magnitudinis et aciei capillos per pectinem tondebant.<sup>e</sup> Itaque Lucianus, ubi apparatum tonstrinæ describit, inter alia magnam copiam cultellorum memorat, neque apud Pollucem, qui duobus locis instrumenta tonsorum enumerat, nisi cultri tonsorii leguntur. V. Polluc. II. 32. x. 140. et Lucian. adv. Indoct. c. 29. tom. III. p. 124. ed. Bip. In primis memorabile hoc est, quod pro pulcherrimarum una tonsurarum quæ habebatur (tonsuræ autem solus tunc temporis capillorum ornatus fuit) μάχαιρα, i. e. tonsura unius cultri, dicebatur. V. Aristoph. Acharn. vs. 849. Sed etiam bini cultri componebantur, ut quasi forcicis usum preberent. Hoc erat διπλῆ μάχαιρα tonderi, ut ait Pollux. II. 32. V. Vales. ad Hesych. t. II. p. 599. 14. Cuiter autem tondendis capillis appellabatur ψαλτης, sive simplex fuit (Pollux x. 140.) sive duplex, unde quod instrumentum nos scheeren dicimus, ortum est. V. Jacobs. ad Anthol. vol. II. P. I. p. 171. Solenne autem vocabulom fuit μάχαιρα (v. Lucian. Pisc. c. 46. t. I. p. 613.) unde vox scheere, omissa prima syllaba, facta esse videtur. In tonsura autem, ut patet ex Horat. I. Sat. 3. 31. et I. Epist. 1. 94. maxime spectabatur æqualitas.

<sup>a</sup> V. Chrysippi fragm. ap. Athen. XIII. 2. p. 565. A. B. V. Bagueti Comment. de Chrysipp. p. 267. sqq.

<sup>b</sup> V. Artemidor. Onirocrit. I. 23. p. 23. ubi disertis verbis dicitur, omnem virum vennstiorem tonstrinas

adire.

<sup>c</sup> V. Casaubon. ad Theophrast. Charact. l. XI. p. 137.

<sup>d</sup> Plutarch. de Audit. c. 6. t. VII. p. 140. Hutten.

<sup>e</sup> V. Lobeck. ad Phryn. p. 60.

Conf. Salmas. de Coma p. 23. sq. ideoque tonsores artis peritiores post tonsos capillos, qui forte capilluli eminerent, eos diligentissime sublegebant, quam operam Pollux II. 34. παραλέγεσθαι dictam docet.<sup>f</sup> Alterum negotium fuit barbae curatio, quæ si fieret, tonsores veterum quoque mantile, ut in usum erat, villosum intonsumque, quo detergeretur qui tondebatur, humeris circumdabant. Quod mantile quia constabat lino non tosto, ἀμδλινον Græci dicebant. V. Plutarch. de Garrul. p. 511. 4. Plantus lusus allegorico appellat ‘involucrum’ Capt. II. 2. 17. V. Casanbon. ad Athen. p. 698. et Mercurial. V. L. VI. 2. p. 324. Tertium denique, cui operam dabant, unguium resectio in manibus, (nam pedum quidem in balneis resecabantur,) cui rei propria nomina ὄνυχίσιν, ἀπονυχίσιν indiderunt. V. Aristoph. Eq. vs. 706. ibique Schol. Pollux II. 146. et Kuhn. ad Polluc. VII. 165. Sed postea discrimen hoc statutum est, ut ὄνυχίσιν esset, ad præsectum unguem exigere; ἀπονυχίσιν, ungues præsecare. V. Menrs. ad Phrynic. Eclog. p. 126. sq. Cui operæ qui cultelli adhibebantur appellati sunt ὄνυχιστῆρια. Pollux X. 140. ibique Jungerm. Huc facit jocosa apud Plautum Euclionis avaritiæ descriptio Anul. II. 4. 34. ‘Quin ipsi pridem tonsor unguis demiserat, Colligit, omnia abstulit præsegmina,’ ubi Gruterus oblitus est, vel tenuissimum tonsoris ad unguis præsecandos opera usum esse. Hinc Martialis cinendum quandam, qui operam illam tonsoris variis emplastris pissinis supervacaneam sibi reddiderat, ‘quid facient unguis?’ interrogat, i. e. quis tibi unguis resecabit? V. epigr. III. 74. ibique Ramirez. p. 272. Hinc Tibullus, ubi effeminatum illum Marathum describit I. 8. 11. ‘ungues’ memorat ‘artificis docta manu sectos,’ ubi v. Broekhuys. Jam sensus intelligetur epigrammatis Martialis in cultrum tonsorium: ‘ferramenta tonsoria’ XIV. 36. Magis etiam qui memoretur dignus est lusus in tonsorem Eugathem Phaniæ in Anal. t. II. p. 53. 6. ubi totus apparatus capillorum illius concinnatoris recensetur. In illo etiam panniculus pili de pileo usu jam detrito memoratur ad cultrum abradendum, quem Toup. Emend. ad Suid. t. III. p. 451. Lips. errat, cum pileum tonsoris *shaving cap* intelligit, neque verum vidit Jacobs. in commentariis ad h. I. ceteroquin lectu dignissimis.

## EXCURSUS IV.

Ad IV. 9. 9.

De toga candida Lipsii dissertatio in Elect. I. 13.

De colore vestium apud Romanos itemque de candidatis, sordidatis, palliatis non satis plana hodie res est. Ego paulo uberius dicam, quam qui ante me: et quicquid in his arduum aut clivosum explanabo exorsus rem a capite, et quod Aristophanes ait, ἀπὸ βαλβίδων.

Romanis in vestitu placitum reperio colorem album, sive quia is, ut Plato alibi vult, lætitiae proprins et Deorum: sive potius agrestis illa et

<sup>f</sup> Ceterum constat ex Plutarchi libello de Garrul. p. 510. 11. tonsorem priusquam opus faceret, ‘quo modo te tondeam?’ interrogare solitum esse.

prima gens, spretis accersitis coloribus, lanæ nativum retinuit i. e. album. Ita toga Romanorum alba et tunica fuit, et calcei, et omnis quotidiana vestis. Toga, inquam, alba. Titinnius, poëta vetus, ‘Qui in togis candidis sunt, tunicis sordidis.’ A. Gellius N. A. III. 4. ‘eumque, cum esset reus, neque barbam desisse radi, neque non candida veste uti, neque fuisse solito cultu reorum,’ de Africano dicit. Plautus Cas. II. 6. 9. ‘At candidatus cedit hic mastigia,’ de Olympione, qui jam libertus. At liberti novi in toga apparebant, i. e. communii civium veste. Tertullian. de Resurrect. Carnis : ‘Si famulum tuum libertate mutaveris, et vestis albæ nitore, et aurei annuli honore, et patroni nomine, ac tribu mensaque honoratur.’ Toga igitur alba. Statius in Sylvis, ‘Albentique humeros induxit amictu,’ albentem anictum togam appellat virilem, ab eodem colore Græcis modo λευκὴν, modo ad discri men prætextæ, dictam διολευκήν. Eadem circumscriptis Persis : ‘totaque impune Suburra Permisit sparsisse oculos jam candidus umbo.’ Candidus umbo synecdochice, pars pro ipsa veste. Nam umbones in toga agnoscit Tertullianus de Pallio, et describit eos eleganter. Apuleius lib. XI. in palla. Martialis etiam album colorem togæ aliquot locis dat, ut, ‘Et toga non tactas vincere jussa nives;’ item, ‘Non amet hanc vitam, quisquis me non amat, opto : Vivat et urbanis albus in officiis.’ Albus non ad pallorem, sed ad vestem : quoniam officia hæc anteambulonum in toga alba. Ideo Juvenalis, ‘niveosque ad fræna Quirites.’ Et exempla plura sunt, quæ mox opportune reddam. Objiciunt ista : Si togæ vulgo albæ, cur qui prensabant induebantur toga candida, nt hac quasi nota intelligi et excerni possent a reliqua plebe? Respondeo : albi coloris togas vulgo fuisse, non candidi. Albus color nativus lauæ est ; candidus proprie splendens ille et qui est ab arte. Ideo Polybius λαμπρὰν dicere maluit petitorum togam quam λευκὴν et Latine commode eam dixerimus splendentem. Seneca, ‘Non splendeat toga, nec sordeat quidem.’ Spernit enim a sapiente hunc colorem eximie carentem. Subtilia hæc videntur? Sunt vera. Nam pettores non contenti insito lanæ colore cretam addebant in vestem ut candesceret, immo splenderet. Hac ergo nota discreti a vulgo et dicti candidati. Isidorus, ‘Fit toga addito quodam cretae genere candidior.’ Persius huc alludens, ‘quem dicit hiantem Cretata ambitio.’ Livins IV. 25. ‘Placet tollendæ ambitionis causa tribunos legem promulgare, ne cui album vestimentum addere petitionis causa liceret. Parva nunc res, et vix serio agenda videri possit, quæ tunc ingenti certamine patres ac plebem accedit.’ Emendo, ‘ne cui album in vestimentum addere,’ auctoribus libris et sententia ipsa, quoniam non alba vestis interdicta (absurdum id), sed additio albi in vestem, i. e. cretae.

Objiciunt item de diebus festis. Romani, inquit, saltem per dies festos in veste alba erant : non ergo quotidianas togas cendum candidas. Horatius, ‘Ille repotia, natales, aliasque dierum Festos albatus celebret.’ Xiphilinus die celebri Romæ ob ingressum Tiridatis maxime ait, forum impletum hominibus fuisse ; dimidium ejus populus candidatus et laureatus centuriatim obtinuit ; dimidium exercitus splendide armatus. Latinus Pacatus in Panegyrico ad Theodosium, ‘Quid ego referam festum liberæ nobilitatis occursum? conspicuus veste nivea senatores?’ Vopiscus in Flo-

riano, ‘Tantum illud dico, senatores omnes ea esse lætitia elatos, ut dominibus suis omnes albas hostias cæderent, albati sederent.’ Persius, ‘negato Jupiter hoc illi, quamvis te albata rogarit.’ Sed expedito me ab hoc nodo et dico non aliud fuisse in eo more, quam ut per dies privatim aut publice lætos togas recentes sumerent et usu nondum sordidas aut obsoletas. Pollnx 1. 25. id exprimit, ὅπλον ρουργῷ στολῇ, ὅπλον ρεπλυνεῖ ἐσθῆτι. Clare discimus ex Prudentio ad Symmachum, ‘Exultare patres videoas, pulcherrima mundi Lumina, conciliunq[ue] senum gestire Catonum Candidiore toga, niveum pietatis amicum Sumere’ et ex Ovidio Fast. 1. 80. ‘Vestibus intactis Tarpeias itur ad arces: Et populus festo concolor ipse suo est.’ Ecce ait ‘vestes intactas,’ et bene Persius in re simili, ‘recentes’: ‘Sci-licet hoc populo pexusque togaque recenti Et natalitia tandem cum sardonynche albus Sede leges celsa.’ Color enim ille a principio in omni toga niveus habendo sordes trahebat et squalorem: quod in vulgata toga ferebant, non ferebant per dies festos. More plane gemino moribus nostris. Inde est, quod per ludos apud Martialem et alios candidati leguntur: inde quod apud Plautum Aulularia scribitur, ‘Qui vestitu et creta se occultant et sedent quasi sint frugi.’ In homines, nisi fallor, tenuiores, quibus cum copia mutandæ togæ non esset; tamen ut nitidi et melioris fortunæ apparerent, sub dies ludorum togulam suam ineretabant. Potest et referri ad servos, qui ut liberos mentirentur, fortasse cretam addebant in vestem, ut in cavea fallerent permixti. Nec Romani solum in lætitia aut in sacris adhibebant hunc colorem, sed etiam, ut observatum mihi, externi. Liv. XLV. 20. de Rhodiis: ‘Inter multas Asiæ Græciæque legationes Rhodiorum maxime legati civitatem converterunt. Nam cum primo in veste candida visi essent, (quod et gratulantes decebat, et, si sordidam habuissent, lugentium Persei casum præbere speciem poterant,) postquam consulti,’ &c. Sueton. Aug. c. 99. de Ægyptiis: ‘Forte Puteolanum sinum prætervehenti vectores nautæque de navi Alexandrina, quæ quidem tunc appulerat, candidati coronatique et thura libantes fausta omina et eximias laudes congesserant.’ Propter has togas albas fullonum apud veteres creberimus usus; rarus tinctorum: fullonum, qui maculas scilicet ac sordes e toga cluebant, et addito sulfure ac creta iterum eam candefaciebant. Adi Plinium de utroque H. N. xxxv. 15. et 17. Comœdia plenæ fullonum, testes togatæ. Et eorum munus expressit eleganter Titinius apud Nonium: ‘terra hæc est, non aqua Ubi tu solitus argutarier pedibus Cretam dum compescis vestimentaque lavas.’ Argutationem pedum vocat id quod Seneca ‘fullonium saltum.’

Alba igitur toga, et ea quamdiu communi in usu, discrimen nullum inter cives fuit a colore vestis, nisi quod divites, munduli, elegantes semper in toga sua a fullone nivea, vulgus fere sordidiores essent, togisque magis pallentibus, ac, ut proprie dicam, obsoletis. Ideo Seneca Ep. cxv. per sordidos intelligit vulgum: ‘Mirari quidem non debes,’ inquit, ‘corrupta excipi non tantum a corona sordidiore sed ab hac turba quoque cultiore. Togis enim inter se isti, non iudiciis dissident.’ Ait diserte, ‘togis.’ Sed et viri illustres ac nobiles rei facti per dies judicii sumebant hanc togam sordidam, posita nivea, ut miserabiliores essent in veste plebeia. Itaque rei in sordi-

bus esse dicuntur aut sordidati, non pullati, ne quis erret; qui color tantum  
funebris. Viri etiam graves ac rigidi non amabant eximum illum cando-  
rem, et ab hac re simia illa apud Horat. i. Ep. 19. 13. ‘ Exiguæque togæ  
simulat tesquore Catonem.’ Recta illa lectio. Male vulgo, *textore*. Duo  
enim lanti homines amabant in toga laxitatem et candorem, spreverat  
utrumque Cato arcta toga contentus et ea squalenti. Id enim Horatio  
‘ tesquor ’ sed vide Feam ad h. l. Hæc olim. Multa republica et imperio  
labente mirum quantum mutaverit vestis.

M. ACCII PLAUTI  
C A P T E I V E I.\*

---

---

DRAMATIS PERSONÆ.

ERGASILUS, *Parasitus.*  
HEGIO, *Senex.*  
LORARIUS,  
PHILOCRATES, }  
TYNDARUS, }  
ARISTOPHONTES.  
PUER *Hegionis.*  
PHILOPOLEMUS.  
STALAGMUS.  
GREX.

---

---

ARGUMENTUM, UT QUIBUSDAM VIDETUR, PRISCIANI.

CAPTUS est in pugna Hegionis filius.  
Alium quadrimum fugiens servus vendidit.  
Pater captivos commercatur Alios,

Philopolemus filius Hegionis captus est in certamine ab Eliensibus. Stalagmus servus ejusdem Hegionis fugitivus rendiderat antea alterum filium Hegionis, nomine Pægnium seu Tyndarum. Hegio emit captivos Elienses eo consi-

\* *Incipit fabula Captivorum Plauti C. non Captivorum; neque aliter est in omnibus Pli. sed Argumenti ἀκροστιχὸς arguit, non aliter scribendum ἀρχαῖκῶς.* Inscrifitur *Captivi duo* in V. 2. 3. J. *Captivi* simpliciter in B. 1. 2. Hl. 1. V. 1. Captivos Plauti Camerarius putabat intercidisse, hinc autem, quæ ad nos pervenit, Comœdiæ titulum fuisse *Captivi duo*.

1 *Captus* fuit Camer. *Captu'st* Bosscha in ed. sua, Amstel. 1817. *Egionis* Hl. 1.—3 *Aleos* C. Parei 2. *Alios* Pli. *altros* edd. quædam ante Pareum.—

NOTÆ

3 *Alios*] Id est Elios, ab urbe Elide.

*Tantum studens, uti natum recuperet.  
Et in ibus emit olim amissum filium.  
Is suo cum domino veste versa ac nomine,  
Ut amittatur fecit: ipsius plectitur.  
Et is reduxit captum et fugitivum simul,  
Indicio cuius alium agnoscit filium.*

5

*Ilo, ut recuperaret Philopoleum suum filium: et inter illos captivos emit imprudens filium Tyndarum, quem amiserat olim. Tyndarus facit ut Philocrates dominus dimittatur, versis nominibus ac vestibus. Ipse dat pœnas pro Philocrate domino. Philocrates reducit Philopoleum, et Stalagnum servum fugitivum cum eo: cuius fugiti vi indicio cognoscit Tyndarum alium filium.*

\*\*\*\*\*

4 Hl. 1. B. 1. 2. *ut natum*; edd. quædam vett. *uti natum suum*; Lgg. *uti gnatum recipere*; Arg. *recuperet suum*.—5 *Et inibi* Hl. 1. H. C. Pl. Lgg. al. ap. Bosch. *Et interibi* edd. quædam vett. *Et mihi* al. ap. Langium.—9 Hl. 1. a m. sec. coius; V. 3. ejus. Hl. 1. J. *cognoscit*.

#### NOTÆ

5 *Et in ibus*] Pro ‘iis.’ ‘Is’ enim, tiæ declinationis in *is*, in dativo et secundum analogiam nominum ter- ablativo plurali debet habere *ibus*.

---

#### ALIUD ARGUMENTUM CAMERARII.

FABULÆ huic nomen CAPTIVI DUO. Inter Plautinas omnes hæc et argumento et expositione optima est et elegantissima. Ipse etiam poëta hanc commendat ut publice scriptam. Multæque bonaæ sententiae in hac insunt, et eximiæ fidei exemplum servi erga herilem filium. Cum enim bellum esset inter Ætolos et Elienses, capitur Philopolemus Ætolus, Hegionis filius, itemque Eliensis Philocrates. Hunc Hegio una cum servo Tyndaro emit, quod speraret, posse aliqua permutatione captivorum, recuperare se filium suum. Sed inter dominum et servum convenit, ut servus se dominum esse simularet. Ita dimissus æstimatus Philocrates ut servus, rediit in patriam. Fraude detecta per alterum captivum Aristophontem, vehementissime irascitur senex, et Tyndarum compeditum in lapidicinas conjicit. Hic erat filius ipsius, furto surreptus ætate puerili a servo. Interea revertitur Philocrates, et adducit filium Hegionis, et servum etiam illum furem. Itaque agnitus Tyndarus in libertatem et familiam suam restituitur. Argumentum ita est sumtum quasi res geratur in Ætolia.

## PROLOGUS.

Hos quos videtis stare hic captivos duos,  
 Illi qui astant, hi stant ambo, non sedent.  
 Vos vos mihi testes estis me verum loqui.  
 Senex qui hic habitat, Hegio est hujus pater.  
 Sed is quo pacto serviat suo sibi patri, 5  
 Id ego hic apud vos proloquar, si operam datis.  
 Seni huic fuerunt filii nati duo,  
 Alterum quadrum puerum servus surpuit,  
 Eumque hinc profugiens vendidit in Alide  
 Patri hujusce: jam hoc tenetis? optimum est. 10  
 Negat, hercle, ille ultimus: accedito.  
 Si non ubi sedeas locus est, est ubi ambules.  
 Quando histrionem cogis mendicarier,  
 Ego me tua causa, ne erres, non rupturus sum.  
 Vos qui potestis ope vestra censerier, 15

*Hi gemini captivi, Philocrates et Tyndarus, quos conspicitis hic stantes, illi ambo qui stant, stant, non sedent. Vos vos appello testes me dicere verum. Senex qui manet hic est Hegio pater hujus Tyndari. Ego aperiam vobis quomodo est Tyndarus servus sui patris, si attente audiatis. Hic senex habuit duos natos, Philopolemum et Tyndarum. Mancipium Stalagmus suffuratus est alterum puerum Tyndarum, quatuor annis natum, arreptaque hinc Juga, eum vendidit in Elide patri hujusce Philocratis. Intelligitis nunc id? Bene est. Prefecto ille qui in ultima area est, negat audire. Accede: si non est spatium in quo sedeas, est in quo ambules. Quandoquidem adigis histrionem ad inopiam, ut qui gratis audis, ego non mihi ilia rumpam propter te: ne ignores. Vos qui potestis in censum re-*

1 *Nos quos* Pl. 1. 2. 4. 5. 6. *hic stare* Lgg.—2 *Illi qui stant* H. M. Pl. 1. 2. 3. 4. 6. V. 1. J. B. 1. Hl. 1. *quidem stant* Pl. 5. G. *qui stant instant* L. 1.—3 *Hoc vos* C. a m. sec. et Parei 2. *Ilos vos* C. a m. pr.—4 L. 1. *qui habitant*; Lgg. *habitat hujus est pater*.—6 *Id ego id hic* B. 1. *proloquor* V. 3.—8 *Alium* V. 1. Bossch. al. vett. *subripuit* V. 1. Pl. Hl. 1. *surripuit* B. 1. *surripuit* Lgg. C. Parei 2.—9 *Eum hinc* Lgg. *fugiens* V. 2. 3. J. *in Aulide* Hl. 1. B. 1. 2. Pl. *in Alida* Lgg.—10 *Hujusce patri* Bosscha.—11 *Sed negat h. se illie Arg.* 3. *Negat, mehercle, i. u. discedito* Bosscha.—13 C. Pl. 1. 2. 3. *hystrionem*;

## NOTÆ

1 *Hos quos videtis*] Pro 'hi quos,' non solum Plauti, verum etiam Terentii, et omnium illius saeculi scriptorum, est, ut relativum et antecedens, quemadmodum substantivum et adjективum casu eodem efferant.

15 *Vos qui potestis . . . censerier*] Vos quibus est satis divitiarum, ut in censum referri possitis. Qui censu carebant, civitatis jure excludebantur, neque a censoribus quinto quoque anno ut cæteri censebantur, seu

Accipite reliquom : alieno uti nihil moror.  
 Fugitivus ille, ut dixeram ante, hujus patri,  
 Domo quem profugiens dominum abstulerat, vendidit.  
 Hic postquam hunc emit, dedit eum huic gnato suo  
 Peculiarem : quia quasi una ætas erat. 20  
 Hic nunc domi servit suo patri, nec scit pater.  
 Enimvero Di nos quasi pilas homines habent.  
 Rationem habetis, quomodo unum amiserit.  
 Postquam belligerant Ætolii cum Aliis,  
 Ut fit in bello, capitur alter filius. 25  
 Medicus Menarchus emit ibidem in Alide.  
 Cœpit captivos commercari hic Alios,

*ferri restris opibus, audite cetera. Non curo placare abalienatos. Hic Stalagmus fugitivus, sicut dixeram antea, vendidit Theodoromedi Philocratis patri, dominum quem surripuerat aufugiens domo. Hic Theodoromedes postquam coenit hunc, dedit suo filio Philocrati peculiarem, quia erat fere eadem ætas. Hic ministrat jam suo patri domi, nec pater scit. Nam Dii nos jactant homines veluti pilas. Tenetis qua ratione perdidit unum. Intereadum Ætolii bellum gerunt cum Eliensisibus, alter Hegionis filius Philopolemus capitur sicut in bello accidit. Medicus Menarchus emit eum ibidem in Elide. Hegio instituit commercium Eliensem*

V. 2. *histriones.* Pl. 2. *medicarier.*—17 *Lgg.* *Fugitivos.* Hl. 1. J. *ut ante dixeram.*—18 V. 2. 3. J. *Domino.* In L. 1. et Lgg. deest *quem.* C. a m. pr. *profugens.*—19 V. 2. dedit ei. Nonnullæ edd. non agnoscunt *huic.*—22 *Est vero.* Di V. 1. 2. 3. L. 1. *Ast vero* di Lgg. *Est vero* dios Pl. 6. *Est vero* δύρως Pl. 5. *Est vero* diives Pl. 3. *Est vero* diunas Pl. 1. 2. 4. *Enim vero* Di C. *Et vero* Di nos B. 1. *Est vero* nos Dii Hl. 1. *homines deest in J.*—24 *Alidis* V. 1. Lgg. *Aulidis* Hl. 1. B. 1. V. 2. 3. L. 1. J. Pl. *Aliis* edd. quædam vett.—25 *Uti fit* Bosscha. *Ut in bello fit* edd. vett.—26 *Merenchus* V. 2. *in aulide* Hl. 1. B. 1.

## NOTEÆ

in *instrum et censum* referebantur.

22 *Di nos quasi pilas homines habent*] Festus : ‘Pilæ et effigies viriles et mulieres ex lana Compitalibus suspendebantur in compitis, quod hunc diem festum esse Deorum inferorum, quos vocant Lares, putarent; quibus tot pilæ, quot capita servorum; tot effigies, quot essent liberi, ponebantur; ut vivis parcerent, et essent his pilis et simulacris contenti.’ Unde forsitan Lares pingebantur cum pila in manu. Plato dictabat homines esse Θεῶν ἀθέρματα, *Deorum ludus.* Alius appellat παιγνία,

*ludus puerorum.* Interrogatus Æsopus, quid agerent Dii, respondit, eos τὰ μὲν οἰκοδομεῖν τάδε καταβάλλειν, struere et destruere.

24 *Ætolii* Ætolia Græciæ regio, Epiro, Acarnaniæ, et Locris termina.

Cum Aliis] Alii cume. Veteres dicebant ‘cume,’ ‘tame,’ ‘quame,’ pro ‘cum,’ ‘tam,’ ‘quam;’ et aliquando d interserebant, ‘cunde,’ ‘tamde,’ ‘quamde.’

27 *Alios*] Elis, regio Græciæ in Peloponeso, et urbs quæ est regionis caput.

Si quem reperire posset, cum quo mutet suum  
 Illum captivum: hunc suum esse nescit, qui domi est.  
 Et quoniam heri inde audivit, de summo loco                   30  
 Summoque genere captum esse equitem Alium,  
 Nihil pretio parsit, filio dum parceret,  
 Reconciliare ut facilius posset domum;  
 Emit hosce de præda ambos de quæstoribus.  
 Hice autem inter sese hunc confinxerunt dolum,           35  
 Quo pacto hic servus suum herum hinc amittat domum.  
 Itaque inter se commutant vestem et nomina.  
 Illic vocatur Philocrates, hic Tyndarus.  
 Hujus illic, hic illius hodie fert imaginem,  
 Et hic hodie expediet hanc docte fallaciam,                   40  
 Et suum herum faciet libertatis compotem,  
 Eodemque pacto fratrem servabit suum,  
 Reducemque faciet liberum in patriam ad patrem,  
 Imprudens: itidemque ut sæpe jam in multis locis

*captivorum, ut inveniret quempiam quem committaret cum filio captivo apud Elienses. Ignorat Tyndarum qui est domi, esse suum filium. Et quia accepit heri hinc captum esse equitem Eliensem illustri loco, nobilissimo sanguine, nulli parcit sumtu, dum recuperet filium, ut posset revocare domum; emit a quæstoribus hos duos de præda. Hi vero machinati sunt hanc fraudem inter se vestibus et nominibus, ille appellatur Philocrates, hic Tyndarus. Hujus ille, hic gerit hodie habitum illius, et hic explicabit cullide hodie illam astutiam, et reddet Philocratem suum dominum compotem libertatis. Eodem modo erit salutaris suo fratri Philopolemo, reducetque liberum in patriam Ætoliam ad patrem. Hegionem inscius: et itidem ut plerumque etiam in compluribus locis non desunt qui*



*in Alide Lgg.—27 C. Pl. commercari; Lgg. commercare.—28 Pl. 2. cum qui; V. 3. J. quo cum; rō cum deest in L. 1. et Bossch.—29 Illum captivum suum Lgg.—30 Pareus, ind auditiv, e codd. C. et Pl.—31 Hl. 1. B. 1. V. 3. J. unus Lg. Pl. 3. 5. equitem alium; V. 1. equitem aleum; L. 1. militem alium; V. 2. et nonnulli Lgg. equitem alterum; Pl. 1. 2. M. militem alium; Pl. 6. equitem alium.—32 Vox parsit est in litura in Hl. 1.—33 L. 1. facilius est.—34 Emit hosce ambos Lgg. ambo Pl. 1. in marg. H. M. V. 2. J. B. 1. Hl. 1. a quæstoribus Pl. 2.—35 Hisce J. V. 1. 2. C. a m. pr. Pl. hunc deest in Hl. 1. B. 1. V. 2. L. 1. J.—36 Quo p. is M. B. 1. Hl. 1. a m. sec. Pl. V. 2. 3. L. 1. Quo p. his C. a m. pr. servos C. V. 2. 3. L. 1. servos servom J. servum herum M.—37 J. V. 3. inter sese. L. 1. ac nomina.—40 Hl. 1. a m. pr. hanc totam fallaciam.—42 C. servavit.—44 Pl. Hl. 1. B. 1. 2. V. 2. 3. L. 1. J. G. H. M.*

## NOTÆ

**34 Quæstoribus]** Inter alia munia divenderent, quorum pretium in æra id erat quæstorum, ut spolia hostium publicum conferrent.

Plus insciens quis fecit, quam prudens boni.

45

Sed inscientes sua sibi fallacia

Ita compararunt et confinxerunt dolum :

Itaque hi commenti de sua sententia,

Ut in servitute hic ad suum maneat patrem :

Ita nunc ignorans suo sibi servit patri.

50

Homunculi quanti sunt! cum recognito,

Hæc res agetur nobis, vobis Fabula.

Sed etiam est, paucis vos quod monitos voluerim.

Profecto expediet, Fabulæ huic operam dare.

Non pertractate facta est, neque item ut ceteræ;

55

Neque spurcidici insunt versus immemorabiles;

Hic neque perjurus leno est, nec meretrix mala,

Neque miles gloriosus. Ne vereamini,

Quia bellum Ætolis esse dixi cum Aliis.

*afferant plus emolumenti imprudentes, quam scientes. Sed inscientes sic concinnaverunt, et architectati sunt fraudem. Itaque hi invenerunt suo Marte, ut unus maneat servus apud suum patrem. Sic ministrat nunc ignarus suæ sortis suo patri. Quantus homines sunt æstimandi! si bene reputemus nobiscum eorum sortem, id a nobis representabitur ut res gesta, quanvis est fabula. At est præterea cuius vos monuerimus. Sane uile erit audire attente hanc Fabulam. Non constat stylo vulgari et solito, non sorbet carminibus impudicis de memoria abolendis. Abest hinc impudicitia minister infidus, non infame scortum, non miles inflatus. Ne mirum videatur, si monui esse bellum Ætolis cum Eliensis: pugnæ committen-*

\*\*\*\*\*

*itidem et sæpe. Mox, jam deest in Lgg.—45 Hl. 1. a m pr. quid fecit. Edd. quædam vett. quam sciens.—46 Hl. 1. fallacia dolum. G. sed hi inscientes.—47 V. 1. confixerunt. Lgg. dolis; τὸ dolum deest hic in Hl. 1.—50 Itaque nunc Hl. 1.—51 B. 1. quom pro cum. Hl. 1. B. 1. 2. Pl. 1. 2. 3. 4. 5. V. 2. J. G. M. H. et cod. Barth. rem cogito; Pl. 6. rem cognito.—53 Edd. quædam vett. quod monitos vos voluerim,—55 Nam V. 3. J. Pl. 1. 6. Hl. 1.—56 Neque spurcidii Hl. 1.—57 Hic nec L. 1. pejurus Lgg.—58 Hl. 1. B. 1. C. a m. pr. gloriosus esse ne vereamini; Lgg. glorirosusne vereamini.—59 Alidis Lgg. C. Aulidis*

#### NOTÆ

55 *Non pertractate]* Id est, nova fabula est: quasi dicat, nunc primum luditur hæc fabula. Non repetitur ut aliae, quæ jam spectatae sæpius reponuntur. Alii *prætextata*, id est, scurriliter. ‘*Prætextatum*’ pro obsceno veteres ponebant. *Aulus Gellius*: ‘*Non prætextatis, sed puris honestisque verbis,’ &c. Ma-*

*crobius*: ‘*Impudica et prætextata verba jacientis.*’ Alii *peractata*, id est, juveniliter, lascive. Nam ‘*peractati*’ olim juvenes dicebantur. *Lucilius apud Nonium*, ‘*Inde peractate chlamides ac barbula prima.*’ *Idem*, ‘*Tum ephebum quendam, quem vocant peractatum.*’

|                                                     |    |
|-----------------------------------------------------|----|
| Foris illic extra scenam fient prælia.              | 60 |
| Nam hoc pæne iniquum est comicò choragio,           |    |
| Conari de subito nos agere tragœdiam.               |    |
| Proin, si quis pugnam expectat, lites contrahat :   |    |
| Valentiorem nactus adversarium                      |    |
| Si erit, ego faciam ut pugnam iuspectet non bonam : | 65 |
| Adeo ut spectare postea omneis oderit.              |    |
| Ab eo. Valete, judices justissimi,                  |    |
| Domi, bellique, duellatores optumi.                 |    |

*tur illic foris extra theatrum. Hoc enim est propemodum inconveniens apparatus comicò, si aggrediamur de repente exhibere tragœdiā. Itaque si quis desiderio tenetur pugnæ, moreat rixam. Si incidat in hostem robustiorem, ego efficiam ut spectator sit certaminis non ita jucundi, adeo ut vereatur deinceps spectator esse cuiusvis pugnæ. Ab eo. Valete, judices, & quissimi, pace et armis strenuissimi duces.*

---

Pll. Hl. 1. B. 1. 2. esse deest in Hl. 1. B. 1.—60 V. 2. fiant.—61 Lgg. et Bossch. *iniquom'st.*—62 V. 1. J. Hl. 1. B. 1. 2. *de subitontos*; V. 3. *de subitentos*. C. Pll. *Tragœdiā.*—63 *Proinde* Pll. 1. 2. 6. *expectat* V. 1. *expetet* V. 2. *spectet* Lgg.—65 *Sin erit* Hl. a m. pr. B. 2. J. *ego faxim nonnulli vett. ut p. cernat* Bos.—66 Pll. sex, C. *omnis.*

## NOTÆ

61 *Choragio]* Est apparatus sceni- institutns. Choragium autem trag-  
cus exhibendis tragœdiis et comœdiis cum differebat a comicò.

---

## ACTUS PRIMI SCENA PRIMA.

## ERGASILUS.

JUVENTUS nomen indidit scorto mihi,  
Eo quia invocatus soleo esse in convivio.

ERG. Juvenes me insignierunt nomine scorti, propterea quod consueri esse inv-

---

1 *Juv. indidit scorto mihi nomen* L. 1.—2 Lgg. *in convicium.*—4 C. aio;

## NOTÆ

2 *Invocatus]* Est jocus in hoc vo- non invocabant parasitorum. ‘Invo-  
cabulo: amatores enim in conviviis cats’ autem, quia significat et quem  
invocabant amicarum nomina, sed invocant, et quem non vocant; id-

*Delph. et Var. Clas.*

*Plaut.*

Y

Scio absurde dictum hoc derisores dicere,  
 At ego aio recte: nam in convivio sibi  
 Amator, talos cum jacit, scortum invocat. 5  
 Estne invocatum, an non? est planissume.  
 Verum, hercle, verum nos parasiti planius,  
 Quos nunquam quisquam neque vocat, neque invocat,  
 Quasi mures semper edimus alienum cibum.  
 Ubi res prolatæ sunt, cum rus homines eunt, 10  
 Simul prolatæ res sunt nostris dentibus.  
 Quasi cum caletur, cochleæ in occulto latent,  
 Suo sibi succo vivunt, ros si non cadit:  
 Item parasiti rebus prolati latent

*catus in canis.* Intelligo eos qui rident detorquere hoc verbum aliorum: at ego contendo id apposite dici. Nam amans invocat scortum quando mittit talos. Invocatur, an non? Invocatur sine dubio. Hoc constat per Herculem: sed in nobis parasitis magis constat, qui neque vocati, neque invocati, obligurimus semper canam alienam, reluti mures. Quando iudicia sunt procrastinata; quando potentiores proficiscuntur rus, uno tempore res sunt procrastinatae nostro ventri. Quemadmodum cum aestus est, limaces sese continent in tenebris, vicitant suo proprio humore, si ros non depluant; sic parasiti abscondunt se in

quod tamen ambigue scribitur, quasi *clio*; ad oram habet, ut *dico*; quod retinent Pll. sex. *dico* Hl. 1. 2. B. 1. 2. V. 1. 2. 3. L. 1. J. nam *scortum* in Hl. 1. B. 1. 2. Pll. V. 1. 2. L. 1.—5 *Sibi amator* Hl. 1. 2. B. 1. 2. Pll. C. *scortum* deest Pl. 5. V. 3. *invocat scortum* Hl. 1.—6 V. 1. 2. 3. L. 1. J. Lgg. Pll. Hl. 1. B. 1. 2. *an non planissime*; C. *an non planissime*. Vs. 6. 7. 8. desunt hic in Hl. 1. sed inseruntur post vs. 10.—7 *Verum h. vero* Pl. 1. Pl. 3. a m. sec. *Verum h. rere* V. 2.—8 J. *nec vocat, nec*—10 *Voc. rus* deest in L. 1.—12 *Quasi cum calent* B. 1. *calent* est in litura in Hl. 1. *calectur* Lgg. *cocleæ* C. *cocle* Pl. 6. *cocleæ* Pll. 1. 2. 3. 4. 5. *occleo* Lgg. L. 1. V. 1.—13 Lgg. C. Pl. 1. a m. sec.

## NOTÆ

circu Ergasilus ‘invocatum’ se dicit, non quod invocetur, sed quod non vocetur. ‘Invocare’ est, usurpare alta voce nomen ejus quem invocant, quando jacintur tali ad sortiendam vicem bibendi, hoc ferme modo: ‘Ergasile, te invoco.’ Id fieri solebat ab amatoribus qui invocabant nomen amicarum, tanquam Numinum et Venerum suorum, ad hunc ferme modum: ‘Te invoco, mea Philenium,’ si jaceret talos Argyrippus scorta et parasiti ad convivia vocari soliti; et invocari soliti iidem in conviviis, quando

jaciebantur tali ad sortiendas bibendi vices, utpote voluptati servientes.

3 *Derisores*] Triplex parasitorum genus: Derisores, plagipatidæ, seu Lacones, et adulatores, qui vel ex suo nomine satis cognoscuntur: nam derisores erant, qui, ut asymboli cenarent, risum e re quavis captabant: plagipatidæ erant ii in quos licebat quidvis audere: adulatores erant subdoli et vani admiratores et factorum et dictornum ejus ad cuius mensam sedere liceret.

14 *Rebus prolati*] Est rei in aliud tempus translatio. Igitur res para-

- In occulto, miseri vicitant succo suo,  
Dum ruri rurant homines quos liguriant. 15  
 Prolatis rebus parasiti venatici  
 Sumus: quando res redierunt, molossici  
Odiosicique et multum incommodistici.  
 Et hic quidem, hercle, nisi qui colaphos perpeti  
Potis parasitus, frangique aulas in caput,  
Vel ire extra portam trigeminam ad saccum licet.  
 Quod mihi ne eveniat, nonnullum periculum est.  
 Nam postquam meus rex est potitus hostium,  
 Ita nunc belligerant Ætolii cum Aliis. 25  
 Nam Ætolia hæc est: illic captu'st in Alide

*latibulis justitio indictio, infelices ritam tolerant suo succo. Interea homines quos possunt parasitari, ruri commorantur. Parasiti sumus famelici, cœnis procrastinatis: sed cum res redeunt, voraces, odiosique, et valde importuni. Et hic profecto eundem est ad saccum extra portam trigeminam, nisi qui parasitus est, potest perferre alapas, et offerre caput frangendis ollis. Est quoddam periculum ne hoc mihi accidat, postquam meus nutritius in potestatem venit hostium. Ita Ætolii bellum gerunt jam cum Eliensibus. Nam est hac Ætolia. Philopolemus filius*



*succo. Hl. 1. si non codit.—15 C. suo succo; Lgg. succo suo.—16 Lgg. liguriant. —17 Hl. 1. B. 1. 2. C. Pl. sex, V. 1. 2. 3. J. venatici canes; L. 1. venaticique canes.—19 Pl. 4. C. V. 1. 3. J. incomodestici; Pl. 1. 2. 3. 5. 6. Lgg. Hl. 1. 2. B. 1. 2. incomodestici.—21 Potest Pl. sex, V. 2. 3. L. C. J. Hl. 1. B. 1. 2. Potes V. 1. C.—22 Vel extra portam Bossch. L. 1. poram C. a m. pr. ad saccum J. Hl. 1. 2. B. 1. 2. Pl. 1. 3. 4. 5. 6. ad saccum Pl. 2.—23 Lamb. periculum est nunc.—24 Nam pol postquam Pl. 5.—25 Aulidis Hl. 1. B. 1. 2. Pl. sex, V. 2. 3. L. 1. J. aliis Lgg. Alidis C. V. 1.—26 V. 2. 3. J. Hl. 1. B. 1.*

### NOTÆ

sitorum prolatæ, sunt cœnæ procras-tinatae, seu justitium dentium, esu-riales feriae.

17 *Venatici*] Tam homines quam eanes venationi dediti minus sunt obesi propter exercitationem cre-bram, atque adeo famelici inprimis, unde nata proverbialis similitudo Gallica, *affamé comme un chasseur*.

18 *Molossici*] Canes allati ex Mo-lossia regione Epiri, ingluviei pro-fundæ: inde comparatio cum para-sitis.

19 *Odiosici*] ‘*Odiosicus*’ ab odio-so: ‘*incommodisticus*’ ab incom-

modo, Plautina vocabula.

20 *Colaphos perpeti*] Parasiti ho-mines, alioquin liberi, quo lantius cœnarent, quidvis patiebantur, ut servi et vilia mancipia: et hi plagi-patidæ.

22 *Portam trigeminam*] Porta Os-tiensis trigemina, a tribus Horatiis et Curiatiis trigemina. Extra hanc portam obsidebant vias mendici cum saccis, in quos mitterent quiequid erogaretur.

24 *Rex*] Reges appellabant para-siti eos a quibus alerentur, idque, ut videre est, per adulacionem parasiti-

Philopolemus hujus Hegionis filius  
 Senis, qui hic habitat: quæ ædes lamentariæ  
 Mihi sunt: quas quotiescumque conspicio, fleo. 30  
 Nunc hic occipit quæstum hunc filii gratia  
 In honestum, maxume alienum ingenio suo.  
 Homines captivos commercatur, si queat  
 Aliquem invenire, suum quicum mutet filium.  
 Nunc ad eum pergam: sed aperitur ostium,  
 Unde saturitate sæpe ego exii ebrius. 35

*hujus Hegionis senis, cuius adest domus, comprehensus est in Elide: quod quidem domicilium mihi genitum extorquet. Quoties video hoc, collacrymor. Hic instituit hoc commercium illiberale, et maxime alienum a suo ingenio, in gratiam sui filii. Coëmit viros bello captos, ut possit habere quempium quocum permutet suum filium. Jam ibo ad eum: sed reseratur janua, ex qua ego excessi sæpe temulentus et satur.*

---

*illic est captus in HI. 1. 2. B. 1. 2. Pl. Aulide.—27 Philopolemeus h. Egionis C. Egionis Lgg.—29 Lgg. aspicio.—31 In honestum, et maxime Lgg.—33 B. 1. V. 2. Pl. C. qui commutet; Pl. 1. a m. sec. qui cummutet; V. 1. 3. L. 1. quicum mutet; J. quicum commutet. HI. 1. qui cū commutet.—34 Pl. sex, C. hostium.—35 G. M. et Both. exivi.*

#### NOTÆ

cæ germanam sororem: et hi adulatores. inter hæc verba ostendit spectatoribus faciem theatri, in qua repræsentabatur Ætolia.

26 *Nam Ætolia hæc est]* Parasitus

### ACTUS PRIMI SCENA SECUNDA.

HEGIO, LORARIUS, ERGASILUS.

HE. ADVORTE animum sis tu: istos captivos duos,  
 Here quos emi de præda, de quæstoribus,  
 His indito catenas singularias;  
 Istan majores, quibus sunt vinceti, demito.

HE. *Audi, Lorarie, injice catenas singulas singulis captivis quos mercatus sum heri de spoliis hostium a quæstoribus: aufer illas graviores, quibus sunt constricti.*

---

1 *Avorte Lgg. Advorte animum: sis tu istos, &c. L. 1. Advorte animum sis: tu, &c. J. V. 2. duo G.—2 Heri Pl. C. G.—4 L. 1. vinceti devincito; J. vinceti*

- Sinito ambulare, si foris, si intus volent: 5  
 Sed uti asserventur magna diligentia.  
 Liber captivus avis feræ consimilis est:  
 Semel fugiendi si data est occasio,  
 Satis est: nunquam post illam possis prendere.  
 Lo. Omnes profecto liberi lubentius 10  
 Sumus, quam servimus. HE. non videre ita tu quidem.  
 Lo. Si non est quod dem, mene vis dem ipse in pedes?  
 HE. Si dederis, erit extemplo mihi, quod dem tibi.  
 Lo. Avis me feræ consimilem faciam, ut prædictas.  
 HE. Ita ut dicis: nam si faxis, te in caveam dabo. 15  
 Sed satis verborum est: cura quæ jussi, atque abi.  
 ER. Quod ego quidem nimis quam cupio ut impetreret;  
 Nam ni illum recipit, nihil est quo me recipiam.  
 Nulla juventutis est spes: sese omnes amant.  
 Ille demum antiquis est adolescens moribus: 20

*Concede incedere, si lubeat seu foris, seu domi. At ut custodiantur, singulari opus est vigilancia. Solutus captivus est similis avi minime cicuri: si via aperta est semel evadendi, sufficit. Nequeas eam tenere deinceps. Lor. Sine dubio sumus universi lubentius liberi, quam serui. HE. Non tu sane mihi videris ejusmodi. Lor. Si non habeo quod impendam, sinisne ut me dem in fugam? HE. Si aufugeris, habebo statim plagas quas tibi largiar. Lor. Evadam similis avis feræ, evolabo quemadmodum dicis. HE. Non ita male; nam si fugeris, te includam in caream. Sed est satis dictum: cura quæ imperavi, et proficiscere. ERG. Evidenter quam magnopere exopto ut id assequatur: nam nisi recipiat Philosophem, non est quo me recipiam. Nulla est spes in juventute ponenda: quiris sese amant: uno verbo ille juvenis est vetustis moribus. Nunquam exhilaravi*

\*\*\*\*\*

*dimitto.—7 V. 1. C. Pl. 1. 2. 3. 4. avis fere; L. 1. animus ferre.—9 Pl. 6. post illa; C. postillæ; V. 1. G. Ald. Junt. Bossch. postilla. Hl. 1. prehendere; V. 1. prætendere.—10 Hæc usque ad non videre Hegioni tribuuntur in V. 1. 2. 3. L. 1. J.—11 C. novi de re ita; Hl. tu ita quidem. Pl. et C. hæc et totum versum seq. attribuunt Lorario.—12 Hl. 1. ipse impedes.—14 V. 1. 2. L. 1. J. Pl. sex, Lgg. ut prædixisti; C. ut pðixisti; V. 3. ut prædisti.—16 J. est verborum.—17 Quod quidem ego Hl. 1. 2. B. 1. 2. Pl. sex, C. Lgg. V. 1. 2. 3. L. 1. J. impetreret C. et Pl. 1. 2. 3. 4. 5. Hæc omnia usque ad vs. 26. L. 1. Hegioni tribuit.—18 L. 1. V. 3. quod me.—19 Nulla est spes juventutis V. 1. 2. 3. L. 1. B. 1. Pl. sex, C. Nulla est j. spes Hl. 1. Nulla spes est juventutis J.—20 Hl. 1. B. 1. 2. V. 1. 3. L. 1. J. adolescens est; C. est adhuc*

#### NOTÆ

12 *Si non est quod dem]* Si non habeo quod dem tibi ad me redimendum, me dabo fugæ, ut me redimam.

15 *In caveam dabo]* Lusus est in hac

voce: nam ‘cavea’ et septum est includendis avibus contextum, et custodia retinendis hominibus facta, nos vernaculae cachot.

20 *Antiquis est adolescens moribus]*

Cujus nunquam voltum tranquillavi gratiis.  
 Condigne est pater ejus moratus moribus.  
**H.** Ego ibo ad fratrem, ad alios captivos meos:  
 Visam ne nocte hac quippiam turbaverint.  
**I**nde me continuo recipiam rursum domum. 25  
**E**r. *Egre* est mihi, hunc facere quæstum carcerarium,  
 Propter sui gnati miseriam, miserum senem.  
 Sed si ullo pacto ille huc conciliari potest,  
 Vel carnificinam hunc facere possum perpeti.  
**H.** Quis hic loquitur? **E**r. ego, qui tuo mœrore maceror,  
 Macesco, consenesco, et tabesco miser. 31  
 Ossa atque pellis sum misera macritudine.  
 Neque unquam quicquam me juvat quod edo domi:  
 Foris aliquantillum etiam quod gusto, id beat.

*gratis ejus animum: ejus pater est similibus institutis ornatus.* **H.** Ego proficiscar ad fratrem, ad meos alios captivos: videro ne egerint aliquas turbas hac nocte. *Hinc uno tempore repetam rursum domum.* **E**rg. *Est mihi permolestum, quod infeliz senex institutum commercium captivorum, propter captivitatem sui filii.* *Verum si ille potest revocari huc ulla ratione, possum perferrre hunc exercere vel carnificinam.* **H.** Quem audio hic? **E**rg. *Me qui discurior tuo dolore, macesco, deficio, et conficio infelix.* *Nihil sum nisi ossu et cutis deploranda macie.* *Neque unquam quicquam quod manduco domi, me delectat: id quod comedo foris,*

\*\*\*\*\*

*lescens.—21 Hl. 1. 2. B. 1. 2. J. V. 3. tranquillavit; et sic V. 1. a m. sec. gratis V. 1. 3. gratis V. 2.—22 C. pater est Hl. 1. B. 1. V. 1. 2. 3. J. Bossch.—23 Edd. quædam vett. atque alios.—24 C. quipiam.—26 Egre est ... quæstum C.—28 Sed sin ullo B. 1. Sed si illo Hl. 1. a m. pr.—30 Quis loquitur Hl. 1. B. 1. V. 1. J.—32 C. a m. pr. Parei 2. V. 3. Bossch. sum miser a; Lgg. sum misere a; J. sunt misera.—34 J. aliquantulum. Lgg. non agnoscunt τὸ*

#### NOTÆ

Quia ‘antiqui mores’ erant a foco alieniores, simplicioresque. Idem in Triummo: ‘Antiquis vivito moribus.’ Virgilius: ‘Prisca et cana fides.’ Terentius: ‘Homo antiqua virtute et fide.’ Cicero: ‘Homines antiqui, qui ex natura sua ceteros fingerent.’ Idem: ‘In qua muliere vestigia antiqui officii remanent.’ Tacit. ‘Piso vultu habituque moris antiqui, et recta aestimatione severus.’ Ennius: ‘Moribus antiquis res stat Romana, virisque.’ Quare antem laudatores fuerint mores an-

tiquorum, alii alia dicunt; sed vera germanaque ratio est, quia homo a Deo ad Dei imaginem factus, quo vicinior est fonti suo et auctori Deo, hoc simplicior, candidior, innocenter.

26 *Quæstum carcerarium]* Hinc apparet vile fuisse et inhonestum captivorum servorumque commercium, ut nunc equorum.

29 *Carnificinam facere]* Odio sunt et contemtui carnifices, ut fuerunt semper.

HE. Ergasile, salve. ER. Di te bene ament, Hegio. 35  
 HE. Ne fle. ER. egone illum non fleam? egone non  
 defleam

Talem adolescentem? HE. semper sensi filio  
 Meo te esse amicum, et illum intellexi tibi.  
 ER. Tum denique homines nostra intelligimus bona,  
 Cum quae in potestate habuimus, ea amisimus. 40  
 Ego, postquam gnatus tuus potitu'st hostium,  
 Expertus quanti fuerit: nunc desidero.

HE. Alienus cum ejus incommodum tam ægre feras,  
 Quid me patrem par facere est, cui ille est unicus?  
 ER. Alienus ego? alienus ille? ha, Hegio! 45

Nunquam istuc dixis, neque animum induxis tuum.  
 Tibi ille unicu'st, mihi etiam unico magis unicus.

HE. Laudo, malum quom amici tuum ducis malum.  
 Nunc habe bonum animum. ER. eheu! HE. huic illud  
 dolet,

*ad huc suave est tantisper. HE. Ergasile, salve. ERG. Dii te diligant bene, Hegio. HE. Noli lacrymuri. ERG. Egone non illum deplorabo? Egone non lugeam ejusmodi juvenem? HE. Semper animadvertri te esse amicum mei filii, et novi tuum illum esse. ERG. Quando privati sumus iis quorum compotes fuimus, tum denum agnoscimus nostru bona. Postquam tuus filius venit in potestatem hostium, ego agnoui quanti fuerit: nunc ejus desiderio teneor. HE. Quandocidem alienus tam doles ejus vicem, quid est ergo me testari patrem, cui est unicus? ERG. Alienus ego? alienus ille? Ah Hegio! nunquam dixeris istud, neque induxeris in tuum animum. Habet unicum, habeo magis unicum unico. HE. Aestimo, quia existimas malum amici esse tuum malum. Nunc esto bona mente. ERG. Eheu! HE. Id*

*etiam.—35 Ergo sile salus C. Egio Pll. sex, C.—36 Egone illum fleam? Hl. I. B. 1. 2. L. 1. J. V. 2. Pll. sex, C. ego me non defleam Hl. B. 1. 2. L. 1. J. V. 2. Pll. sex.—37 Pll. tres, adulescentem.—39. 40 Hi versus in V. 1. 2. et L. 1. Hegioni tribuuntur.—41 Hl. I. B. 1. potitus est. C. ostium.—45 V. 1. L. 1. Pll. I. 4. 6. ah hegio; Lgg. alienus: a Hegio; interjectio deest in Pl. 3.—46 L. 1. dixeris; V. 1. induxisti.—47 Hl. I. B. 1. unicus est. Edd. quædam vett. qui mihi est unico.—48 Lgg. et al. ap. Bossch. dicis.—49 Heu Hl. I. J.*

#### NOTÆ

39 *Tum denique?*] Expressum ex Sophocle in Ajace, Οἱ γὰρ κακοὶ γνώμαι στάγαθδν χεροῦν Ἐχούτες, οὐκ ἴσασι πρύταις ἐκβάλλῃ. Malū qui habent in manibus bona, non agnoscunt donec amiserint. Horatius: ‘Virtutem incolamem odi-mus; Sublatum ex oculis quærimus invidi.’

44 *Unicus?*] Unicus non dicitur qui unus sit sine fratre, sed qui unice dilectus. Graeci unicum dicunt ἀγαπητόν. Salomon de se in Proverbiis, ‘Cum tener essem et unicus coram matre:’ plures enim erant filii David ex Bersabea.

49 *Huic illud dolet?*] Hæc ad spec-

Quia nunc remissus est edendi exercitus. 50  
 Nullumne interea nactus, qui posset tibi  
 Remissum, quem dixti, imperare exercitum ?  
 ER. Quid credis ? fugitant omnes hanc provinciam  
 Quo obtigerat, postquam captus Philopolemus tuus.  
 HE. Non pol mirandum est, fugitare hanc provinciam. 55  
 Multis et multigeneribus opus est tibi  
 Militibus : primum dum opus est pistoriensibus ;  
 Eorum sunt genera aliquot pistoriensium :  
 Opus paniceis, opus placentinis quoque,  
 Opus turdetanis, opus est ficedulensisbus : 60  
 Jam maritimi omnes milites opus sunt tibi.  
 ER. Ut saepe summa ingenia in occulto latent !

*hic iniquo animo fert, quia exercitatio edendi est nunc intermissa. Nullumne natus es interea qui posset tibi instaurare exercitationem quam dixisti intermissam ? ERG. Quid arbitraris ? Omnes declinant hoc munus, postquam tuus Philopolemus, cui contigerat, captus est. HE. Per Poltucem non mirum si fugitant hoc munus. Conducendi sunt multi et multi generis homines. Primo est opus pistoriibus : sunt quædam genera pistorum. Opus panificis, opus etiam placentarii, opus turdorum mercatoribus, opus ficedularum, jam omnes coqui maritimi tibi sunt opus. ERG. Ut*



*He heu B. 1.—50 V. 3. B. 1. edundi remissus ; Hl. 1. remissū est edundū.—51 Lgg. nactus es ; Bosch. nactu's ; L. 1. natus.—52 Lgg. C. quem dixit ; L. 1. quem dixisti ; Pl. 3. quem dix, fine vocis omissa.—53 V. 2. fugitant homines. V. 3. hanc omnes.—54 Quod Hl. 1. B. 1. 2. V. 1. 2. 3. L. 1. J. Pll. sex, C. tuus delet Bosch.—55 B. 1. V. 3. fugitare mirandum est.—56 B. 1. Voss. 1. 3. multis generibus ; Leid. 1. duo Pll. multis gentibus. Lgg. opu'st tibi.—57 Meursii codex et Pl. 3. primo dum. Lgg. V. 1. 2. 3. L. 1. J. C. Pll. sex Pistorensibus.—58 Hl. 1. B. 1. V. 1. 3. aliquot genera. Lgg. G. H. M. Pistorensium.—59 Opus est paniceis Pl. 5. O. p. est L. 1. J. Lgg.—60 O. turdenta-*

## NOTE

tatores conversus Hegio.

56 *Multigeneribus . . . Militibus*] Id est, servis ad ministrandum mensis, qui Promocondo duce et imperatore ultro citroque commeant cum variis armis convivalibus.

57 *Pistorensibus*] Pistorum oppiduni Italiae, unde per allusionem ad incolas hujus Urbis patronymico vocabulo pistores exprimit.

59 *Paniceis*] Et patronymicum joculari est.

*Plocentinis*] Plannum est et patronymicum, et allusio.

60 *Turdetanis*] Turdetani Gadium accolæ, a turdis *Grive*.

*Ficedulensisbus*] Patronymicum a Ficedula avicula, quæ, ut ipsum sonat verbum, ficos edit utplurimum. *Pivoine*.

61 *Maritimi omnes*] Inde et patronymica fingere potest quilibet a pistoribus, a piscibus.

Hic qualis imperator nunc privatus est !

HE. Habe modo bonum animum : nam illum confido domum

In his diebus me reconciliassere.

65

Nam eccum hic captivum adolescentem Alium,

Prognatum genere summo, et summis divitiis :

Hoc, illum me mutare, confido fore.

ER. Ita Di Deæque faxint. HE. sed num quo foras  
Vocatus ad cœnam ? ER. nusquam, quod sciam.

70

Sed quid tu id quæris ? HE. quia mihi est natalis dies ;  
Propterea te vocari ad cœnam volo.

ER. Facete dictum. HE. sed si pauxillum potes  
Contentus esse. ER. næ perpauxillum modo :

Nam istoc me assiduo victu delecto domi.

75

HE. Age sis, rogo. ER. emin' tu ? HE. nisi qui meliorem  
afferet.

*plerumque excelsæ animæ latent in abscondito ! dux stat inter piratos. HE. Esto  
junquo animo. Nam spero fore ut cum ego revocarero domum intra hos dies.  
Etenim ecce mihi est hic adolescentis captivus Eliensis, ortus illustri familia et am-  
plissimis opibus : spero fore ut ego eum permutedem cum illo. ERG. Ita Dii Deæ-  
que faciant. HE. Verum invitatus es ad convivium aliquod foras ? ERG.  
Nullo modo sane, quod norim. Sed quare a me petis tu id ? HE. Quoniam hic  
meus est natalis dies : idcirco cupio te invitare ad convivium. ERG. Jucunde dic-  
tum ! HE. Sed si potes esse contentus paucis. ERG. Certe perpauxillo fuero :  
nam delector isto victu quotidiano domestico. HE. Age si vis rogo. ERG. Em-  
tumne vis ? HE. Nisi qui meliorem conditionem afferet. ERG. Quæ conditio*

\*\*\*\*\*

nis HI. 1. B. 1.—61 Jamjam J.—64 Voc. modo deest in V. 1. 3. J. HI. 1. B. 1.  
—65 Nonnulli PII. reconciliasse.—66 HI. 1. hic captum, et captivum in marg.  
adolescentem capteivom V. 2. 3. adolescentem alium captivum nonnulli Lgg. cap-  
tivum hic PII. hic eccum a. captivum B. 1.—69 Lgg. quo fueras ; HI. 1. sed  
num quoque foras.—70 Vocatus es ad Pl. 1. a m. sec. Pl. 3. a m. pr. nusquam  
pol, quod sciam Ald. Junt. nusquam equidem, quod edd. quædam vett. nusquam,  
quod equidem Bossch.—71 Sed q. dum id HI. 1. V. 2. 3. J. Sed q. diu id V. 1.  
L. 1. quia deest in B. 1. mi natal' st Bossch.—72 HI. 1. ad cœnam te vocari ;  
C. a m. pr. rocarci ad te nam volo.—74 PII. 1. 2. Contentus ; C. Contemptus.  
Lgg. ne per pauxillum.—75 C. meas si duo victu.—76 V. 1. 2. 3. L. 1. J. HI. 1.  
B. 1. 2. roga. HI. 1. emptum nisi quis ; B. 1. emptum nisi qui. PII. sex, C.

#### NOTÆ

63 *Hic qualis imperator*] Ergasilus jocum joco remetitur, et statim imperatorem Hegionem salutat, ut cum eo cœnet.

64 *Natalis dies*] Mos semper fuit, ut quivis natalis diei maxime recorde-

tur, et quibus potest lætitiae signis, maxime vero cœna celebret.

66 *Rogo [roga]* Conventions scripto consignatæ, seu verbo tantum expressæ, certis verbis constant. Itaque roga, id est interroga. Em-

ER. Quæ mihi atque amicis placeat conditio magis ?  
Quasi fundum vendam, meis me addicam legibus.

HE. Profundum vendis tu quidem, haud fundum mihi.  
Sed si venturus, tempori. ER. hem ! vel jam otium est. 80  
HE. I modo, venare leporem : nunc erim tenes.

Nam meus scruposam victus commeat viam.

ER. Nunquam istoc vinces me, Hegio ; ne postules :  
Cum calceatis dentibus veniam tamen.

HE. Asper meus victus sane est. ER. sentisne esitas ? 85

HE. Terrestris cœna est. ER. sus, terrestris bestia est.

HE. Multis oleribus. ER. curato ægrotos domi.

*arrideat plus mihi atque amicis? Quasi in rendendo fundo me subjiciam meis conditionibus. HE. Tu sune mihi vendis profundum ventrem, non fundum agri: sed si tempestive veneris. ERG. Hem! vel jam otium est. HE. I sune, venare leporem, nunc accipitrem habes; nam mea cœna constat cibis minime delicatis, et duris. ERG. Nunquam me superabis hac ratione, Hegio, ne expectes: tamen adero cum dentibus calceutis. HE. Meus cibus est prefecto non mollis. ERG. Comedisse repres? HE. Est cœna terrestris. ERG. Aper terrestris est fera. HE. Vescor oleribus. ERG. Curam ægrotorum gere domi. Numquid vis? HE.*

emtum.—77 *Quem C.—78 Bossch. et edd. quædam vett. vendens. Hl. 1. a m. pr. meisque adicam; Leid. 1. J. meis me abdicam.—79 Proh fundum Hl. 1. B. 1. Lgg. L. 1. J. V. 1. 3. haud fumum Lgg.—80 Lgg. temperi. Hl. 1. B. 1. emulis jam ocium est; J. emulis jam otium est; Pl. 2. emulis j. o. est; Pl. 1. in marg. filius j. o. est; Pl. 1. a m. pr. em lis jam octium est; V. 1. silvis jam o. est.—81 Immo Lgg. venire Pl. 5. venare est in litura in Hl. 1. itym cenes Hl. 1. grim cenes V. 3. itim cenes B. 1. itim cenes J. irim tenes V. 1. Lgg. ihrims tenes L. 1. ithim tenes al. Lgg. Pl. 2. ytim tenes V. 1. Pl. 1. grim tenes Pl. 4. itim tenes Pl. 3. 6. retim tenes Pl. 5.—82 Num meus Lgg. Non meus al. Lgg. Non meus V. 1. 2. 3. J. Non neum L. 1. commetat V. 1. 2. 3. Lgg. B. 1. Hl. 1. in marg. et Bossch. commetat C. Pl. 1. 2. 4. 5. communitat Pl. 3.—83 V. 3. istec. C. Hejo.—84 Cum calcialis B. 1. V. 3. Num calceatis Scal. Cum calcatis J.—85 est sane Hl. 1. B. 1. sentisne? hæsitus Hl. 1. B. 1. V. 2. 3. L. 1. J. et hæc verba Hegioni tribuunt. V. 1. sentisne? essitas.—87 M. holeribus C.*

#### NOTÆ

tionem enim ordiebantur ab his verbis, ‘Emisne?’ Quod cum efferaatur per interrogationem, quando Hegio ad parasitum ait, *roga*, id est, dic mihi, Emisne? jocns in parasitum, qui se proponat venalem pro cœna.

*Emin' tu]* Moris erat ut in vendendo quopiam, qui venderet clara voce diceret emtori, ‘Emisne?’ responderet emtor, ‘Emtum:’ et his duobus verbis nitro citroque prola-

tis, res erat emtoris quasi consignatis tabulis.

*Meliorem afferet]* Supple ‘conditio nem.’ Ellipses ejusmodi vulgo fiunt in iis quæ adeo crebra sunt, ut uno verbo intelligantur. Non est absimile id vernacula nostri, *On m'en donne davantage, supple d'argent.*

79 *Profundum]* Id est, ventrem.

81 *Erim [cirim] tenes]* Accipitrem.

87 *Multis oleribus]* Ex parasiti responsione patet curatos illis temporis

Nunquid vis? HE. venias temporis. ER. memorem mones.  
 HE. Ibo intro, atque intus subducam ratiunculam,  
 Quantillum argenti mihi apud trapezitam siet. 90  
 Ad fratrem, quo ire dixeram, mox ivero.

*Adesto tempestive.* ERG. *Mones memorem.* HE. *Introibo, atque subducam intus nonnullam rationem, quantum mihi sit pecuniae apud argentarium. Modo proficiscar ad fratrem, quo dixi me iterum.*

---

Hæc verba Ergasilo tribuuntur in L. 1. et V. 3.—88 Lgg. C. *temperi.*—  
 90 *Quantulum Hl. 1. mihi deest in V. 1. mi V. 1. 2. L. 1. J. Bossch. trapezitam* Lgg. *suet, pro siet, V. 1.—91 C. Pil. sex, Hl. 1. B. 1. 2. mox iero.*

## NOTÆ

bus ægrotos oleribus et herbis. 90 *Trapezitam* Trapezite dabatur  
 89 *Subducam ratiunculum*] Digitis pecunia, quo fœnus majus esset, vel  
 numerabo. tanquam depositum.

---

## ACTUS SECUNDI SCENA PRIMA.

LORARI, PHILOCRATES, TYNDARUS.

Lo. Si Dii immortales id voluere, vos hanc ærumnam  
 exequi,  
 Decet id pati animo æquo: si id facietis, levior labos erit.  
 Domi fuistis, credo, liberi:  
 Nunc servitus si evenit, ei vos morigerari mos bonu'st,  
 Eamque herili imperio ingenii vestris lenem reddere. 5

*Lo. Si Dii immortales statuerunt vos perferre hunc mæorem, oportet eum tolerare mente æqua: si præstetis id, molestia erit tolerabilior. Fuistis liberi apud vestros, ut credo. Nunc si servitus accidit, est rectæ frugi ei vosmet subjecere, et eam efficere suavem vestra industria, parendo ultro mandato domini. Oportet*

---

1 *Si deest in Hl. 1. B. 1. 2. L. 1. V. 1. 3. hanc vos V. 3. volverunt vos hanc* Lgg.—2 Pil. sex, Hl. 1. B. 1. V. 3. J. *æquo animo.*—4 *Servitus nunc L. 1. V. 3. si eveniet L. 1. bonus est Hl. 1. B. 1. 2.—5 Eamque et herili V. 1. 2. 3.*

## NOTÆ

2 *Levior*] Horatius: ‘Durm: sed levius fit patientia, Quicquid corrigeret nefas.’

4 *Evenit*] Lucret. ‘Servitum contra, libertas, divitiaeque, Paupertas,

bellum, concordia; cetera, quorum Adventu manet incolumis natura abiituque: Hæc soliti sumus, ut par est, eventa vocare.’

5 *Herili imperio*] Curtius: ‘Regnum

Indigna digna habenda sunt, herus quæ facit. PH. oh!  
oh! oh!

Lo. Ejulatione haud opus est: oculis multam miseriam additis.

In re mala animo si bono utare, adjuvat.

PH. At nos pudet, quia cum catenis sumus. Lo. at pigeat postea

Nostrum herum, si vos eximat vinculis,

10

Aut solutos sinat, quos argento emerit.

PH. Quid a nobis metuit? scimus nos

Nostrum officium quod est, si solutos sinat.

Lo. At fugam fingitis: sentio quam rem agitis.

PH. Nos fugiamus? quo fugiamus? Lo. in patriam.

PH. apage: haud nos id deceat

15

Fugitivos imitari. Lo. immo edepol si erit occasio, haud dehortor.

*vos existimare ea esse justa, quæ herus gerit injuste. PH. Oh! oh! oh! Lo. Non est ingemiscendum: adjicitis luctum luctui. Si sit mens constans, adjurabit in adversis. PH. Sed nos pudet, quoniam sumus in vinculis. Lo. Sed nostrum dominum pigeat modo, si vobis adinat vincula, et patiatur eos quos mercatus est pecunia, esse solutos. PH. Quid a nobis metuit? scimus nos quod est officium nostrum, si sinat solei. Lo. Sed meditamini fugam: intelligo quid moliamini. PH. Nos fugiamus? Quo fugiamus? Lo. In patriam. PH. Apage! dedecet nos imitari fugitivos. Lo. Immo per eadem Pollucis, si erit locus fuge, non deterreo. PH. Concedite*



J. L. 1. Hl. 1. B. 1. 2. Pll. sex, C. et herile imperium Bossch.—6 Oi, eoi, ei Bossch. oho, hoh V. 2. 3. C. Pl. 2. oho, oh V. 1. Pl. 4. ho, ho L. 1. ohoh Pll. 3. 6. oh, oh J. ho, hoh Lgg. oh, oh, oh, Pl. 5.—7 V. 1. J. opus est multa. Oculis multa misera cuditis; L. 1. o. est multa. O. m. miradicis; V. 1. C. Lgg. o. est multa. Oculis multa miraculis; V. 3. o. est multa. O. m. miraculis miraditis; Hl. 1. o. est multa: oculi multa mira cuditis; B. 1. Pl. 1. a m. sec. Pll. 3. 4. 5. o. est: multa oculis multa mira cuditis; Pl. 6. multa multa miseria cuditis; Pl. 2. Ejulaticem: aut o. est multa oculis multa: mira dicis; Ven. 1. Bon. multa mira dicis; al. mustam miseriam additis. Alii aliter. Vss. 7. 8. transpositi sunt in Hl. 1.—9 C. cum catenatis; Pll. sex, cum catenis; Parei 1. 2. quia concatenati sumus. C. ad pigeat; Lgg. at pigebit.—10 N. erum C. Pll. sex. vos iam si Bossch.—11 Haud solutos V. 3. sinatque quos L. 1.—14 At fugiam fugitis J. V. 1. 2. 3. L. 1. Hl. 1. B. 1. 2. fugitis Lgg. scio quam J. Hl. 1. B. 1. 2. Lgg. agitis J. V. 1. 2. 3. L. 1.—15 Voc. apage deest in J. Hl. 1. B. 1. haud nos decet J. Hl. 1. B. 1. haud id nos decet V. 1. L. 1. haud nos nos deceat

#### NOTÆ

ducumque clementia non in ipsorum modo, sed etiam in illorum, qui par-

rent, ingenii sita est. Obsequio mitigantur imperia.'

**PH.** Unum exorare vos sinite nos. **Lo.** quidnam id est?

**PH.** ut sine his arbitris

**Atque** vobis, nobis detis locum loquendi.

**Lo.** Fiat: abscedite hinc: nos concedamus huc: sed brevem orationem incipesse.

**PH.** Hem istuc mihi certum erat: concede huc. **Lo.** abite ab istis. **Ty.** obnoxii ambo 20

Vobis sumus propter hanc rem; cum, quæ volumus nos,  
Copia est, ea facitis nos compotes.

**Pii.** Secede huc nunc iam, si videtur, procul;

Ne arbitri dicta nostra arbitrari queant:

Neve permanet palam hæc nostra fallacia. 25

Nam doli non doli sunt, nisi astu colas,

Sed malum maximum, si id palam provenit.

Nam si herus mihi es tu, atque ego me tuum esse servum  
assimulo,

Tamen viso opu'st, cauto est opus, ut hoc sobrie, sineque  
arbitris,

Accurate hoc agatur, docte et diligenter. 30

Tanta incepta res est: haud somniculose hoc

*nobilis implorare a vobis unum.* **Lo.** Quid est hoc? **Phi.** Ut nobis prabeatis  
licentiam colloquendi sine his testibus atque vobis. **Lo.** Esto, migrate hinc; nos  
pergamus huc; sed instituite confabulationem brevem. **Pii.** Hem! mihi proponebam  
hanc brevitatem olorari. **Veni** huc, Tyndare. **Lo.** Abite ab istis. **Tyn.**  
*Vobis sumus utequer deriveti, quando conceditis quod nos rogamus, et nos ejus  
futis compotes.* **Phi.** Secede huc nunc jam longe, si placet, ne testes audiant  
nostra verba, et ne detegatur noster dolus. *Nam dolus non est dolus, nisi instruatur  
callide.* Sed est ingens labes, si id pateat. *Nam si tu es meus herus, atque ego  
fingo me esse tuum serrum, tamen est videndum et carendum ut id geratur accu-  
rate, perite, et strenue, et sine testibus.* *Res tanta est jam instituta, non est ge-*

V. 3.—16 *F. i. apage* Hl. 1.—17 *Lgg.* C. Pil. sex, hisce. L. 1. arbitrī cœpit.—  
19 J. V. 3. *hinc* vos conced. *Lgg.* V. 3. *incipisse*; al. *incipisse*.—21 *Lgg.* quam  
volumus; C. Pll. 1. 3. 4. 5. 6. *cumque* volumus; Pl. 2. *cuique* volumus.—22 Ver-  
bum est deest in Pl. 4. J. et Hl. 1. a m. pr. est ea delet Bossch. *Primum* copia  
facitis Pl. 6.—25 Lamb. *pro manet.* Mox palam delet Bossch.—26 J. Hl. 1.  
nī astu colas; C. et Pll. tres, nī astu colas; Hl. 1. a m. sec. colas.—27 J. Hl. 1.  
palam id.—28 Bossch. *tu mihi es.* C. assumilo; V. 1. 2. J. *servum esse*.—29 V.  
1. 2. J. *cauto est opus*; L. 1. V. 3. *cauto opus est*; B. 1. *viso opus est, cauto  
opus est*; Hl. 1. *viso opus est, cauto est opus.* Mox hoc deest in Hl. 1. a m. pr.

#### NOTÆ

23 *Secede huc nunc jam*] Philocra- convertit ad Tyndaram, ita ut lora-  
tes avertit a lorariis orationem, et rii minime audiant.

**T.** Agendum est. **T.** ero, ut me voles esse. **P.** spero.

**T.** Nam tu nunc vides pro tuo caro capite,  
Carum offerre meum caput vilitati.

**P.** Scio. **T.** at scire memento, quando id, quod voles,  
habebis. 35

Nam fere maxima pars morem hunc homines habent:  
quod sibi volunt,

Dum id impetrant, boni sunt: sed id ubi jam penes sese  
habent,

Ex bonis pessumi et fraudulentissimi

Sunt: nunc ut te mihi volo esse, esse autumo.

Quod tibi suadeam, suadeam meo patri. 40

**P.** Pol ego te, si audeam, meum patrem nominem:

Nam secundum patrem tu es pater proximus.

**T.** Audio. **P.** et propterea saepius te, ut memineris,  
moneo.

*rendum id oscitanter.* **T.** Ero ut voles me esse. **P.** Spero. **T.** Nam tu animadvertis me objicere nunc meum caput exitio pro tuo capite. **P.** Ani-  
madverto. **T.** At recordare te animadvertere id, quando habebis id quod tibi  
proponis. Nam maxima pars hominum consuerit; sunt boni dummodo conse-  
quantur id quod contendunt: sed statim atque habent id in sua potestate, evadunt  
ex bonis nequissimi et perfidissimi. Nunc existimo te esse ejusmodi erga me  
qualem optem. Suadeam meo patri id quod tibi suadeo. **P.** Per Pollucem  
ego te appellem meum patrem, si audeam; nam post patrem mihi es proximus.  
**T.** Audio. **P.** Et idcirco te moneo saepius ut recorderis: ego non sun tuus

\*\*\*\*\*

*sine arbitris edd. quædam vett.—30 Accurate agatur J. et Bossch.—33 Lgg.  
capite caro.—34 V. 1. 2. 3. L. 1. et Bossch. me meum.—35 Bosch. at scire  
tum.—36 Nam pars maxima fere homines habent hunc morem: quod volunt sibi  
Bossch. habent homines J. quod si volunt B. 1. a m. pr. quod volunt sibi Hl. 1.  
—37 Bosch. sunt boni. Mox, iam deest in V. 3. id ubi penes iam Bosch.  
pœnes Lgg.—39 Fiunt Bossch. nunc, ut mihi te volo, esse autumo Hl. 1. B. 1. 2.  
C. Pl. sex, V. 1. 2. 3. J. L. 1. Bossch.—40 Edd. vett. suadeo.—41 Pl. sex,*

#### NOTÆ

36 *Maxima pars . . . homines]* Pro ‘hominum.’ Enallage. Cicero vocat ‘hos astutos et ingratos.’ Catullus: ‘Qui dum aliquid cupiens animus prægestit apisci, Nil metuunt jurare, nihil promittere parcunt. Sed simul ac cupidæ mentis satiata libido est, Dicta nihil metuere; nihil peijuria

curant.’ Callimachus: Πρίν τι λαβεῖν φιλέοντι, ἀτὰρ στυγέοντι λαβόντες. Antequam recipiant, anant; frigent postquam recciperint.

40 *Suadeam meo patri]* Proverbialis formula ejus qui cuiquam salutare consilium aperit.

Non ego herus tibi, sed servus sum : nunc obsecro te hoc unum,

Quoniam nobis Di immortales animum ostenderunt suum,  
Ut qui herum me tibi fuisse, atque esse nunc conservum  
velint ;

46

Quod antehac pro jure imperitabam meo, nunc te oro per precem,

Per fortunam incertam, et per mei te erga bonitatem patris,

Perque conservitum commune, quod hostica evenit manu,  
Ne me secus honore honestes, quam ego te, cum servibas mihi,

50

Atque ut qui fueris, et qui nunc sis, meminisse ut memineris.

**TY.** Scio quidem me te esse nunc, et te esse me. **PH.**  
hem ! istuc si potes

Memoriter meminisse, inest spes nobis in hac astutia.

herus, sed servus. Nunc rogo te hoc unum, quia Di immortales nobis patefecerunt quid vellet, et se voluisse, me fuisse tuum herum, atque velle nunc me esse tuum conservum: quod antea mandubam pro meo jure, nunc te rogo idem per sortem inconstantem, et per bonitatem mei patris erga te, perque conservitum commune quod accidit hostili manu, ne me afficias majori reverentia, quam ego te, quando mihi ministrabas; atque, ut recorderis, recordari qui fueris, et qui sis nunc. **TYN.** Intelligo profecto me esse nunc tuum herum, et te esse meum servum. **PH.** Hem ! si potes recordari istud, est nobis spes in hac astutia.

-----  
**C. V. 1. 2. 3. L. 1. J. si te audeam.**—43 **Hl. 1. J. te sapius.**—44 **B. 1. V. 3. sed tibi servos sum: nunc te obsecro;** τὸ δὲ σέ δεεστιν **L. 1.**—45 **Di im. nobis V. 3. L. 1. J. Hl. 1. B. 1. 2.**—46 **L. 1. esse non conservum.**—47 **Hl. 1. a m. pr. non agnoscit pro.** Parei 2. **nunc oro**, omisso pronomine.—48 Edd. quedam veit. **ted erga.**—50 **V. 1. 2. L. 1. Hl. 1. B. 1. Pll. C. Bossch. honestes, quam quom. B. 1. 2. Hl. 1. serviebas.**—51 **L. 1. qui fuerit.** **Hl. 1. nunc sies.**—52 **V. 3. hero istuc.**

#### NOTÆ

- 47 *Per precem*] Deam. Homerus : numen est instabile.  
 Καὶ γάρ τε λίται Διός κοῦραι μεγάλοι. 49 *Conservitum*] Bonorum malorumque communio et societas auget  
*Nam preces sunt filiae Jovis magni.* 48 *Fortunam incertam*] Fortuna conjunctionem et amicitiam.

## ACTUS SECUNDI SCENA SECUNDA.

HEGIO, PHILOCrates, TYNDARUS.

HE. JAM ego revertar intro, si ex his quæ volo exquisivero.

Ubi sunt isti, quos ante ædis jussi huc produci foras?

PH. Edepol tibi ne quæstioni essemus, cautum intellego;  
Ita vinclis custodiisque circummœniti sumus.HE. Qui cavet, ne decipiatur, vix cavet, cum etiam ca-  
vet.  
5

Etiam cum cavisse ratus est, sæpe is cautor captus est.

An vero non justa causa est, ut vos servem sedulo,

Quos tam grandi sim mercatus præsenti pecunia?

PH. Neque pol tibi nos, quia nos servas, æquom est vitio  
vortere:Neque te nobis, si abeamus hinc, si fuat occasio.  
10

HE. Ut vos hic, itidem illic apud vos meus servatur filius.

PH. Captus est? HE. ita. PH. non igitur nos soli igna-  
vi fuimus.

HE. Ego redibo modo in ædes, si ab iis petivero ea quæ volo. Ubi sunt isti quos mandavi adduci huc ante ædes? PH. Per ædem Pollucis animadverto a te esse provisum ne essemus quærendi, adeo circumventi sumus vinculis et præsidiis. HE. Qui videt ne fallatur, vix videt quando etiam videt; quando etiam arbitratus est se cavisse, plerumque is observator fallitur. An vero non est justa ratio cur vos custodiam diligenter, quos emi pecunia numerata tam numerosa? PH. Per ædem Pollucis neque par est nos tibi vortere vitio, quia nos custodis; neque debes nobis vortere vitio, si evadanus hinc, si occasio sese offerat. HE. Ut meus filius custoditur illuc apud vos, itidem vos hic. PH. Tenemus hominem? HE. Etiam. PH. Nos non extitimus ergo uni imbellies? HE. Secede huc; etenim sunt quæ



1 Jam revertar J. ex iis L. 1. inquisivero edd. quædam vett.—2 Pl. ædes. Hl. 1. jossi.—3 Pronomen tibi deest in J. ne in questione C. Pl. 5. ne questione V. 1. 2. 3. L. 1. Pl. 1. 2. 3. 4.—4 V. 1. B. 1. circumnunti; Hl. 1. a m. pr. circum munuti; L. 1. circummoniti.—6 Bossrh. ratu'st; M. sæpius cautor. V. 1. raptus est.—7 Edd. quædam vett. cur vos; et sic Lamb.—8 J. sum. B. 1. 2. Hl. 1. J. præsentia pecunia.—9 Neque adipol Hl. 1. J. equom stultio vortere C. a m. pr. æquum stultio Pl. 1. a m. pr. et Pl. 2. stultio etiam V. 1. scutro L. 1. stultitiae Pl. 3. 4. 5. 6. V. 2. 3. J. Hl. 1. B. 1. 2.—10 Hl. 1. a m. pr. si fuat.—11 C. apud.—12 Lgg. C. a m. pr. V. 1. ignari; L. 1. non ignavi nos soli fui-

## NOTÆ

4 Circummœniti] Pro 'circummu- 'pomœrium' post 'mœros,' id est niti' sumus; antiquæ dictum & pro 'muros.'

u, 'mœri' pro 'muri;' unde mansit 10 Fuat] Ab antiquo 'fuo, fuis:'

HE. Secede huc: nam sunt ex te quæ solo scitari volo,  
Quarum rerum te falsiloquum mihi esse nolo. PH. non ero,  
Quod sciam: si quid nescivi, id nescium tradam tibi. 15  
TY. Nunc senex est in tonstrina: nunc jam cultros attinet.  
Ne id quidem involuere injicere voluit, vestem ut ne in-  
quiet.

Sed utrum, strictimne attonsurum dicam esse, an per pec-  
tinem,

Nescio: verum si frugi est, usque admutilabit probe.

HE. Quid tu? servus ne esse, an liber mavelis? memora  
mihi. 20

PH. Proximum quod sit bono, quodque a malo longis-  
sime,

Id volo: quanquam non multum fuit molesta servitus:  
Nec mi secus erat, quam si essem familiaris filius.

TY. Eugepæ! Thalem talento non emam Milesium:

*opto accipere a te uno, et nolo te esse falsidicum in iis rebus. PH. Non ero,  
quod sciam: si aliquid ignorem, tibi dicam me id nescire. TYN. Jam senex est  
in tonstrina, tenet jam Philocrates forcies: ne voluit quidem sese succingere involu-  
cro, ne fædet indumenta. Verum ignoro utrum attenderet an ad cutem, an ad  
pectinem. Sed si sapit, decurbit penitus. HE. Quid tu? malisne esse servus,  
an liber? Dic mihi. PH. Volu id quod sit finitimum bono, et quod remotissimum  
a malo: quanvis servitus minime fuit incommoda: neque milii fuerit secus quam  
si essem filius familiaris. TYN. Eugepæ! non mercatus fuero Thaltem Milesium*

*mus.—13 Lgg. V. 1. 2. 3. J. L. 1. quæ ex te solo.—14 Quorum Hl. 1. falsilo-  
quum C. falsum loquum V. 3. falsiloquum nolo Lgg. mihi te esse L. 1.—15 Quid  
sciam L. 1. si quod V. 1. 3. nesciro C. a m. pr. tradam tibi id nescium L. 1.  
—16 C. Pll. in tostrina. Pl. 5. cultros acuit; al. cultros attaret, vel afferet.—  
17 Ne is quidem Dissald. sc. Philocer. injicere est in litura in Hl. 1. inicere C.  
Pll. 1. 2. 4. ut deest in J.—18 V. 2. strictumne. V. 1. ad tonsorem. C. adton-  
surum.—19 Lgg. frugi'st. V. 1. unutilabit; C. admutila labit probe.—20 Lgg.  
servos.—21 Codd. quinque Gronovii, H. M. G. bonum.—22 Nee mihi C. et  
sex Pll.—24 Euge pol talem Hl. 1. Pl. 1. a m. sec. Pl. 6. a m. sec. V. 1. 3.  
Euge po talem Pl. 4. V. 2. J. Euge ol talem Pl. 6. a m. pr. Euge ob talem Pl.  
5. L. 1. Euge ho talem Pl. 2. Euge pe talem Pl. 3. Euge petalem tanlento C.*

#### NOTÆ

unde manet ‘fui,’ et quæ ex illo  
præterito sobolescunt tempora: a  
‘futum,’ ‘futurus.’

12 *Non . . . soli ignavi fuimus]* He-  
roicis illis temporibus, aut vincen-  
dum erat aut moriendum; capi aut  
fugere, ignaviae tribuebatur.

16 *Nunc senex est in tonstrina]*

*Delph. et Var. Clas.*

Longa et elegans allegoria Hegionis  
senis, ad quem emungendum accin-  
gunt sese juvenes duo, Philocrates et  
Tyndarus. Hic seorsim et solus se-  
cum loquitur.

24 *Thalem talento non emam]* Gra-  
tulatur astutiæ domini sui Philocra-  
tis, qui servum simulat, et enm sapi-

*Plaut.*

Z

Nam ad sapientiam hujus nimius nugator fuit.

25

Ut facete orationem ad servitutem contulit!

**HE.** Quo de genere natu' st illic Philocrates? **PH.** Polyplusio:

Quod genus illic est unum pollens atque honoratissimum.

**HE.** Quid ipsus hic? Quo honore est illic? **PH.** summo, atque ab summis viris.

**HE.** Tum igitur ei cum in Aleis tanta gratia est, ut prædicas,

30

Quid divitiæ, sunt ne opimæ? **PH.** unde excoquat sevum senex.

**HE.** Quid pater? vivitne? **PH.** vivum, cum inde abiimus, liquimus.

Nunc vivat, nec ne, id orcum scire oportet scilicet.

*uno talento: nam ille fuit nimis insulsus, si conferatur cum hujus sapientia. Ut accomodavit festive sermonem ad servitutem! HE. De qua gente ortus est hic Philocrates? PHI. Polyplusio: quæ una gens est potens illic et honoratissima. HE. Quis ipse hic? qua gente est illic? PHI. Summo et a summis viris. HE. Tum ergo quoniam ei est tanta gratia apud Elienses, ut dicis, quæ sunt divitiæ? suntne pingues? PHI. Unde senex excoquat sevum. HE. Quid, pater? vivitne? PHI. Quando inde profecti sumus, reliquimus virum: sed si vivat nunc, necne,*

Euge obthalem B. 1. Eugepel Thalem Lgg.—25 Arg. Nam is ad. L. 1. V. 2. 3. Parei 2. al. vett. Bossch. hujus ille. V. 1. J. Hl. 1. nimis.—26 Lgg. servitium. —27 Philocrates C. poliplusio L. 1. polifrusio J.—28 Hl. 1. est illic. Mox, pollens deest in Lgg.—29 Quid ipsius L. 1.—30 Auleis Pll. Aliis edd. vett. Mediol. Arg. 3. Ald. Junt. et Bossch. cum in aliis est tanta gratia ut Hl. 1. B. 1. V. 1.—31 Pll. 1. 2. 5. L. 1. V. 2. C. optumæ; J. V. 3. insuntne optumæ; Pll. 3. 4. insunt optume; Pl. 6. ne insunt optume; V. 1. insuntne optume; et in L. 1. post optumæ statim sequuntur verba, unde abivimus liquimus, &c. quæ Phil. tribununtur, cum reliqua intermedia desunt, Pll. plerique et C. exquoquat. Hl. 1. sebum.—32 G. abimus. J. reliquimus; C. a m. pr. linqui-

#### NOTÆ

entia Thaleti Milesio, uni e septem illis Græciæ sapientibus, tanquam mero nugatori, anteponit.

25 *Ad sapientiam]* En comparaison.

Terentius: 'Nihil ad nostram hanc.'

Cic. 'Nihil ad Persium.'

27 *Polyplusio]* Qnia ex re qualibet anguriu[m] ancupantur senes. Ad decipiendum Hegionem Philocrates genus fingit quod divitiarn[m] copiam notat. Hinc errare incipit Hegio,

et sumere Tyndarum pro Philocrate.

29 *Ab summis viris]* Hector apud Nævium: 'Lætus sun laudari me abs te, pater, laudato viro.'

31 *Unde exquoquat sevum senex]* Ut ostendat esse opimas sensis divitiæ, quasi allegoria sumta ab iis quæ sunt præpingnia, non solum ait opimas divitiæ, sed etiam manare ab iis, et circumfluere sicut liquatum sevum.

**TY.** Salva res est: philosophatur quoque jam, non mendax modo est.

**HE.** Quod erat ei nomen? **PH.** Thesaurochrysonicochrysides. 35

**HE.** Videlicet propter divitias inditum id nomen quasi est.

**PH.** Immo edepol propter avaritiam ipsius, atque audaciam.

Nam ille quidem Theodoromedes fuit germano nomine.

**HE.** Quid tu ais? tenaxne pater ejus est? **PH.** immo edepol pertinax.

Quin etiam ut magis noscas: Genio suo ubi quando sacrificat, 40

*oportet inferos scire id scilicet. TYN. Res est integra, est jam non solum mendax, sed etiam philosophatur. HE. Quod nomen habebut? PH. Thesaurochrysonicochrysides. HE. Nimurum illud nomen tributum est veluti propter opes. PHI. Immo per aedium Pollucis propter ejus avaritiam et audaciam. Etenim ille quidem fuit vero nomine Theodoromedes. HE. Quid ais tu? Ejus pater estne parcus? PH. Immo per aedium Pollucis parcissimus: quin etiam ut cognoscas magis,*

\*\*\*\*\*

*mus.—33 At nunc C. a m. sec. et edd. vett.—34 Edd. quædam vett. omittunt jum. Hic vs. Hegioni tribuitur in V. 3.—35 Quid V. 2. Thesauro chrisonicochrysides B. 1. Thesaurochrysonicochrysides C. a m. pr. Theurochrysonicochrysides L. 1. Thesaurocrysonicochrysides al. ap. Pareum.—36 V. 1. 3. Hl. 1. 2. B. 1. 2. id nomen quasi inditum est; J. quasi indictum est.—37 Pll. 1. 3. 4. 5. 6. L. 1. G. avaritiam ejus: edd. vett. atque tenaciam.—38 Nam illi V. 1. 2. 3. L. 1. J. Pll. sex. Hl. 1. B. 1. 2. Nam illic C. Lgg. theodoromedes Hl. 1. a m. pr.—39 L. 1. V. 1. ejus pater est; verbum est deest in Pl. 6. J. pertinax L. 1. pertenax G.—40 Pll. 3. 5. quandoque sacrificat; Lgg. et al. ap. Pareum*

#### NOTÆ

35 *Thesaurochrysonicochrysides*] Nomen item et eodem confictum consilio, quod *thesaurum, aurum, et victoriæ significat*. Alii scribunt *Thesauro-chryso-onycho-crysides*: in quo nomine est *unguis* significatio, ut notetur hominis avaritia. Unde vs. 37. ‘propter avaritiam.’ Alii *Thesauro-chryso-nico-crysides*, in quo nomine est *victoriae* nomen, ut patet per vs. 37. ‘audaciam.’ Ego facile crediderim Philocratem abuti consulto utroque nomine, et *unguis* ad significandam ‘avaritiam,’ et *victoriae* ad notandam ‘ferociam’ quam parit in homine

conscientia divitiarum, propter affinitatem pronuntiationis, ad decipendum senem. Alii vs. 37. adducti scribendum putant *Thesauro-cryps-onicochrysides*: ut insit condendi verbum; nam est avari κρύπτειν τὸν θησαυρὸν, propter avaritiam, et νικῆν δύνασθαι τῷ χρυσῷ, propter audaciam quam afferunt divitiæ prægrandes.

40 *Genio suo sacrificat*] Genius pro Lare accipitur ut plurimum. Ei sacrificabant veteres sub nomine Genii, non Laris, quando lantius erant cœnaturi. Hinc ‘genio indulgere,’ ‘defraudare genium.’

Ad rem divinam quibus est opus Samiis vasis utitur,  
Ne ipse Genius surripiat: proinde aliis ut credat vide.

**HE.** Sequere hac me igitur: eadem ego ex hoc, quæ volo,  
exquæsivero.

Philocrates hic fecit, hominem frugi ut facere oportuit:  
Nam ego ex hoc, quo genere gnatus sis, scio: hic fassu'st  
mihi:

45

Hæc tu eadem si confiteri vis, tua re feceris:

Quæ tamen scito scire me ex hoc. **TY.** fecit officium hic  
suum,

Cum tibi est confessus verum: quanquam volui sedulo  
Meam nobilitatem occultare, et genus, et divitias meas,  
**Hegio:** nunc quando patriam et libertatem perdidii, 50  
Non ego istunc me potius, quam te metuere, æquum  
censeo.

Vis hostilis cum istoc fecit meas opes æquabiles.

Memini, cum dicto haud audebat; facto nunc lædat licet.

quando litat suo Genio, utitur vasis Samiis quibus opus est ad rem divinam, ne  
Genius ipse suffuretur: proinde ride quomodo confidat aliis. **HE.** Sequere me hac  
ergo: ego petivero eadem quæ volo ex hoc. **Hic** Philocrates egit ut decebat agere  
hominem bonum: nam ego accipio ab ea qua gente procreatus sis: hic mihi confessus est: consulueris tuae fortunæ; tu vis fateri hac eadem, quæ scis tamen me  
accepisse ab hoc. **TYN.** Hic functus est suo officio, quando tibi confessus est verum:  
quanquam volui diligenter dissimilare meam nobilitatem et originem, et meas  
copias, **Hegio:** quando amisi patriam et libertatem, ego non existino esse par, me  
timere illum potius quam te. Vis hostilis fecit meas copias æquales cum hoc. Re-  
cordor quando minime audebat lædere dicto, nunc licet lædere factu. Sed vides?



omittunt quando; Pll. 1. 2. ut quando s. al. sibi quando s.—41 **Hl.** 1. **V.** 1. 3. **J.**  
Bossch. opus est.—42 **V.** 2. **alius** et credat; **L.** 1. **alius** ut credat inde.—43 **S.**  
me hac **V.** 3. quod volo **V.** 1.—44 **P.** hic fecit officium suum, ut, &c. Lgg. oportet  
Parei 2. oporteat edd. vett.—45 Nam ex hoc quo genere gnatus sis: sis: scio **L.** 1.  
ex hoc desnnt in **V.** 1. natus sies **Hl.** 1. fassus est C. Pll. **Hl.** 1.—46 Edd. vett. et  
Bossch. tuae re; **Hl.** 1. tuab re; **G.** tua in re; Both. tuam in rem; Ald. Junt. tua  
ex re.—47 Lgg. me scire. **J.** facit.—48 Cum t es **L.** 1. quem volui **Hl.** 1. **B.** 1.  
Pll. 3. 6. **V.** 3. **J.** quam volui **L.** 1. nonnulli Lgg. C. Pll. 1. 2. 4. quod volui Pl.  
5. quom volui al. Lgg. quam quam volui al. ap. Pareum; que volui **V.** 1.—  
50 Edd. vett. omittunt nunc; **V.** 1. **L.** 1. **J.** **Hl.** 1. **B.** 1. 2. omittunt quando.  
Mox et deest in **L.** 1.—51 Non e. istuc **V.** 1. ecum censeo **L.** 1.—52 **L.** 1.

#### NOTÆ

41 *Samiis vasis*] Fictilia.

eius verbis utitur ad decipiendum

53 *Memini*] Tyndarus servus personam heri Philocratis sustinet, et

Hegionem.

Sed viden'? Fortuna humana fингit artatque ut lubet:  
 Me, qui liber fueram, servum fecit: e summo infimum. 55  
 Qui imperare insueveram, nunc alterius imperio obsequor.  
 Et quidem si proinde ut ipse fui imperator familiæ,  
 Habeam dominum, non verear ne injuste aut graviter mihi  
 imperet.

Hegio, hoc te monitum, nisi forte ipse non vis, volueram.  
**HE.** Loquere audacter. **TY.** tam ego fui ante liber, quam  
 gnatus tuus. 60

Tam mihi, quam illi, libertatem hostilis eripuit manus.  
 Tam ille apud nos servit, quam ego nunc hic apud te  
 servio.

Est profecto Deus, qui, quæ nos gerimus, auditque et vi-  
 det.

*Sors res humanas tractat volvitque ut placet: me reddidit servum, qui fueram liber:  
 imum e summo: qui solitus fueram dominari, nunc obtempero mandato alterius.  
 Sane si habeam dominum similem mihi, quando ipse fui dominus familiæ, non  
 timeo ne Hegio mihi imperet injuste aut dure: volueram te almonere hujus rei,  
 nisi forte id tibi est molestum. HE. Dic audacter. TYN. Ego fui antea tam  
 liber quam tuus filius: exercitus hostium illi eripuit libertatem, sicut mihi; ille  
 servit apud nos, tanquam ego serrio nunc hic apud te. Est sane Deus qui audit et*

---

*quom istoc.—54 HI. 1. 2. B. 1. PlI. arctatque; Meurs. aptatque. Hic versus  
 deest in L. 1.—55 Voc. servum deest in HI. 1. a m. pr.—56 HI. 1. C. PlI. 1.  
 4. M. Lgg. et edd. vett. insueram; Pl. 2. inscierum; Pl. 5. consueveram.—  
 57 Evidem J. V. 3.—58 HI. 1. a correctoris manu, non verebor.—60 Lgg. fui*

### NOTÆ

54 *Humana*] Id est 'res humanas.' Sallustius: 'Fortuna plerasque res ex libidine sua agitat.' Caius Plinius Secundus: 'Huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta; et in tota ratione mortalium sola utramque paginam facit.' Vide in editione Delphiniana in ipso Auctore 1. 7.

63 *Est profecto Dens*] Sophocl. Electra, "Ἐστὶ μέγας ἐν ὄντανῷ Ζεὺς, ὃς ἔφωρῷ πάντα, καὶ κρατύνει. *Est magnus in cœlo Jupiter, qui videt universa et continet.* Item: "Ἐστὶ δίκης ὁ φθαλμὸς, δοτισπάνθ ὁρᾶ. *Est oculus qui videt universa.* Juvenens lib. Hist. Evang. 'Nil absente Deo loquimur; nil abdita clau-

sum Pectoris antra tegunt. Cernit Deus omnia præsens.' Silius: 'Idem iustitiæ cultor: quæcumque capesses, Testes factorum stare arbitrabere Divos.' Livius: 'Dum pro se quisque Deos esse, et non negligere humana, fremunt.' Ibid. de Manlio Torquato: 'Est cœlestis Numen, es magne Jupiter.' Id usurpabant Ethnici ad calamitatum solatium, et ad deprecandam injuriam. Sallustius ad Cæsarem: 'Namque mihi pro vero constat, omnium mortalium vitam divino numine invisi: neque bonum neque malum facinus pro nihilo haberis, sed ex natura diversa præmia

Is, uti tu me hic habueris, proinde illum illic curaverit :  
 Bene merenti bene profuerit, male merenti par erit. 65  
 Quam tu filium tuum, tam pater me meus desiderat.  
**HE.** Memini ego istoc : sed faterin' eadem quæ hic fas-  
 su'st mihi ?

**TY.** Ego patri meo esse fateor summas divitias domi,  
 Meque summo genere gnatum : sed te obtestor, Hegio,  
 Ne tuum animum avariores faxint divitiæ meæ : 70  
 Ne patri, tametsi unicus sum, decere videatur magis,  
 Me saturum servire apud te sumtu et vestitu tuo,  
 Potius quam illi, ubi minime honestum est, mendicantem  
 vivere.

**HE.** Ego virtute Deum et majorum nostrum dives sum  
 satis.

Non ego omnino lucrum omne esse utile homini exis-  
 timo. 75

Scio ego ; multos jam lucrum luculentos homines reddi-  
 dit.

*videt quæ nos agimus. Is sicut tu mecum egeris hic, perinde curabit illum illic. Bene profuerit bene merito, erit par male merito. Meus pater me desiderat, tanquam tu desideras tuum filium. HE. Ego recordor hoc, sed faterisne eadem quæ hic mihi fassus est ? TYN. Ego fateor meo patri esse summas opes domi, meque genitum sunno genere. Sed te rogo, Hegio, ne meæ opes reddant tuum animum avariores, ne tametsi sun unicus, putet pater magis decere me servire tibi, minime carentem cibo apud te e tua re, et vestitus a te traditis, quam vivere mendicum in patria, ubi minime honeste est sic vivere. HE. Ego sum satis locuples gratia Deorum et majorum nostrorum. Ego non puto quemvis quæstum esse utilem homini. Ego scio, quæstus effect jam plures homines illustres. Est cliam in quo*



liber.—64 *Is uti me J. Hl. 1. a m. pr. habueritis J. illum hic L. 1.*—65 *C. uni- ca dictione parerit.*—66 *L. 1. V. 3. me pater meus;* *rò me deest in Hl. 1. a m. pr.*—67 *M. ego istæc L. 1. G. M. fassus est C. Pl. sex, Hl. 1.*—69 *G. Me quoque summo. C. optestor.*—73 *P. q. illic Hl. 1. B. 1. 2. J. V. 3.*—74 *L. 1. nostrorum.*—75 *Voc. omnino est in litura in Hl. 1. omne lucrum Bossch. ex- istumo Pl. 3.*—76 *In L. 1. jam deest; sed in V. 1. reperitur post homines. C.*

#### NOTÆ

bonos malosque sequi.'

72 *Me saturum]* Te obtestor, o Hegio, ne meæ divitiæ te reddant magis avarum, efficiantque ut a patre petas majus pretium ad me redimendum, quam dare poterit. Nam si tantum pretium petas in me redimendo, ut

quando dederit, necesse sit postea me vivere in summa inopia ; tametsi ejus sum filius unicus, tamen me si net potius vivere apud te in servitute quidem, sed saturum, id est, pane et cibis minime carentem, et vestitu, quam in libertate apud patrem in

Est etiam, ubi profecto damnum præstet facere, quam lucrum.

Odi ego aurum: multa multis sœpe suasit perperam.

Nunc hoc animum advortito, ut ea quæ sentio, pariter scias.

Filius meus illic apud vos servit captus Alide: 80

Eum si redditis mihi, præterea unum nummum ne duis:

Et te et hunc amittam hinc: alio pacto abire non potes.

**Ty.** Optimum atque æquissimum oras, optimusque hominum homo es.

Sed is privatam servitutem servit illi, an publicam?

**He.** Privatam medici Menarchi. **Ph.** pol hic quidem hujus est cliens. 85

Tam hoc quidem tibi in proclivi, quam imber est, quando pluit.

*præstet facere damnum quam lucrum: ego odi aurum; suasit plerumque plura pluribus incassum. Nunc adhibetē mentem huc, ut intelligas etium quid sentiam. Meus filius captus est in Elide, servit illic apud vos. Si mihi illum redditis, præter eum ne dederis unum nummum, dimittam hinc et te et hunc. Ne quis demigare hinc alio modo. TYN. Rogas rectissimum et justissimum, esque optimus omnium hominum. Verum serrit illic servitutem privatam, an publicam? HE. Privatam apud Menarchum medicum. PHI. Per Pollucem hic profecto est cliens hujus. Hoc quidem tibi est tam in proclivi, quam est imber quando pluit. HE. Fac ut is*



Pl. 4. *tutulentos*; Pl. 1. 6. *loculentos*.—78 L. 1. *multis sese*; J. *multa sœpe multis*.—79 Nunc huc Hl. 1. J. *Huc hoc L. 1. Ald. Junt. advorte V. 2. 3. J. L. 1. Pl. advortile C. V. 1. Nunc animum huc advorte edd. quædam vett.—80 F. m. *illuc V. 2. Aulide Pl. sex, Hl. 1. B. 1. 2.*—81 L. 1. *unum minimum*.—82 L. 1. *amittam: hinc alio, &c.*—83 *O precium alique L. 1. omnium homo es J. esces homo V. 1. es homo Pl. sex, G. et edd. vett.*—84 *Sed is servitutem servit illic privatam Hl. 1. J. illic B. 1. 2. V. 3.*—86 *Tam hoc tibi Lgg. in-**

#### NOTÆ

patria mendicantem, id est, in summa egestate.

77 *Est etiam]* Terentius: ‘Pecuniam in loco negligere, maximum internum est lucrum.’

78 *Aurum: multa multis suasit]* Phædr. ‘Periculum semper reputavi lucrum: Sed dicis, Qui rapuere divitias, habent. Numeremus agendum, qui deprehensi perierint:

Majorem turbam punitorum repelles.’ Hesiod. Μῆ κακὰ κερδάνεως κακὰ κέρδεα, ἵστησιν. Ne male lucreris: mala lucra æqualia dannis.

84 *Privatam servitutem]* Liberti qui viris publicis ministrabant, ut erant sacerdotes et magistratus, appellabantur ‘servi,’ non a conditione, sed ab officio et opere. Hi ‘publici servi.’

**HE.** Fac is homo ut redimatur. **TY.** faciam : sed te id  
oro, Hegio.

**HE.** Quidvis, dum ab re ne quid ores, faciam. **TY.** au-  
sculta dum, scies.

Ego me amitti, donicum ille huc redierit, non postulo.

Verum, te quæso, ut æstimatum hunc mihi des, quem mit-  
tam ad patrem, 90

Ut is homo redimatur illi. **HE.** immo alium potius misero  
Hinc, ubi erunt inducæ, illuc tuum qui conveniat patrem :  
Qui tua, quæ tu miseris mandata, ita, ut velis, perferat.

**TY.** At nihil est, ignotum ad illum mittere : operam lu-  
seris.

Hunc mitte, hic omne transactum reddet, si illuc venerit.

Nec quenquam fideliores, neque cui plus credat, potes 96

Mittere ad eum, nec qui magis sit servus ex sententia :

Neque adeo cui tuum concredat filium hodie audacius.

Ne vereare, meo periculo hujus ego experiar fidem,

Fretus ingenio ejus, quod me esse scit erga se benevo-  
lum. 100

**HE.** Mittam equidem istunc æstimatum tua fide, si vis.

**TY.** volo ;

*homo redimatur. TYN. Faciam, sed te obsecro, Hegio. HE. Quid vis agam, dummodo nihil ores ab re. TYN. Audi, accipies. Ego non rogo me dimitti usque eo dum ille reversus sit ; sed te obsecro ut mihi des hunc postquam æstima- veris, ut mittam ad patrem, ut is homo redimatur illuc. HE. Immo misero potius alium hinc illuc, ubi erunt inducæ, qui audeat tuum patrem : qui perferat tua man- data, quæ tu miseris sicut velis. TYN. Sed nihil assequaris si ad illum mittas incognitus : perdideras operam : mitte illum, hic universa perficiet, si percenerit illuc ; neque potes ad eum mittere illum fideliores, neque cui magis confidat, neque qui sit servus magis ex sententia, neque adeo cui confidat hodie Philopoleum tuum filium securius. Ne formida : ego probabo ejus fidem mea periculo, confusus ejus industria, quia scit se amari a me. HE. Si vis ego mittam istum æstimatum,*

*proclive C.—87 Fac sis Sciopp. Facis junctim C. Pl. 3. 4. 5. homo deest in L. 1. sed te oro id Hl. 1. sed id te oro B. 1.—88 V. 1. 2. 3. J. L. 1. Pl. 3. 4. 5. 6. tum scias; C. tum scias, al. tu scies; al. ap. Pareum, auscultandum scies.—89 Pl. 2. 3. 5. 6. C. V. 2. donec cum. L. 1. illuc hue.—90 Edd. vett. quæso te. C. æstimatum; V. 1. 2. 3. J. L. 1. extunatum, sive extimatum V. 1. L. 1. des hunc quem.—91 Ut his V. 2. illuc V. 1. 2. 3. J. L. 1.—92 Pl. 1. 2. L. 1. V. 3. convenit.—93 H. M. Hl. 1. 2. B. 1. 2. C. Pl. sex, V. 1. 2. 3. J. L. 1. et edd. vett. quæ tu jussuris.—95 Bossch. hic transactum reddet omne ; τὸ hic deest in Hl. 1. a m. pr.—96 Ne quenquam C.—97 C. ne qui.—98 Nequi tuum Lgg. tuum deest in Pl. 6. J. suum habent C. L. 1.—99 Pronomen ego deest in L. 1. experiar vicem fidem V. 2. via fidem Parei 2. vice fidem C. Lgg.—100 Bossch. et edd. vett. med esse scio ;*

Quam citissime potest, tam hoc cedere ad factum volo.

**H.** Num quæ causa est, quin si ille huc non redeat, vigineti minas

Mihi des pro illo? **T.** optima immo. **H.** solvite istum nunc jam,

Atque utrumque. **T.** Di tibi omnes omnia optata asserant,  
105

Cum me tanto honore honestas, cumque ex vinclis eximis.  
Hoc quidem haud molestum est jam, quod collus collaria caret.

**H.** Quod bonis benefit beneficium, gratia ea gravida est bonis.

Nunc tu illum si illo es missurus, dice, demonstra, præcipe,

Quæ ad patrem vis nuntiari: vin' vocem huc ad te? **T.**  
110  
voca.

*te sponsore. TYN. Volo id fieri quam velocissime poterit. H. Estne aliqua causa cur mihi des riginti minas pro illo, si ille noui redeat huc? TYN. Immo est optima causa. H. Solvite istum nunc jam, atque utrumque. TYN. Cuneti Dii tibi apportent omnia propitia, quando me afficiis tanto honore; cumque eximis ex vinculis: hoc sane non est acerbum quod collum caret collari. H. Beneficium quod exhibetur bonis, parit bona et gratiam. Si tu missurus es nunc illum illo, dic, ostende, mandu quæ vis nuntiari patri. Vis vocem huc ad te? TYN. Voca.*

\*\*\*\*\*

V. 1. 2. 3. L. 1. Hl. 1. 2. B. 1. erga sese; J. med sese sciet erga sese.—101 Hl. 1. a m. sec. B. 1. Pll. C. istum; in Hl. 1. a m. pr. et J. istunc deest. Pll. 1. 2. 3. 5. 6. extumatum. L. 1. si vis tua fide.—102 V. 1. hoc credere.—103 Nunc quæ V. 1. Nunquam causa B. 1. Nunc qua edd. vett.—104 C. optuma; Pll. sex, V. 1. J. L. 1. optume.—105 Atque utrinque Hl. 1. a m. pr. optata ferant Lgg. V. 2. Pll. sex, C. B. 1. optata omnia ferant V. 1. 3. J. L. 1.—107 Pl. 5. omittit jam. Lgg. collario caret.—108 Edd. quædam vett. ac gravida.—109 Hunc tu C. si illi es V. 3. dic Bossch. doce, monstra, præcipe Diss.—110 Quod ad L. 1.

#### NOTÆ

102 *Cedere ad factum*] Perducit ad effectum. Alii accedere.

103 *Num quæ causa*] Stipulationis formula.

108 *Quod bonis benefit*] Id est, beneficium est gratia gravida et prægnans bonis.

## ACTUS SECUNDI SCENA TERTIA.

HEGIO, PHILOCrates, TYNDARUS.

**H.** Quæ res bene vortat mihi, meoque filio,  
Vobisque: vult te novus herus operam dare  
Tuo veteri domino, quod is velit, fideliter.

Nam ego te aestimatum huic dedi viginti minis;  
Hic autem te, ait, mittere hinc velle ad patrem,      5  
Meum ut illic redimat filium: mutatio  
Inter me atque illum ut nostris fiat filiis.

**P.** Utroque vorsum rectum est ingenium meum,  
Ad te adque illum: pro rota me uti licet.  
Vel ego huc vel illuc vortar, quo imperabitis.      10

**H.** Tute tibi ea tuopte ingenio prodes plurimum,  
Cum servitutem ita fers, ut ferri decet.  
Sequere: hem tibi hominem. **T.** gratiam habeo tibi,  
Quom copiam istam mihi et potestatem facis:

**H.** Quæ res mihi cedat feliciter et meo filio, et vobis! Ego Hegio, tunc novus dominus, volo te obtemperare fideliter tuo pristino hero Philocrate in iis quæ voluerit; nam ego te dedi huic aestimatum viginti minis. Hic autem dicit optare te mittere hinc ad suum patrem, ut redimat illic meum filium, ut fiat commutatio nostrorum filiorum inter me et illum. **P.** Ego habeo animum paratum ad omnia. Tu et ille potestis uti me sicut rota. Ego volvar rel huc vel illuc quocumque mandabitis. **H.** Idcirco tu tibi es plurimum utilis tuam industria, quando sic toleras servitutem ut oportet ferri. Sequere hac: hem tibi hominem. **T.** Tibi ago gratias quod mihi exhibes istam licentiam et facultatem, ut ego remittam hunc

\*\*\*\*\*

**1** L. 1. *vortant.*—**3** Lgg. *fideliter velit.*—**4** L. 1. *extumatum dedi huc;* J. *dedi hinc;* Bossch. *te dedi aestimatum huic viginti, &c.*—**6** L. 1. *ut ille.*—**7** Lgg. *suat filiis;* J. Hl. 1. *filiis fiat.*—**8** *Utrobique C. a m. sec.*—**9** *At te V. 1. L. 1. C. Hl. 1. et nonnulli Pll. ac te al. Pll. J. V. 3. Ad te atque ad illum V. 1. Ac me Pl. 6. ad illum C. a m. sec. pro rata Hl. 1.—**10** V. 1. *huc ut illuc.* V. 3. **L. 1. imperabis.**—**11** Bossch. *tibi a. L. 1. tu apte;* Lgg. *tuapte plurimum.* Hl. 1. a m. sec. et C. *prodis.*—**12** Bossch. *uti ferri;* edd. *vett. uti ferre;* C. Pll. Hl. 1. B. 1. 2. V. 1. 2. 3. L. 1. J. *ut ferri.*—**13** *Sequere hac* Bossch. *Sequere**

## NOTÆ

**9** *Pro rota me uti]* Ut rota quamvis tendo.  
in partem volvitur, sic Philocrates  
morigerum se pollicetur, et abitum  
reditumque velocem. *Versutus a' ver-*

**11** *Ea]* Snb. 'ratione:' quare, id-

Ut ego ad parentes hunc remittam nuntium, 15  
 Qui me quid rerum hic agitem, et quid fieri velim,  
 Patri meo ordine omnem rem illuc perferat:  
 Nunc ita convenit inter me atque hunc, Tyndare,  
 Ut te aestimatum in Alidem mittam ad patrem :  
 Si non rebitas huc, ut viginti minas 20  
 Dem pro te. PH. recte convenisse sentio.  
 Nam pater expectat, aut me, aut aliquem nuntium,  
 Qui hinc ad se veniat. TY. ergo animum advortas volo,  
 Quae nuntiare hinc te volo in patriam ad patrem.  
 PH. Philocrates, ut adhuc locorum feci, faciam sedulo, 25  
 Ut potissimum quod in rem recte conducat tuam,  
 Id petam, id persequarque corde et animo atque viribus,  
 TY. Facis ita, ut te facere oportet: nunc animum advor-  
 tas volo :  
 Omnium primum salutem dicito matri et patri,  
 Et cognatis, et si quem alium benevolentem videris, 30  
 Me hic valere et servitutem servire huic homini optumo,

*nuntium ad parentes, qui perferat omnia ordine ad meum patrem, quid faciam hic et quid velim fieri. Sic convenit nunc inter me atque hunc, Tyndare, ut te mittam aestimatum in Elidem ad patrem: si non repetas huc ut numerem viginti minas pro te. PHI. Audio recte convenisse: nam pater operitur aut me, aut quendam nuntium qui veniat hinc ad se. TYN. Igitur cupio adhibeas mentem ad ea que opto perferre hinc in patriam ad patrem. PHI. Philocrates, faciam diligenter, ut feci hucusque temporis, ut postulem id quod faciat potissimum recte in tuas utilitates, et persequar id corde, et animo, et viribus. TYN. Agis sicut oportet te facere: nunc cupio adhibeas mentem. Primum omnium dic salutem patri et matri et cognatis; et si videris aliquem amicum, dic me incolumem esse, et servire hic servi-*



*en tibi Hl. 1. Pl. 5. Sequare em tibi C.—15 C. ad p. meos hunc; Pl. 2. 5. M. ad p. hinc.—16 Lgg. rerum agitem.—17 J. rem perferat.—19 Aulidem Pl. in deest Lgg.—20 V. 2. 3. L. 1. J. reditas; Pl. reditas, vel redditus; C. in marg. redeas.—21 Dem pro dote L. 1. censeo V. 3.—24 Quae te n. J. Hl. 1. hic volo Hl. 1. hinc volo J.—25 Philocrates deest in Pl. sex, Hl. 1. B. 1. V. 1. 2. J. L. 1.—26 Edd. quædam vett, omittunt particulam recte.—27 Bossch. id que persequar; L. 1. Pl. 2. 4. 5. id prosequarque; Pl. 3. id persequar; Pl. 1. caret voce id. B. 1. corde animo. Lgg. et auribus; C. V. 1. atque auribus.—28 L. 1. ut facere.—29 O. primo Hl. 1. a m. pr. patri et matri Hl. 1. B. 1. V. 2. 3. J.—30 B. 1. L. 1. V. 1. 2. J. et quem; Hl. 1. et illis quem.—31 V. 2. huic ser-*

## NOTÆ

20 *Rebitas*] Vetus et obsoletum eo, vado, rebito, redeo.  
 verbum a 'beto,' quod forte a βαλω,

**Qui me honore honestiorem semper fecit, et facit.**

**PH.** Istuc ne præcipias: facile memoria memini tamen.

**TY.** Nam quidem, nisi quod custodem habeo, liberum me esse arbitror.

**Dicito patri, quo pacto mihi, cum hoc convenerit** 35

**De hujus filio.** **PH.** quæ memini, mora mera est mone-  
rier.

**TY.** Ut eum redimat, et remittat nostrum huc amborum  
vicem.

**PH.** Meminero. **HE.** at quamprimum poteris, istuc in  
rem utriusque est maxume.

**PH.** Non tuum tu magis videre, quam ille suum gnatum  
cupit.

**HE.** Meus mihi, suus cuique est carus. **PH.** Numquid  
aliud vis patri 40

Nuntiari? **TY.** me hic valere, et tute audacter dico,

Tyndare, inter nos fuisse ingenio haud discordabili:

Neque te commeruisse culpam, neque me advorsatum tibi:

Beneque hero gessisse morem in tantis ærumnis tamen:

Neque med unquam deseruisse te, neque factis, neque fide,  
Rebus in dubiis, egenis: hæc pater quando sciet, 46

*tutem huic optimo domino, qui me honore afficit in dies singulos magis magisque.*  
**PHI.** Ne admoneas me istius rei, memini facile memoria. **TYN.** Etenim existimo  
me esse liberum, nisi quod habeo custodem. **Dic patri quomodo mihi convenerit**  
*cum hoc de ejus filio.* **PHI.** Est perdere tempus me admonere eorum quæ recordor.  
**TYN.** Ut eum redimat et remittat huc pro nobis ambobus. **PHI.** Recordabor. **HE.**  
Sed illud est utriusque in rem maxime id agere quam citissime poteris. **PHI.** Tu  
non cupis magis videre tuum filium, quam ille suum. **HE.** Meus mihi est carus,  
suus est cuique. **PHI.** Nunquid ris nuntiari aliud? **TYN.** Me hic valere; et tu  
dico audacter, Tyndare, nos fuisse animo minime discordi, neque te meritum  
fuisse culpam, neque me tibi adversatum fuisse, et te bene obtinerasperasse, quanvis  
constituto in tantis ærumnis, me nunquam te destituisse neque factis neque fide in  
rebus adversis inopibus. Quando pater accipiet hæc, Tyndare, quomodo fueris af-



*vire.*—33 V. 1. 2. L. 1. J. non præcipias.—34 Nam equidem Lamb.—35 Arg.  
1514. et Both. cum hoc mihi. Hl. 1. 2. B. 1. L. 1. V. 1. 3. J. convenit.—  
36 Lgg. qui memini; Hl. 1. J. quæ ego memini mora est me monerier; L. 1. V. 2.  
mora me est; V. 3. H. quæ ego memini mora mera est me monerier.—37 Hl. 1. J.  
huc nostrum.—38 L. 2. J. V. 2. poteris: istuc in rem utriusque; V. 1. 3. poteris:  
istuc in rem utique; edd. quædam vett. tam in rem.—39 Lgg. ille suum deside-  
rat.—40 In J. deest aliud; in L. 1. vis.—43 L. 1. Nec te; in J. et V. 2. te  
deest. Pl. 1. commeruisse quippiam; Hl. 1. B. 1. Neque c. c. te. Lgg. adver-  
satum mihi.—45 Neque me Hl. 1. B. 1. Pl. unquam deest in L. 1.—46 Hl. 1.

Tyndare, ut fueris animatus erga suum gnatum atque se,  
Nunquam erit tam avarus, quin te gratus emittat manu:  
Et mea opera, si hinc rebito, faciam ut faciat facilius.  
Nam tua opera et comitate et virtute et sapientia      50  
Fecisti, ut redire liceat ad parentes denuo;  
Cum apud hunc confessus es et genus et divitias meas.  
Quo pacto emisisti e vinclis tuum herum, tua sapientia.  
**PH.** Feci ego ista ut commemoras: et te meminisse id  
gratum est mihi.

Merito tibi ea evenerunt a me: nam nunc, Philocrates, 55  
Si ego item memorem quæ me erga multa fecisti bene,  
Nox diem adimat: nam si servus mens esses, nihilo secius  
Mihi obsequiosus semper fuisti. **HE.** Di vostram fidem,  
Hominum ingenium liberale! ut lacrumas excutiunt mihi!  
Videas corde amare inter se: quantis laudibus suum he-  
rum      60

Servus collaudavit! **PH.** istic pol haud me centesimam  
Partem laudat, quam ipse meritus est, ut laudetur laudi-  
bus.

*fectus erga suum filium et se, nunquam erit tam avarus, ut non te manumittat gratis. Et si reversus fuero hinc, fucium meopte Marte, ut faciat latius. Num fecisti tua industria et humanitate et virtute et sapientia, ut liceat reverti rursus ad parentes, quando confessus es apud hunc et genus et meas copius: quomodo eduxisti e vinclis tuum herum tua supertia. PH. Ego feci ista, ut commemoras, et mihi jucundum est te meminisse id. Ea tibi evenerunt merito a me: nam nunc, Philocrates, si ego commemorem etiam multa beneficia quibus me affecisti, nos adimat lucem. Nam si esses meus servus, nihilominus fuisti semper morigerus. HE. Di vestram fidem! animum ingenuum hominum! ut mihi exprimunt lacrymas! conspicias inter se diligere corde: quantis laudibus servus affecit suum herum! PH. Per Pollucem ille minime me laudat centesimum partem, quam ipse est promeritus*

---

**L. 1.** hoc pater.—47 *Tyndarus L. 1.* atque se desunt in J.—48 *Non erit L. 1.* gratis M. V. 2. 3. C. J. L. 1. H.—49 *J. Pll. sex, hiuc redibo;* L. 1. *huc redibo;* V. 2. C. *huc redito.*—53 *Quo facto legi malit Lamb.* *tuum heruu desunt in L. 1.*—54 *V. 1. istas.* In L. 1. deest id.—55 *L. 1. tibi ea evenerunt tibi a me.*—56 *Si ego in te Hl. 1. J. H. G. M.* *quæ erga me fecisti bene L. 1. bono Pont.*—58 *Obsequiosus mihi fuisti semper Bossch.*—60 *Hl. 1. inter sese. V. 1. 2. 3. L. 1. B. 1.* *quantis laudavit;* in V. 3. superscriptum est *laudibus.*—61 *C. a m. pr. H. G. M. Hl. 1. 2. B. 1. V. 2. 3. L. 1. J.* et edd. vett. *pol istic me haud.*—62 *P.*

## NOTÆ

53 *Emisisti [Emisti] Emisisti.*      invicem. Propertius: ‘Inter nos læ-  
60 *Amare inter se* Voyez-vous temur amantes.’  
comme ils s'entr'aiment? *Inter se, est*

**HE.** Ergo cum optume fecisti, nunc adest occasio  
Benefacta cumulare, ut erga hunc rem geras fideliter.

**PH.** Magis non factum possum velle, quam opera experiar  
persequi: 65

**Id** ut scias, **Jovem** supremum testem laudo, **Hegio**,  
Me infidelem non futurum Philocrati. **HE.** probus es  
homo.

**PH.** Nec me secus unquam ei facturum quicquam, quam  
memet mihi.

**TY.** Istæc dicta te experiri et operis et factis volo:  
Et quo minus dixi, quam volui de te, animum advortas  
volo: 70

Atque horunc verborum caussa caveto mihi iratus fuas.  
Sed te quæso, cogitato, hinc mea fide mitti domum  
Te aestimatum, et meam esse vitam hic pro te positam pig-  
nori.

Ne tu me ignores, cum extemplo meo e conspectu absces-  
seris,

Quom me servum in servitute pro te hic reliqueris; 75

celebrari laudibus. **HE.** Igitur quoniam fecisti recte, adest nunc occasio cumulan-  
dorum recte factorum, ut geras rem fideliter erga hunc. **PHI.** Non possum op-  
tare id fieri tam velociter quam persequar reipsa. Ut scias id, **Hegio**, appello tes-  
tem supremum **Jovem**, me non futurum infidelem Philocrati. **HE.** Es bonus vir.  
**PHI.** Neque me acturum secus unquam quicquam quam memet mihi. **TYN.** Volo  
te experiri ista promissa et officiis et factis; et animadvertis, quæso, me quo mino-  
ra dixi de te quam volui, eo plura esse exhibitrum; et vide ne sis iratus mihi  
propter ea verba. Verum te obsecro, cogita te dimitti domum hinc aestimatum me  
sponsore, et meum vitam esse oppignoratam pro te. Ne tu mei oliviscaris, quando  
abscesseris repente a meo conspectu, quando me deserueris hic servum in servitute

\*\*\*\*\*

*laudet L. 1.—63 L. 1. ergo opt. quom.—65 L. 1. prosequi.—66 B. 1. V. 1. 2. 3.  
L. 1. J. C. Pll. 2. 3. 5. 6. testem do.—67 L. 1. fidelem.—68 Pll. sex, C. a m.  
pr. J. V. 1. non agnoscent quicquam. Mox, quam deest in L. 1.—69 Istæc  
te dictu B. 1. te experire C. me experiri H. J. opera Hl. 1. B. 1. V. 1. 2. 3.  
L. 1. J. Lgg.—70 Et quod minus Pll. 1. 4. 5. 6. V. 1. B. 1. Et quidem minus  
Pl. 3. dixi deest in Hl. 1. a m. pr. quam nolui Pl. 2.—71 Atque horum Hl. 1. 2.  
B. 1. 2. Voss. 1. 2. 3. J. L. 1. Pll. cave mihi Ald. Junct. cave tu mi Bossch.—  
72 In V. 1. deest cogitato. V. 1. 2. 3. L. 1. J. hinc te mea.—73 Te deest in J.  
esse hic vitam L. 1.—74 Lgg. quin extemplo. J. et Hl. 1. a m. pr. meo conspectu,*

#### NOTÆ

66 *Testem laudo*] Nonius: ‘Lau- 74 *Ignores*] *Ne faites pas semblant*  
dare significat prisca lingua nomi- de ne me point connoître.  
nare, appellareque.’

Tuque te pro libero esse ducas, pignus deseras :  
 Neque des operam, pro me ut hujus reducem facias filium.  
 Scito te hinc minis viginti aestimatum mittier.  
 Fac fidelis sis fideli : caye fidem fluxam geras.  
 Nam pater, scio, faciet, quae illum facere oportet, omnia. 80  
 Serva in perpetuum tibi amicum me, atque hunc inventum  
 inveni.

Hæc per dexteram tuam, te dextera retinens manu,  
 Obsecro, infidelior mihi ne fuas, quam ego sum tibi.  
 Tu hoc age : tu mihi herus nunc es, tu patronus, tu pater :  
 Tibi commendo spes opesque meas. Ph. mandavisti sa-  
 tis. 85

Satin' habes, mandata quæ sunt, facta si refiero ? Ty.  
 satis.

Ph. Et tua et tua huc ornatus reveniam ex sententia.  
 Numquid aliud ? Ty. ut quamprimum possis, redeas.  
 Ph. res monet.

*pro te : neque ducas te esse liberum, destitutas pignus : sed enitaris ut facius re-  
 ducem filium hujus pro me : scito te mitti hinc aestimatum viginti minis. Da ope-  
 ram sis fidelis fideli, care ne sis fide fluxa. Nam pater, scio, geret cuncta quæ  
 oportet illum facere. Serva me tibi in perpetuum amicum, atque tibi compara hunc  
 Hegionem jam comparatum. Hæc rogo per tuam dextram, te retinens manu dex-  
 tra, ne mihi sis infidior, quam ego tibi sum. Tu age hoc : tu mihi es nunc herus,  
 tu patronus, tu pater : tibi commendo meas spes et opes. Phi. Satis præcepisti :  
 estne satis si faciam quæ sunt imperata ? Ty. Satis. Phi. Huc revertar orna-  
 tus ex tua sententia. Nunquid vis aliquid aliud ? Ty. Ut repetas quam cele-*



omissa præpositione.—75 Quom servum J.—76 V. 1. J. Hl. 1. B. 1. non  
 agnoscunt rō ducas. V. 1. 2. 3. C. J. Hl. 1. B. 1. et sex Pll. desideras.—77 At-  
 que des Hl. 1. B. 1. L. 1. J. V. 3. me hujus hujus C.—78 Scio V. 1. L. 1. mittere  
 V. 1.—79 Fac fidele sis fidelis Bossch. fac fidele : sies fidelis Hl. 1. Fac fidele  
 fidelis G.—80 V. 3. nunc scio pater ; V. 1. nunc patrem ; J. nunc pater.—  
 81 Serva tibi in Hl. 1. 2. B. 1. H. M. V. 1. 2. 3. L. 1. J. Pll. G. Serva tibi  
 imperpetuum C. Mox, hunc deest in Lgg.—82 L. 1. retrahis manu.—84 Edd.  
 quædam vett. tu mihi herus meus es ; Bossch. tu mihi nunc meus herus es. L. 1.  
 tu protinus ut pater.—86 L. 1. mandata si refcro.—87 Et tua huc Pll. V. 1. J.  
 L. 1. Hl. 1. B. 1. Lgg. oneratus Hl. 1. B. 1.—88 L. 1. tu quamprimum redeas;

## NOTÆ

76 *Pignus deseras*] Tyndarum, qui tibi devinctum herum tuis officiis,  
 quidem pignus et obses pro abeunte sic singulari beneficio devineias arc-  
 Philocrate. tius.

81 *Inventum inveni*] Fac ut jam

HE. Sequere me, viaticum ut dem hinc a trapezita tibi :  
 Eadem opera a prætore sumam syngraphum. TY. quem  
 syngraphum ? 90

HE. Quem hic ferat secum ad legionem, hinc ire huic ut  
 liceat domum.

Tu intro abi. TY. bene ambulato. PH. bene vale. HE.  
 edepol rem meam

Constabilivi, cum illos emi de præda a quæstoribus.

Expedivi ex servitute filium, si Dis placet.

At etiam dubitavi hos homines emerem, an non emerem,  
 diu. 95

Servate istum sultis intus, servi : ne quoquam pedem

Efferat sine custode : ego apparebo domi,

Ad fratrem modo captivos alios inviso meos.

Eadem percontabor, ecquis hunc adolescentem noverit.

Sequere tu, te ut amittam, ei rem primum prævorti  
 volo. 100

*rine potueris. PHI. Res hortatur. HE. Sequere me hinc, ut tibi dem viaticum a trapezita : eodem tempore accipiam syngraphum a prætore. TYN. Quem syngraphum ? HE. Quem hic ferat secum ad legionem, ut huic liceat ire domum. Tu abi intro. TYN. Ambulato bene. PHI. Bene vale. HE. Per eadem Pollucis consului recte meis rebus, quando illos emi a quæstoribus de præda. Expedivi filium ex servitute, si Diis placet. At dubitavi etiam diu utrum emerem hosce homines, an non emerem. Serri, servate istum intus, si vultis, ne eat quoquam sine custode. Ego jam proficiscar domum. Ad fratrem invisam mox meos alios captivos. Percontabor eadem tempore, ecquis novit hunc adolescentem. Tu sequere, ut te dimittam. Volo ante omnia consulere ei rei.*



τὸν ὃν τοῦτο δεῖς εἶναι ἐν Ηλ. 1.—89 ΠΙΛ. C. V. 1. 2. 3. L. 1. J. Ηλ. 1. H. M. non agnoscunt τὸν ὃν τοῦτο εἶναι.—90 Ηλ. 1. B. 1. J. V. 3. a p. sumas.—91 Ηλ. 1. huic hinc ire ; τὸν ὃν τοῦτο δεῖς εἶναι ἐν J. ab legione V. 1. domum δεῖς εἶναι in L. 1.—92 Tu modo abii V. 2. —93 V. 2. 3. J. Ηλ. 1. a m. pr. illum emi ; B. 1. quom illum.—94 J. de servitute. —97 Ecferat C. jamjam ego edd. vett. et Bossch.—98 Ηλ. 1. invisiā meos alios ; τὸν ὃν τοῦτο δεῖς εἶναι in J. alios in viso meos B. 1.—99 Bossch. ecqui. Mox, hunc δεῖς εἶναι in J. Ηλ. 1. B. 1. et sex ΠΙΛ.—100 Voc. rem δεῖς Ηλ. 1. a in. pr. rei vero habet a m. sec.

#### NOTÆ

99 *Eadem*] Sub. ‘opera :’ eodem tempore.

## ACTUS TERTII SCENA PRIMA.

ERGASILUS.

MISER homo est, qui ipse sibi quod edit quærit, et id  
ægre invenit:

Sed ille est miserior, qui et ægre quærit, et nihil invenit.  
Ille miserrimus est, qui cum esse cupit, quod edit non  
habet.

Nam, hercle, ego huic diei, si liceat, oculos effodiām  
libens,

Ita malignitate oneravit omnes mortales mihi. 5

Neque jejuniosiorem, neque magis effertum fame

Vidi; nec qui minus procedat, quicquid facere occuperit.

Itaque venter gutturque resident esuriales ferias.

Ilicet parasiticæ arti maximam in malam crucem!

Ita juventus jam ridiculos inopesque ab se segregat. 10

Nihil morantur jam Laconas imi subsellii viros,

**ERG.** *Homo qui quærit ipse quod manducet, et id reperit difficile, est infelix, verum ille est infelicior, qui et quærit ægre, et reperit nihil. Ille est infelicissimus qui, quando esurit, non habet quod manducet. Nam per Herculem ego ernalm lubenter oculos huic diei, si liceat, adeo instruxit universos homines nequitia ad-versus me: neque conspexi jejuniorem neque pleniorē esurie; neque cui succedat minus quicquid instituerit agere. Igitur venter et guttur agitant ferias esuriales. Licit ire arti parasitica in malam crucem maximam! adeo juventus summovet jam a se eos qui morent risum et egenos. Aspernantur nunc parasitos, viros Laconibus*

1 Lgg. L. 1. Bossch. qui ipse quod. V. 1. L. 1. Hl. 1. edat.—2 L. 1. sed et ille est.—3 Bossch. cupid esse. B. 1. Hl. 1. a m. pr. L. 1. V. 1. J. edat.—4 Pronomen ego deest in L. 1. Hl. 1. a m. pr. B. 1. si licet edd. quædam vett.—5 V. 3. oneravert.—6 C. effertum; Pll. sex, L. 1. V. 1. 2. J. effractum.—7 L. 1. ne qui; V. 1. nec qui; G. H. M. Sarrac. V. 2. 3. J. nec cui; Bossch. nec quo.—8 Ita venter Bossch.—9 Licet Pll. sex, V. 1. 2. 3. L. 1. J. in deest Hl. 1. B. 1. V. 1. 2. 3. L. 1. J. I licet parasitica ars Heius.—10 L. 1. jam ju-ventus. Lgg. inopes ab se. L. 1. V. 1. 2. 3. J. Hl. 1. B. 1. Pll. sex, C. ab sese.—11 Nihil jam mor. V. 2. Lacones L. 1. V. 1. 2. 3. J. uni subselli C.

## NOTÆ

7 Nec qui minus] Qui pro ‘quo.’ sic venter et guttur ab edendo ces-

8 Resident esuriales ferias] Id est, sant.

agitant sedendo. ‘Residere’ active 9 Ilicet] Id est, licet arti nostræ possum. Esuriales autem feriae di- ire in crucem, aut valeat ars nostra.

cuntur, quia quemadmodum festis 11 Laconas] Lacones solebant pue-diebus ab opere cessant et quiescent, ros et adolescentes crebro et publice

Plagipatidas, quibus sunt verba sine penu et pecunia.  
Eos requirunt, qui, libenter cum ederint, reddant domi.  
Ipsi opsonant, quæ parasitorum ante erat provincia.

Ipsi de foro tam aperto capite ad lenones eunt,      15  
Quam in tribu aperto capite sontes condemnant reos.  
Neque ridiculos jam teruncii faciunt : sese omnes amant.  
Nam ut dudum hinc abii, accessi ad adolescentes in foro:  
Salvete, inquam : Quo imus una, inquam, ad prandium ?  
atque illi tacent.

Quis ait ? hoc, aut, quis profitetur ? inquam : quasi muti silent :      20

Neque me rident. Ubi cœnamus ? inquam, atque illi abnuunt.

Dico unum ridiculum dictum de dictis melioribus,

*similes, imorum lectorum, plagarum patientes, quibus sunt verba sine penu et pecunia. Querunt eos, qui, quando manducarint, reddere possint domi. Parant ipsi opsonia, quod erat antea munus parasitorum. Ipsi commeant de foro ad lenones, capite perinde detecto, atque condemnant reos in tribu, capite detecto; neque estimant tribus nuciis eos qui risum morent. Universi sese amant. Nam quando excessi pridem hinc, conveni juvenes in foro : Salvete, inquam ! Quo pergimus simul, inquam, ad cœnam ? Atque illi silent. Quis dicit illuc ? aut quis pollicetur cœnam ? alloquor. Tacent velut elingues, ne irrident quidem me. Ubi cœnabimus, inquam ? Atqui illi abnuunt. Profero unum verbum factum de acutioribus*

\*\*\*\*\*

Pll. 2. 3. 4. 6.—12 *Plagipatidas* Hl. 1. B. 1.—13 Hl. 1. a m. pr. *cum ederunt* ; C. *comederiunt*.—14 V. 3. *quod parasitorum* ; Hl. 1. a m. pr. *opsonia, quæ parasitorum*.—15 C. Pll. sex, *lenon es* ; Pl. 4. a m. pr. *leones*.—16 *In tribu quam edd. vett. et Bossch. Quin in tribu L. 1.*—17 Pll. 3. 4. 6. L. 1. Hl. 1. B. 1. *tam, pro jam*, Pl. 4. *teruncii* ; Pll. tres *trunci*. Hl. 1. B. 1. V. 2. 3. J. *quam sese*.—18 *Namque ut Bossch. accessit V. 1. ad deest in V. 2. L. 1.*—19 G. et Bossch. *Quo imus una, ad prandium?*—20 *Quis agit hoc* Hl. 1. B. 1. V. 2. 3. J. Pll. 1. 2. 3. 4. 5.—21 L. 1. *at illi*; *rò illi deest in Lgg.*—22 *Dico unicum*

#### NOTÆ

verberibus concidere, ad eos ad patientiam indurandos. Laconas appellat parasitos, id est, ad omne contumeliarum genus factos homines.

*Imi subsellii viros*] Parasiti in ultima subsellia, imosque accumbentium mensæ lectos suminovebantur per contemptum. *Imi* etiam *subsellii* dicuntur in ordine suo omnium minime spectati. Cicero: ‘Res longi subsellii’ est, quæ multorum indiget de-

liberatione.

12 *Plagipatidas*] Qui plagas ultro patiuntur : idem quod Lacones.

15 *Aperto capite*] Nonnisi involuto capite etiam Ethnici in loca inhonesta ingrediebantur. Parasitus hoc notat corruptos sæculi sui mores.

17 *Ne teruncii faciunt*] Id est, tribus uncisi. Pretium certum proverbialiter pro incerto.

Quibus solebam menstruales epulas ante adipiscier.  
 Nemo ridet: scivi extemulo rem de compacto geri.  
 Ne canem quidem irritatam voluit quisquam imitarier. 25  
 Saltem, si non arridenter, dentes ut restringerent.  
 Abeo ab illis postquam video me sic ludificarier.  
 Pergo ad alios, venio ad alios, deinde ad alios: una res.  
 Omnes compacto rem agunt, quasi in velabro olearii.  
 Nunc redeo inde, quoniam me ibi video ludificarier. 30  
 Item alii parasiti frustra obambulabant in foro.  
 Nunc barbarica lege certum est jus meum omne persecui.  
 Qui concilium iniere, quo nos victu et vita prohibeant;  
 His diem dicam, irrogabo multam: ut mihi coenas decem  
 Meo arbitratu dent, cum cara annona sit: sic egero. 35  
 Nunc ibo ad portum hinc: est illic mihi una spes cœ-  
 natica:

*verbis quibus consuereram antea consequi epulas in mensem integrum: nemo ridet. Intellexi statim id fieri, veluti de composito: ne unius quidem voluit imitari canem irritatam: si non arrident, quin saltem stringunt dentes. Postquam animadverto me ludificari, sic discedo ab iis, demigro ad alios, deinde ad alios: est eadem res. Cuncti gerunt id ex compacto, velut in tabernaculo in quo est oleum venale. Jam revertor inde, quoniam animadverto me ludificari ibi. Sic ceteri parasiti; versabuntur incassum in foro. Nunc statui persecui omne meum jus lege Romana; dicam diem iis qui iniurie consilium, quomodo nos arceant victu et vita: iata in eos, infligim pœnum, ut mihi parent decem carnas ad meum nutum, quando annona erit cara. Sic faciam. Nunc proficiscar hinc ad portum. Mihi offulget illic spes*



edd. quædam vett.—23 Qui s. Douz. Quibus s. dico Hl. 1. ante epulas Lgg.—24 C. et sex Pl. rem compacto.—25 Nec canem V. 2. 3. J.—26 V. 2. arrident.—27 Hl. 1. videro.—28 Demum ad alios V. 3.—30 V. 2. 3. J. cum me; L. 1. inde, inde cum video; Hl. 1. cum me ibi video; B. 1. quom me ibi video.—31 V. 2. L. 1. obumbulant.—32 Nunc barbara V. 2. lege deest in Hl. 1. a m. pr. omne meum J. Hl. 1.—33 Qui consilium L. 1. J. V. 1. 3. qui nos G.—34 Pl. 5. 6. mulctam; Pl. 2. multa.—35 Hl. 1. siet.—36 In J. et Hl. 1. est

## NOTÆ

25 *Canem irritatam*] Nudat dentes canis irritata, quamvis sine joco: id optaret sibi exhiberi saltem ab juvenute parasitus.

29 *Quasi in velabro olearii*] Qui res easdem venales proponunt, eam sibi legem indicunt, ut eodem pretio dividendant. ‘Velabrum olearii’ nihil est aliud quam quod superjicitur, tabernaculi in modum, oleo et olea-

riis ad arcendum calorem solis. Parasitus conqueritur de juvenibus, quibus est eadem agendi ratio; et rejiciendorum parasitorum, quasi facta conspiratione, voluntas.

32 *Barbarica lege*] Id est, Romana. Fingit enim Plautus in Græcia hanc exhiberi Fabulam. Erat autem Romæ lex, ut ne quis auctoritate privata conventum celebraret. Parasiti-

Si ea decollabit, redibo huc ad senem, ad cœnam asperam.  
una cœnandi : si ea se fellerit, repetam huc ad cœnam insuavem apud Hegionem.

deest : mi illic L. 1. mihi deest in Lgg.—3 Bossch. *decolabit* ; Pl. 1. *decolaudabit* ; Pl. 2. *decollaudabit* ; Pl. 5. *decollapsit* ; laenna est in Pl. 3.

## NOTÆ

tus reos juvenes dicit hujus sceleris,  
ut pote qui in parasitos, quasi con-  
ventu habito, conspirarint.

37 *Decollabit*] Nonius : ‘ De collo  
deponet.’ *Decollabit*, id est, de collo  
decidat, cadat. Veteres enim de col-

lo appendebant crumenam. Suetonio  
'succollare,' humeris subire. ‘De-  
collare’ aliis est ‘collum abscin-  
dere.’ Aliis cum uno l., *decolabit*, a  
liquoribus sumtum qui defluunt per  
colum.

## ACTUS TERTII SCENA SECUNDA.

## HEGIO.

Quid est suavius, quam bene rem gerere bono publico?  
sicut ego feci heri,

Cum emi hosce homines: ubi quisque vident, eunt obviam,  
Gratulanturque eam rem : ita me miserum restitando,  
Retinendoque lassum reddiderunt.

Vix ex gratulando miser jam eminebam.

5

Tandem abii ad prætorem : ibi vix requievi: rogo syn-  
graphum :

HEG. Quid est jucundius quam administrare recte negotium in bonum publi-  
cum, quemadmodum egi heri, quando mercatus sum illos homines? Statim atque  
omnes me conspiciunt, veniunt obviam, gratulantur eam rem. Sic me defatigave-  
runt infelicem, in me sistendo retinendoque. Vix surgebam jam infelix ex gratu-  
lando: tandem proiectus sum ad prætorem. Vix consedi ibi; rogo syngraphum.

1 Bossch. *here feci*.—3 Lgg. L. 1. V. 2. 3. *rescitando*.—4 *Retinendo* Bossch.  
*lapsum* V. 2.—5 H. *Vix e grat.* Pl. 5. *eximebam*.—6 *Tandem adii* edd. quæ-

## NOTÆ

5 *Miser*] Miserum se ipse vocat, quod complexu et gratulatione ami-  
corum retentus ac defessus sit.

*Eminebam*] Inter salutandum de-

mittunt sese, demisernntque semper  
homines; unde cum resurgunt, ‘emi-  
nere’ dicit poëta.

Datur mihi : ilico dedi Tyndaro : ille abiit domum.  
 Inde ilico revertor domum, postquam id actum est, co:  
 Protinus ad fratrem inde abii, mei ubi sunt alii captivi.  
 Rogo, Philocratem ex Alide ecquis omnium noverit ? 10  
 Tandem hic exclamat, eum sibi esse sodalem : dico esse  
 eum  
 Apud me : hic extemplo orat obsecratque, eum sibi ut  
 liceat  
 Videre : jussi ilico hunc exsolvi : nunc tu sequere me,  
 Ut quod me oravisti, impetres, eum hominem ut con-  
 venias.

*Mihi datur : illico dedi Tyndaro : ille migravit domum. Inde statim revertor domum, postquam id gestum est ibi : protinus ego commeari ad fratrem, ubi sunt mei alii captivi. Peto num quis eorum norit Philocratem Eliensem? Tandem hic exclamat eum esse suum sodalem. Dico eum esse apud me : hic statim rogat obtestaturque ut sibi liceat eum intueri. Mandari statim hunc exsolvi. Nunc tu, sequere me, ut consequaris quod me rogaristi, ut alloquaris hominem.*

dam vett.—7 Bossch. *rogo s. mi:* *Datur:* *illico,* &c.—8 V. 3. Hl. 1. tres Ph.  
 ed. pr. *prævortor;* V. 2. *pervortor.*—10 Lgg. *P. Alide.* Bossch. *norit.*—  
 11 *Tandem deest in H. G. M. B. 1. a m. pr. Hl. 1. 2. L. 1. J. V. 2. 3. et edd.*  
*vett. Hic aristophanes exclamat B. 1. dico eum esse Hl. 1. B. 1.*—13 Prono-  
 men *tu deest in L. 1.*

## ACTUS TERTII SCENA TERTIA.

TYNDARUS.

NUNC illud est, cum me fuisse, quam esse, nimio ma-  
 velim :

TYN. *Nunc ita se res habet, ut malim me esse mortuum, quam vivere : nunc spes,*

1 *Nunc illuc Hl. 1. a m. pr. quor me fuisse, quam ego nemo mavelim L. 1. nemo*

### NOTÆ

1 *Nimio mavelim]* Alii, *nimio ma-* liter tradidit dicere : et ‘volim’ ta-  
*volim.* ‘Mavolim’ et ‘volim’ an- men pro ‘velim’ proferebant antiqui.’  
*tiquitus, o retenta, sicut retinuit ‘no-* Cicero : ‘Quo facilius id quod di-  
*lim.’ Priscianus : ‘Pro ‘volam,’ cere volinius, intelligere possit.’*  
*‘velim’ auctoritas non irrationabi-*

Nunc spes, opes, auxiliaque a me segregant, spernuntque se.

Hic ille est dies, cum nulla vitæ meæ salus sperabilis est : Neque exilium exitio est; neque adeo spes, quæ mihi hunc appellat metum :

Nec mendaciis subdolis mihi usquam mantellum est meis : 5

Nec sycophantiis, nec fucis ullum mantellum obviam est :

Neque deprecatio perfidiis meis, nec malefactis fuga est :

Nec confidentiæ usquam hospitium est, nec diverticulum dolis.

Operta quæ fuere, aperta sunt : patent præstigiaæ.

Omnis res palam est: neque de hac re negotium est, quin male 10

Occidam, oppetamque pestem, heri vicem meamque.

Perdidit me Aristophontes hic, qui intro venit modo.

Is me novit: is sodalis Philocrati et cognatus est.

*opes, prasidia, recedunt a me, contemnuntque. Hic dies est ejusmodi, ut jam nulla salus affulgeat, neque apparet, quo declinem exitium. Neque adeo est spes ulla quæ depellat a me metum: neque mihi est usquam prætextus meis callidis mendaciis, nec occurrit ullum relamentum sycophantiis et fucis, neque excusatio meis fraudibus, neque est declinatio malefactis: neque est usquam perfugium audacie, neque diverticulum fallaciis: ea quæ fuerunt tecta, sunt reiecta; præstigiaæ patent; omnis res est palam: neque est quicquam quod impedit quominus dispeream mule, et oppetam mortem pro me et pro meo hero. Hic Aristophontes, qui mox ingressus est, me perdidit: is me novit: is est socius Philocrati, et cognatas. Neque Salus*

\*\*\*\*\*

*mavelim etiam Lgg. J. V. 1. 2. 3.—2 V. 2. sperant segregantque me; Pl. 4. sperant que me; Hl. 1. B. 1. J. V. 1. 3. L. 1. spernuntque me.—3 B. 1. salus s. est mecum. G. Hic est ille dies, quom . . . salus superabilis, omissio est.—4 C. Pl. sex, exitio 'st. Mox, metum deest in Hl. 1. B. 1. expellat Pl. 5. cispellat Pareus.—5 Neque edd. quædam vett. Nec subdolis mendaciis m. u. integumentum 'st. Bossch. integumentum cod. Meldens. ap. Lamb. tegmentum V. 2. Iu J. deerat hic versus, sed alia manns ascripsit.—7 Neque precatio Hl. 1. B. 1. J. V. 1. 2. 3. L. 1.—9 Opera L. 1.—10 Bossch. hac de re.—11 Bossch. meam, omissio τῷ que.—12 Hl. 1. B. 1. 2. Lgg. Pl. sex, C. V. 1. 2. 3. J. L. 1. qui venit modo intro.—*

#### NOTÆ

4 *Exilium exitio est]* Id est, qua evadam exitium, sive ab exitio. *Exilium hic est 'exitus.'*

6 *Mantellum]* Paludamenti genus tegendo et occultando corpori aptum, translatum ad prætextum, ob-

velandis animo animique vitiis idoneum.

7 *Neque deprecatio perfidiis]* 'De precari' apud oratores, est cum facinus confitetur reus, sed veniam rogat.

Neque jam Salus servare, si volt, me potest: nec copia est:

Nisi si aliquam corde machinor astutiam. 15

Quam, malum! quid machiner? quid comminiscar? maxumas

Nugas ineptiasque incipisso. Hæreo.

*ipsa me valet servare, si cupiat: nec est facultas, nisi comminiscor quandam fallaciam in animo. Quam, malum! Quid excogitem? Quid inveniam? Incipio maximus nugas ineptiasque. Hæreo.*



14 *Salus me* C. Pl. *servare Salus* Bossch.—15 *Neque si* V. 3. *Nisi si* meo Brunck. Bossch. al. *meo deest in omnibus codd. in L. 1. deest quoque si.* V. 2. *cordis.*—16 *Qua malum* Lgg. *Quod malum* Pl. 2. *quidem machinor* Pl. 1. 2. *qui machiner* Pl. 3. *quid machinor* L. 1.—17 Pl. 5. *inceptias incipisso;* V. 1. C. Mediol. 1500. Arg. 1514. *incipisse;* L. 1. *aliquot* Lgg. G. H. *incepisce;* Ald. *ineptiasque haud dubium est, me cæpisse horreo.* Pl. 6. Parei 2. *horreo.*

#### NOTÆ

14 *Neque jam Salus*] Hyperbole est est interjectio impatientis animi. A fines sunt interjectiones, illiberales quæ innuit tam funditus fortunas esse eversas, ut frustra Salus ipsa quidem, sed apud nos plus æquo usitatae, diable! peste!

16 *Quam, malum*] *Malum* hoc loco



### ACTUS TERTII SCENA QUARTA.

HEGIO, TYNDARUS, ARISTOPHONTES.

HE. *Quo illum nunc hominem proripuisse foras se dicam ex aedibus?*

TY. *Nunc enim vero ego occidi: eunt ad te hostes, Tyndare. Quid loquar?*

HE. *Quo nunc ille homo se subduxit ex aedibus?* TYN. *Nunc enim vero ego in- terii: hostes veniunt ad te, Tyndare. Quid dicam? Quid loquar? Quid negabo?*



1 *Quo im nunc* Bossch. *Quo nunc illum* V. 3. *foras dicam* Lgg.—2 V. 2. J.

#### NOTÆ

2 *Eunt ad te hostes*] Quasi dicat, *Tyndare, mets-toi bien sur tes gardes.*

Quid fabulabor? quid negabo? aut quid fatebor? mihi  
 Res omnis in incerto sita est: quid rebus confidam meis?  
 Utinam te Di prius perderent, quam periisti e patria tua, 5  
 Aristophontes, qui ex parata re imparatam omnem facis.  
 Occisa est haec res, nisi reperio atrocem mihi aliquam  
 astutiam.

**H.** Sequere: hem tibi hominem! adi, atque alloquere.  
**T.** quis homo est me hominum miseror?

**A.** Quid istuc est, quod meos te dicam fugitare oculos,  
 Tyndare?

Proque ignoto me aspernari, quasi me nunquam no-  
 veris ? 10

Evidem tam sum servus, quam tu: etsi ego domi  
 liber fui,

Tu usque a puero servitutem servivisti in Alide.

**H.** Edepol minime miror, si te fugitat, aut oculos tuos,  
 Aut si te odit, qui istum appelles Tyndarum pro Phi-  
 locrate.

**T.** Hegio, hic homo rabiosus habitus est in Alide. 15

Ne tu, quod istic fabuletur, aures immittas tuas;

Nam istic hastis insectatus est domi matrem et patrem.

*aut quid confitear? Omne negotium est positum in ancipi. Quid credam meæ sorti? Utinam Dii te perdidissent antequam perderes patriam, Aristophontes, qui efficis ex re instituta rem confusam! haec res est eversa, nisi comminiscor quandam fallaciam immanem. **H.** Sequere. Hem! tibi hominem: adi, atque alloquere. **T.** N. quis est homo miseror me hominum? **A.** Quid est illud, quod fugitas sic meos oculos, Tyndare, meque contemnis quasi ignotum, quasi me nunquam noveris? Evidem sum tam captivus quam tu; etsi ego fui liber domi, tu servisti servitutem in Elide usque a pueritia. **H.** Per ædem Pollucis non miror, si a te declinat, et a tuis oculis, aut si te aversatur, qui eum appelles Tyndarum pro Philocrate. **T.** N. Hegio, hic homo creditus est rabiosus in Elide; ne tu adhibeas tuas aures ad ea quæ iste garrit; elenim iste persecutus est domi patrem et matrem telis. Et ille*



Hl. 1. a m. pr. G. H. vero occidi, omissio pronomine.—3 Lgg. aut fatebor.  
 V. 1. 2. 3. L. 1. J. mihi res.—4 V. 2. omnis incerto, omissa præpositione.—5 J. proprius perderint; Hl. 1. B. 1. J. V. 1. 2. 3. L. 1. quam peristi; Bossch. per-  
 derent prius, quam peristi e patria, omissa tua.—6 V. 3. Hl. 1. a m. pr. ed.  
 Tarvis. 1481. re imparatam rem omnem; V. 1. 2. L. 1. J. C. Pl. 2. 3. 4. 6. im-  
 paratam.—7 Voc. aliquam deest in L. 1.—8 C. em tibi; L. 1. en tibi; V. 2.  
 hunc tibi. Bossch. audi, et alloquere; Hl. 1. a m. pr. adi atque eloquere. L. 1.  
 est hominum, omissio pronomine.—9 Edd. quædani vett. oculos dicam fugitare;  
 Ald. dicam sic fugiture, &c.—12 Lgg. servivisti Alide.—13 M. miror minime.  
 Hl. 1. B. 1. J. V. 2. G. M. is si te.—15 Non. rubidosus. Lgg. est Alide.—16  
 V. 1. J. istuc. Hl. 1. in aures.—17 Hl. 1. V. 1. J. patrem et matrem.—18 Et

Et illic isti, qui sputatur, morbus interdum venit.

Proin' tu ab istoc procul recedas. HE. ultro istum a me.  
AR. ain', verbero,

Me rabiosum? atque insectatum esse hastis meum  
memoras patrem? 20

Et eum morbum mihi esse, ut qui me opus sit insputarier?

HE. Ne verere: multos iste morbus homines macerat,

Quibus insputari saluti fuit. TY. atque Aliis profuit.

AR. Quid tu autem, etiam huic credis? HE. quid ego  
credam huic? AR. insanum esse me.

TY. Viden' tu hunc, quam inimico voltu intuetur? concedi  
optimum est. 25

Hegio, fit quod tibi ego dixi: gliscit rabies: cave tibi.

HE. Credidi esse insanum extemplo, ubi te appellavit  
Tyndarum.

TY. Quin suum ipse interdum ignorat nomen, neque scit  
qui siet.

*morbus illum corripit nonnunquam, qui levatur sputo. Proinde tu absiste longe ab isto. HE. Ultro istum a me. AR. Dicisne, mastigia, me rabie percitum? et dicis me persecutum esse cum telis meum patrem, et mihi esse eum morbum quem oportet curari sputo? HE. Ne pudeat te istius morbi: iste morbus vexat multos homines, quibus fuit salutare insputari. TYN. Atque fuit salutare Eliensibus. AR. Quid? tu etiam huic habes fidem? HE. Quid huic credam igitur? AR. Me esse dementem. TYN. Cernisne tu hunc, quam intuetur vultu torvo? est bonum absistere. Hegio, id fit quod ego tibi dixi: rabies invalidit: cave tibi. HE. Arbitratus sum eum esse recordem, statim atque te appellavit Tyndarum. TYN. Quin ipse ignorat suum nomen aliquando, neque scit, qui sit. HE. Sed etiam dicebat te*



*ille isti L. 1. isti deest in quibusdam edd. vett.—19 Bossch. procul abscedas. Lgg. ain verbiverbio.—20 Lgg. insectatum hastis. Hl. 1. hastis esse.—21 V. 3. Et eum mihi morbum. Hl. 1. a m. pr. Lgg. et Bossch. esse, qui.—22 Hl. 1. iste moribus. Mox, homines deest in C.—23 V. 2. sputuri. Hl. 1. B. 1. V. 2. 3. L. 1. J. C. et nonnulli Pll. atque his; aliquot Lgg. et Pll. et V. 1. a m. pr. atqui iis; reliqui Lgg. atque eis.—24 Quid autem L. 1. hnic etiam V. 2.—25 Voc. intuetur deest in V. 1. optimus Lgg.—26 L. 1. J. V. 3. sic quod; V. 1. sit quod; V. 2. si quod. Edd. quædam vett. ego tibi dixi; H. M. Ald. Junt. omittunt pronomen ego.—27 Voc. extempo deest in Lgg. ubi te desunt L. 1. uppellavit C.—28 Quia suum C. Pll. sex, V. 1. 2. L. 1. interdum ipse B. 1. ipse deest in*

#### NOTÆ

18 *Qui sputatur, morbus]* Comitialis est, sen Herculeus, ad cuius arcen-dam contagionem despudendum esse censebant medici, si quis in eum in-cideret qui hoc morbo jactaretur.

Porro instinctu nescio quo despui-mus, si aut putre aliquod vulnus con-spicimus, aut tetro aliquo odore oc-eupamus.

26 *Gliscit]* Id est, augescit, ignes-

**H.** At etiam te suum sodalem esse aiebat. **T.** haud vidi magis.

Et quidem Alcmæo, atque Orestes, et Lycurgus postea 30 Una opera mihi sunt sodales, qua iste. **A.** at etiam, furcifer,

Male mihi loqui audes? non ego te novi? **H.** pol planum id quidem est

Non novisse, qui istunc appelles Tyndarum pro Philocrate. Quem vides, eum ignoras: illum nominas, quem non vides.

**A.** Immo iste eum sese ait, qui non est, esse: et qui vero est, negat. 35

**T.** Tu enim repertus, Philocratem qui superes veri- verbio!

**A.** Pol, ego ut rem video, tu inventus, vera vanitudine Qui convincas: sed quæso, hercle, agedum aspice ad me.

**T.** hem. **A.** dic modo,

esse suum socium. **T.** Nunquam vidi hominem; Alcmæo, atque Orestes et Lycurgus, sunt mei sodales perinde atque iste. **A.** Sed etiam, furcifer, tu audes male loqui de me? ego non te novi? **H.** Per Pollucem id profecto est apertum, te non novisse eum quem appellas Tyndarum pro Philocrate. Ignoras eum quem cernis, nominas illum quem non cernis. **A.** Immo iste dicit sese esse eum qui non est; negat vero se esse qui est. **T.** Tu enim inventus es qui vincas Philocratem sinceritate in verbis! **A.** Per Pollucem, ut ego animadverto, tu es repertus qui vera dicentem vincas vanis dictis. Sed agedum per Herculem, aspice ad me, quæso. **T.** Hem! **A.** Dic jam, negas te esse Tyndarum? **T.** Nego,



Hl. 1. a m. pr. et J.—29 *At etiam suum te* Hl. 1. *Ac etiam* V. 1. 2. L. 1. *au-*  
*divi Di magis* J. V. 3. *O, audivi, Di, magis* Lgg. *audivi Dii magni* Hl. 1. B. 1.  
*audiiri Di magni al. ap.* Bossch.—30 *Alcinous* Hl. 1. B. 1. nonnulli Pll. V. 2. 3.  
*Alcineus* L. 1. *Alcionus* J. *Alcmeus* C. V. 1. *Alcmaeus* Lgg. *Alcious* Pl. 4. *Al-*  
*cynous* Pl. 5. *Horestes* Hl. 1. B. 1. *Licurgus* C. Pll. 2. 4.—31 *Tua operu* edd.  
*quædam vett. qua et iste* Hl. 1. a m. sec.—32 *Male mihi l. mihi audes* C. *non*  
*ego novi* Hl. 1. a m. pr. *num ego novi* J. *phanum, vel phanom* codd. ap. Bossch.  
*phanō* Hl. 1. *phanum* B. 1.—33 *Voc. istunc deest* in Hl. 1. L. 1. V. 2. 3. J. *ap-*  
*pellas* V. 2. J.—35 Lgg. *esse: qui.* Mox, vero deest in J.—36 *Tum enim* L. 1.  
V. 2. *Philocrates q. s. verbo* L. 1.—37 *Pol, ut rem* J.—38 *Quid* V. 2.—39 *Tu*

#### NOTE

cit. Est a Græco γλσχωμαι, appelo. *mus, Amphiaraï et Eriphilæ filius, Virgil. 'acceuso gliscit violentia imperio patris matrem interemit. Turno.'*

30 *Alcmæo, atque Orestes, et Lycurgus]* Tres furiosi insignes. *Pri-* *træ filius, matrem necavit. Lycur-*

*gus Thracius, quia vitibus excisis in*

Te negas Tyndarum esse? TY. nego inquam. AR. tun' te Philocratem esse ais?

TY. Ego inquam. AR. tune huic credis? HE. plus quidem, quam tibi aut mihi: 40

Nam ille quidem, quem tu hunc memoras esse, hodie hinc abiit Alidem

Ad patrem hujus. AR. quem patrem, qui servus est?

TY. et tu quidem

Servus et liber fuisti, et ego me confido fore,

Si hujus huc reconciliasso in libertatem filium.

AR. Quid ais, furcifer? tun' te gnatum memoras liberum?

TY. Non equidem me Liberum, sed Philocratem esse aio.

AR. quid est? 46

Ut scelestus, Hegio, nunc is te ludos facit!

Nam is est servus ipse, neque præter se unquam ei servus fuit.

TY. Quia tute ipse eges in patria, nec tibi, qui vivas, domi est,

Omneis inveniri similes tibi vis: non mirum facis. 50

inquam. AR. Tune dicas te esse Philocratem? TYN. Ego, inquam. AR. Credisne huic tu, Hegio? HE. Magis profecto quam tibi aut mihi. Nam ille quidem quem tu loqueris hunc esse, abiit hodie hinc in Elidem ad patrem hujus. AR. Quem patrem, qui est scrus? TYN. Et tu quidem fuisti servus et liber, et ego spero me fore liberum, si reduxero in libertatem filium Hegionis. AR. Quid ais, furcifer? Tune dicas te natum liberum? TYN. Ego profecto non dico me esse liberum, sed esse Philocratem. AR. Quid est quod hic nefarius, Hegio, te ludificatur nunc! nam is ipse est servus, neque unquam ei fuit servus præter se. TYN. Quoniam tu ipse es inops in patria, nec tibi est domi quo vivas, vis cunctos reperiri tibi



negas te T. esse? tun' te, &c. Bossch. tu te Hl. 1. B. 1. V. 1. te tu L. 1.—40  
Ego me Bossch. tu hinc Hl. 1.—41 V. 1. 3. L. 1. J. quem tu mem. esse; in Hl. 1. B. 1. deest hunc. In V. 1. Alidem deest.—44 Si hujus hunc C. V. 1. huc deest in Pll. 1. 2.—45 J. tuum te g. m. libertum; Ald. gnatum esse huic m. liberum.—47 Hegioni huic iste Douz. nunc iste V. 1. 2. 3. L. 1. J.—48 Pll. V. 2. 3. L. 1. J. Hl. 1. B. 1. præter eum quisquam ei; Voss. 1. præter eum quam ei; sed ei deest in C. a m. pr.—49 Lgg. C. domi'st.—50 Onnis C. V. 1. 2. 3.

#### NOTÆ

Thracia, et abrogato vini usu, Bacchum offenderat, in furorem actus est. ostendit servos fuisse apud veteres sient bellus, in quibus nulla cura est genealogia, quo patre sint, et cuius prolis auctores.

42 Quem patrem] Id Aristophontis

Est miserorum, ut malevolentes sint atque invideant bonis.

**AR.** Hegio vide sis, ne quid tu huic temere insistas credere.

Atque ut perspicio, profecto jam aliquid pugnæ edidit.

Filium tuum quod redimere se ait, id neutiquam mihi placet.

**TY.** Scio te id nolle fieri: efficiam tamen ego id, si Di adjuvant. 55

Illum restituam huic, hic autem in Alidem me meo patri. Propterea ad patrem hinc amisi Tyndarum. **AR.** quin tute is es;

Neque præter te in Alide ullus servus istoc nomine est.

**TY.** Pergin' servom me exprobrare esse, id quod vi hostili obtigit?

**AR.** Enimvero jam nequeo contineri. **TY.** heus! audin' quid ait? quin fugis? 60

Jam illic hic nos insectabit lapidibus, nisi illum jubes Comprehendi. **AR.** crucior. **TY.** ardent oculi: fune opu' st, Hegio.

Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis?

*similes: non facis mirum, est infeliciū ut sint malevolentēs atque invidi dixitibus.*  
**AR.** Vide, si vis, Hegio, ne tu pergas huic credere temere; et, ut animadverto, profecto jam machinatus est aliquid: quia dicit se redimere tuum filium, id nullo modo mihi placet. **TYN.** Intellige te nolle id fieri; tamen assequar id ego, si Dii opitulentur: illum huic reddam, hic vero me reddet meo patri in Elide; idcirco dimisi hinc Tyndarum ad patrem. **AR.** Quin es tu ipse, neque est ullus servus eo nomine in Elide præter te. **TYN.** Prosequerisne exprobrare me esse servum, id quod accidit viribus hostiū? **AR.** Profecto non possum me continere. **TYN.** Heus! audisne quid ait? quin fugis? Ille nos insequetur modo lapidibus, nisi mandas eum teneri. **AR.** Crucior. **TYN.** Oculi scintillant: opus est funibus, Hegio: animadvertisne tu corpus universum aspersum maculis luridis? Atra bilis



**J. L. 1. Hl. 1. B. 1. edd. vett. invenire L. 1. J.—51 L. 1. incident.—52 Vide sis Hegio Bossch.—53 Atque ut perficio V. 2. dedit Sciop.—54 V. 2. quo redimere; L. 1. quem redimere; H. tuum quod se redimere ait, id ne utquam, &c. Hl. 1. 2. B. 1. J. id ne inquam mihi. Bossch, delet mihi.—55 Scio id te J. Di audiunt L. 2.—57 L. 1. V. 2. hinc admisi. L. 1. tute es.—59 J. servo exprobare id.—60 L. 1. Pl. 2. heus quid agis; Hl. 1. B. 1. V. 1. 2. 3. J. heus tu quid agis?—61 B. 1. L. 1. V. 2. insectabitur. C. Pl. Lgg. nisi illunc.—62 L. 1. J. V. 2.**

#### NOTÆ

63 *Maculis luridis]* Croceis, quia ‘lura’ est pellis cruda et minime

Atra bilis agitat hominem. AR. at pol te, si hic sapiat senex,

Atra pix agitat apud carnificem, tuoque capiti illuceat. 65  
TY. Jam deliramenta loquitur : larvae stimulant virum.

HE. Quid? quid si hunc comprehendi jussерim? TY. sa-  
pias magis.

AR. Crucior lapidem non habere me, ut illi mastigiae  
Cerebrum excutiam, qui me insanum verbis concinnat  
suis.

TY. Audin' lapidem quæritare? AR. solus te solum volo,  
Hegio. HE. istinc loquere, si quid vis, procul tamen  
audiam. 71

TY. Namque edepol si adbites propius, os denasabit tibi  
Mordicus. AR. neque pol me insanum, Hegio, esse  
creduis,

Neque fuisse unquam, neque esse morbum quem istic  
autumat.

texat hominem. AR. Sed per Pollucem si hic senex sapiat, pix atra te agitat  
apud carnificem, infundeturque tuo capiti accensa. TYN. Nunc delirat, intempe-  
riae præcipitant hominem. HE. Quid? quid si mandaverim hunc capi? TYN.  
Recte feceris. AR. Crucior me non habere lapidem, ut excutiam cerebrum illi fur-  
cifero, qui singit me esse insanum suis dictis. TYN. Audisne eum queritare lapi-  
dem? AR. Volo te alloqui solus solum, Hegio. HE. Loquere istinc, si vis ali-  
quid; tamen accipiam a longe. TYN. Nam per ædēm Pollucis, si accedas propius,  
tibi eximet nasum ex vultu dentibus. AR. Neque per Pollucem credas me esse de-  
mentem, Hegio, neque extitisse unquam, neque esse morbum quem iste dicit: sed



3. opus est; C. et V. 1. fit opu'st.—63 L. 1. maculis liridis.—64 V. 2. si hoc  
agit senex. J. sapit.—65 Atra pix agitat te Hl. 1. agitat L. 1. V. 2. Atra p.  
apud c. agitat Bossch.—67 Hercle quid si Hl. 1. B. 1. sex Pl. Lgg. sapi V. 2.  
—69 V. 2. qui insanum.—72 V. 2. B. 1. si habites; Hl. in litura, si' abdites;  
Hl. 1. in marg. si' abdites. Mox, in eodem, os densabit; B. 1. os desannabit.—  
73 Mordicibus Pl. 4. insanum me V. 3. J. Hegio deest in V. 2. L. 1.—75 J.

#### NOTE

tincta, quæ celeriter lutea fit. Hic color est hominum furore percitorum.

64 *Atra bilis*] Hujus quarti humoris peccatum est recordia.

65 *Atra pix*] Ludit in verbo *atra*. Porro *pix* in mactandis servis adhibebatur, et de capite accendebatur.

66 *Deliramenta*] Verba inconcinna,

aut bonæ mentis expertia, a 'lira,'  
sen sulco agri, qui, nisi rectus est,  
delirus esse dicitur.

*Larvæ*] Lemures, mali dæmones,  
Furia, idem sonant. His terreri di-  
cebantur a mente sana dejecti.

72 *Abdites*] Accedes: 'abrito,' ve-  
tus verbum, nt 'rebito,' a 'beto'  
veteri, unde est 'dubito.'

Verum si quid metuis a me, jube me vinciri: volo, 75  
 Dum istic itidem vinciatur. TY. immo enim vero, Hegio,  
 Istan, qui volt, vinciatur. AR. tace modo: ego te, Philocrates

False, faciam, ut verus hodie reperiare Tyndarus.

Quid mi abnutas? TY. tibi ego abnuto? quid agat, si  
 absis longius?

HE. Quid ais? quid si adeam hunc insanum? TY. nugas  
 ludificabitur; 80

Garriet quod neque pes unquam, neque caput compareat.  
 Ornamenta absunt; Ajacem, hunc cum vides, ipsum vides.

HE. Nihili facio, tamen adibo. TY. nunc ego omnino  
 occidi;

Nunc ego inter sacrum saxumque sto; nec, quid faciam, scio.

HE. Do tibi operam, Aristophontes, si quid est, quod  
 me velis. 85

*si metuis aliquid a me, manda me constringi. Volo, modo iste similiter constrin-  
 gatur. TYN. Immo enimvero, Hegio, iste constringatur qui vult. AR. Sile  
 modo, ego efficiam hodie, Tyndare, ut reperiari falsus Philocrates. Quare mihi  
 innuis oculis? TYN. Ego tibi innuo? Quid faciat, si distes longius? HE.  
 Quid dicis? Quid si accedam ad hunc amentem? TYN. Effutiet nugas; proferet  
 ea in quibus non appareat neque pes neque caput. Nisi quod desunt vestimenta,  
 quando cernis hunc, cernis ipsum Ajacem. HE. Non curo, tamen accedam. TYN.  
 Nunc ego perii funditus, nunc ego sto inter sacrum et saxum, neque scio quid  
 agam. HE. Te audio, Aristophontes, si est aliquid quod me velis. AR. Audies*



*metius a jube. C. vincire.—77 Pli. sex, C. a m. pr. V. 1. 2. 3. L. 1. J. Hl.  
 1. B. 1. 2. ego Philocrates.—78 Verbum faciam deest in L. 1. r̄d longius in  
 V. 1. 2. 3. L. 1. J. Hl. 1. B. 1. a seq. vs. ad finem hujus retractum est.—79  
 Quid mihi C. et sex Pli. obnutas V. 2.—81 Lamb. quo neque; al. ap. Pareum,  
 quoi neque.—82 Ornamenta adsunt Hl. 1. V. 1. 2. Hora menta absunt Pli. sex,  
 V. 3. J.—83 Nihil V. 3. omniō ego V. 1. 2. 3. L. 1. J.—84 L. 1. intra. Hl. 1.*

#### NOTÆ

79 *Abnutas*] ‘Abnute’ est innuere aliquid non esse dicendum aut faciendum.

81 *Garriet quod neque pes unquam, neque caput*] Absurda effutiet; in quibus neque finis initio, neque medium utrisque cohæreat.

82 *Ornamenta*] Vestes et arma Ajaxis absunt; sed adest Ajax ipse,

præceps furore et amentia. Alii, armata.

84 *Inter sacrum saxumque sto*] Proverbium a foedernm ineundorum cærimoniis: feriebatur enim saxo porca in capite: unde ‘ferire fœdus.’ Qui igitur porcam ‘saxumque inter stet,’ necesse est feriri. In eo autem possum est proverbii acumen, quod

**AR.** Ex me audibis vera, quæ nunc falsa opinare, Hegio.  
 Sed hoc primum me expurgare tibi volo, me insaniam  
 Neque tenere, neque mi esse ullum morbum, nisi quod  
 servio.

**At** ita me rex Deorum atque hominum faxit patriæ com-  
 potem,

**Ut** istic Philocrates non magis est, quam aut ego, aut tu.

**HE.** echo! dic mihi, 90

**Quis** igitur ille est? **AR.** quem dudum dixi a prin-  
 cípio tibi.

**Hoc** si secus reperies, nullam causam dico, quin mihi  
 Et parentum et libertatis apud te deliquio siet.

**HE.** Quid tu ais? **TY.** me tuum esse servom, et te meum  
 herum. **HE.** haud istuc rogo.

**Fuistin' liber?** **TY.** fui. **AR.** enimvero non fuit, nugas  
 agit. 95

**TY.** Qui tu scis? an tu fortasse fuisti meæ matri obstetrix,  
 Qui id tam audacter dicere audes? **AR.** puerum te vidi  
 puer.

**TY.** At ego te video major majorem: hem rursum tibi!

*ex me vera qua arbitraris nunc esse falsa, Hegio: sed primum volo me purgare tibi de his, me neque insanire, neque mihi esse morbum, nisi servitutis. Sed rex Deorum et hominum nunquam me restituat patriæ, si iste est magis Philocrates, quam aut ego, aut tu. HE. Echo! dic mihi quid est igitur ille? AR. Quem tibi dixi pridem a principio. Si reperies hoc secus ac dico, sit nulla causa quin caream parentibus et libertate. HE. Quid dicis tu? TYN. Me esse tuum serrum, et te esse meum herum. HE. Non peto id: fuistine liber? TYN. Fui. AR. Certe non fuit; nugatur. TYN. Quid scis tu? Fuistine forsitan obstetrix meæ matris, qui audes dicere id tam audacter? AR. Te vidi puerum puer. TYN. Sed ego te video major majorem. Hem! id tibi repono. Noli curare meas res, si agas recte:*

\*\*\*\*\*

*saccum saxumque.—85 L. 1. si quidem est.—87 Sed istoe Bossch. Sed hac V. 1. 3. J. Hl. 1. 2. B. 1. expugnare L. 1. V. 3.—88 L. 1. esse nullum.—89 Atque ita L. 1. V. 2. J. Atque me Hl. 1. a m. pr. ac hominum V. 2. L. 1. Hl. 1. B. 1.—91 Quis i. illic est Lgg. Quis illic ergo est L. 1. a principio tibi desunt in V. 2. quam dudum a principio dixi tibi V. 3.—92 Voc. reperies deest in L. 1.—93 C. a m. pr. et L. 1. delinquio.—95 Pl. 3. vero non fuit. In V. 2. desunt nugas agis; V. 3. nugas ait.—96 Quid tu L. 1. obstetrix C.—97 Quod tam id L. 1.—98 J. Hl. 1. major video. V. 3. hem tibi rursum; V. 2.*

#### NOTÆ

*' dispendio nostro alii pacem ineant,' font la paix à nos dépens.*

**Meam rem non cures, si recte facias : num ego curo tuam ?**  
**HE.** Fuitne huic pater Thesaurochrysonicochrysides ? 100  
**AR.** Non fuit: neque ego istuc nomen unquam audivi ante hunc diem.

Philocrati Theodoromedes fuit pater. **TY.** pereo probe.

**Quin quiescis dierectum cor meum ! I,** ac suspende te.

**Tu sussultas, ego miser vix asto præ formidine.**

**HE.** Satin' istuc mihi exquisitum est fuisse hunc servum in Alide, 105

**Neque esse hunc Philocratem ? AR.** tam satis, quam nunquam hoc invenies secus.

**Sed, ubi is nunc est ? HE.** ubi ego minime, atque ipsus se volt maxume.

**Tum igitur ego deruncinatus, deartuatus sum miser**

**Hujus scelesti technis, qui me, ut lubitum est, ductavit dolis.**

**Sed vide sis. AR.** quin exploratum dico, et provisum hoc tibi. 110

*non ego curo tuas. HE. Thesaurochrysonicochrysides fuitne ejus pater? AR. Non fuit, neque ego audiri unquam ante hunc diem illud nomen. Pater Philocratis fuit Theodoromedes. TYN. Pereo plane. Quare non quiescis, o cor? Quid sic agitaris? I, et te suspende. Tu subsilis, ego infelix vix consisto præ metu. HE. Nunc satis jam compertum hunc fuisse seruum in Elide, neque hunc esse Philocratem? AR. Adeo satis, ut nunquam invenies secus. Sed ubi est nunc Philocrates? HE. Ubi ego minime, atque ipse se volt maxime. Tum igitur ego dedolatus sum, membratim disceptus, infelix, fraudibus hujus nefarii, qui me circumvenit ut voluit. Sed vide si vis. AR. Quin tibi dico exploratum et compertum*



*rursus tibi materialis est Non cures.—99 J. ne cures.—100 Fuit num hic V. 2. Thesauro-Chrysonico Chrysides Lgg. Ceteri codd. variant ut supra 11. 2. 33. —101 V. 3. audiri hunc.—102 Voc. pater deest in Hl. 1.—103 Quin quiesce tu dierecte Lamb. Quin quiesce Bossch. die erectum . . . suspendere te V. 2. dic ejectum L. 1. dic erectum cor mecum ac s. te B. 1. cor meum dic enatum ac s. te Hl. 1. cor meum dierectum J. die rectum V. 1. die crectum V. 3. meum ac C. Pl. —104 Tu suffultum Lgg.—105 Satin' exquisitum mihi istuc est fuisse servum in Alide hunc Lgg. istuc deest in L. 1. V. 2. J. Hl. 1. B. 1. mihi deest in L. 1. fuisse deest in V. 2.—106 Hl. 1. B. V. 2. 3. L. 1. J. Lgg. invenies hoc.—107 Sed ubi nunc V. 3.—108 Pl. 5. ergo erunnatus; B. 1. J. V. 3. ego erunnatus; L. 1. ego herum natus; V. 3. ego erinatus dearmatur; Hl. 1. ego erūpnatus.—*

#### NOTÆ

103 *Dierectum cor*] Id est, cor, cuius motus est erectus et incitatus. parabili, 'di,' et 'erectus,' quod accidit in vehementi metu.

Vox composita a præpositione inse-

**H.** Certon' ? **A.** quin nihil, inquam, invenies magis hoc certo certius.

Philocrates jam inde usque amicus fuit mihi a puer o puer.

**H.** Sed qua facie est tuus sodalis Philocrates ? **A.** dicam tibi :

Macilento ore, naso acuto, corpore albo, et oculis nigris, Subrusus aliquantum, crispus, cincinnatus. **H.** convenit.

**T.** Ut quidem, hercle, in medium ego hodie pessume processerim. 116

Væ illis virgis miseris, quæ hodie in tergo morientur meo !

**H.** Verba mihi data esse video. **T.** quid cessatis compedes

Currere ad me, meaque amplecti crura, ut vos custodiam ?

**H.** Satin' me illi hodie scelesti capti ceperunt dolo ? 120

Ilic servum se assimulabat, hic sese autem liberum.

Nucleum amisi, reliquit pigneri putamina.

Ita mihi stolido sursum vorsum os sublevere offuciis.

*hoc. H. Certone ? A. Quin nihil reperies unquam magis certum hac re-  
Philocrates fuit semper meus amicus jam inde usque a pueris puer. H. Sed quo  
vultu est tuus socius Philocrates ? A. Tibi dicam, ore macilento, naso acuto, cor-  
porе albo, et oculis nigris, subrusus aliquantulum, crispus, cincinnatus. H. Convenit—  
Tyn. Ut quidem ego per Herculem venerim hodie in medium infuste. Væ illis in-  
felicibus virgis quæ morientur hodie in meo tergo ! H. Video me esse delusum.  
Tyn. Quid cessatis compedes accedere ad me, amplectique mea crura, ut vos servem ?  
H. Illi nequam captivi mene satis circumveinerunt hodie dolo ? Ille se assimulabat  
servum, hic sese autem liberum ! Perdidi nucleum, relictum est in pignus putamen.  
Sic me suspendere stolidum naso in omnem partem fraudibus. Hic sane nunquam irri-*



110 L. 1. dicto et prov. tibi hoc.—111 J. et Hl. 1. a m. pr. unquam invenies ; L. 1. inquam inveneris.—112 In L. 1. mihi deest.—113 Lgg. tuus socius.—115 S. aliquantulum Lgg.—116 Ut q. ego, hercle, in m. ego V. 2.—118 V. mihi esse dicta V. 2.—120 Santin C. capiti V. 2. et C. a m. pr. captivi edd. quædam vett.—121 Ilic servum sese L. 1. V. 2. 3. J.—122 Nucleum Lgg. Pl. reliqui Hl. 1. in litura, C. Pl. 2. Pl. 1. a m. pr. V. 2.—123 C. versum ; Pl. Hl. 1.

#### NOTÆ

122 *Nucleum amisi*] Allegoricum proverbium, pro decepto rerum corticibus et specie. Alii *nuculeum*, ut olim ‘tempulum,’ ‘templum,’ et etiam ‘periculum,’ ‘periculum,’ ‘vinculum,’ ‘vinclum.’

*Pigneri*] Vetus pro ‘pignori.’ Re-

*Delph. et Var. Clas.*

tinet e in ‘oppignerio.’

*Putamina*] Sunt quæ sunt resecanda, ut verbum sonat ipsum, qnibus ‘putatis,’ puræ putæque res manent.

123 *Offuciis*] A ‘fuco.’

*Plaut.*

Hic quidem me nunquam irridebit. Colaphe, Cordalio,  
Corax,  
124  
Ite istinc, atque efferte lora. Lo. num lignatum mittimur?

debit me. Colaphe, Cordalio, Corax, ite istinc, et afferte lora. Lo. num mittimur ad concidenda ligna?

---

B. 1. 2. V. 1. 2. 3. L. 1. J. os deest in L. 1. hos V. 1. J. sublivere Hl. 1. 2. B.  
1. 2. Pll. C. a m. pr. officiis Hl. 1. versutis os sublevere officiis J. Gulielm.—  
125 Ite istuc V. 1. 2. 3. L. 1. J. atque hæc ferte V. 1. 2. 3. L. 1. J. Hl. 1. 2.  
B. 1. 2. ligatum L. 1.

---

### ACTUS TERTII SCENA QUINTA.

HEGIO, TYNDARUS, ARISTOPHONTES.

HE. INJICITE huic manicas mastigiae.

TY. Quid hoc est negotii? quid ego deliqui? HE. rogas?  
Sator sartorque scelerum, et messor maxume.

TY. Non occatorem dicere audebas prius?

Nam semper occant prius, quam sarriunt rustici. 5

HE. At ut confidenter mihi contra astitit!

TY. Decet innocentem servom atque innoxium

HE. Immittite velociter vincula manibus hujus flagrionis. TYN. Quid rei est illud? Quid ego peccavi? HE. Postulas? sator artifexque scelerum, et messor maxime. TYN. Non dixisti prius occatorem? nam agricolæ occant semper prius- quam sarriunt. HE. At ut mihi astat audacter! TYN. Oportet serum inno-

---

1 Inicite C. Pll. sex; Injicite actutum Ald. Junt. Ven. 1518. &c. actutum deest in Pll. C. V. 1. 2. 3. J. L. 1. et in omnibus edd. ante Ald. manicas huic Bossch.—2 Quid hoc'st V. 1. 2. 3. L. 1. J. al. Quid est L. 1. negoti V. 1. 2. L. 1. J. rogitas V. 2.—4 Non deest in Pll. sex, L. 2. Lgg. debebas prius Lgg. V. 2. 3. J.—5 Namque semper Hl. 1. a m. sec.—6 At confidenter J. et

### NOTÆ

3 Sator sartorque] Hinc patet ex Plauti sententia ‘sartorem’ dici, non solum a ‘sartiendo,’ verumetiam a ‘sarriendo,’ id est, sarculo inutiles herbas convellendo. Vernacula sarteler. Quasi ‘sarritor:’ nisi quod suo

more Plautus ludere voluerit affinitate dñarum vocum sator et sartor.

5 Occant] ‘Occare’ est, grandi- ores glebas comminuere, ut ne obsint germinanti et surgenti segeti, et quo semen contegatur.

- Confidentem esse, suum apud herum potissimum.  
**H.E.** Astringite isti sultis vehementer manus.  
**TY.** Tuus sum, tuas quidem vel præcidi jube. 10  
 Sed quid negotii est, quamobrem succenses mihi?  
**H.E.** Quia me meamque rem, quod in te uno fuit,  
 Tuis scelestis falsidicis fallaciis  
 Delaceravisti, deartuavistique opes.  
**Confecisti** omnes res ac rationes meas. 15  
 Ita mi exemisti Philocratem fallaciis.  
**Illum** esse servom credidi, te liberum.  
 Ita vosmet aiebatis, itaque nomina  
 Inter vos permutastis. **TY.** fateor, omnia  
**Facta esse** ita, ut tu dicis, et fallaciis 20  
 Abiisse eum abs te, mea opera atque astutia:  
 An, obsecro hercle te, id nunc succenses mihi?  
**H.E.** At cum cruciatu maxumo id factum est tuo.  
**TY.** Dum ne ob malefacta peream, parvi æstimo.  
 Si ego hic peribo, ast ille ut dixit, non redit: 25  
 At erit mihi hoc factum mortuo memorabile;  
 Meum herum captum ex servitute, atque hostibus

*centem et innoxium esse audacem, apud suum herum potissimum. H.E. Constringite arctissime, si vultis, manus. TYN. Sum tuns, manda amputari etiam eas quæ sunt tuae. Sed quid rei est, quamobrem irasceris mihi? H.E. Quoniam me concidisti, et meas res, quantum fuit in te uno, et dilaceravisti meas opes tuis dolis mendacibus: confecisti omnes meus res ac rationes. Nimurum mihi subduxisti Philocratem fraudibus: existimavi illum esse servum, te liberum, sicut vos ipsi dicebatis; et idcirco permutastis nominu inter vos. TYN. Confiteor cuncta esse gesta sicut tu loqueris, et eum discessisse abs te fraudibus, mea opera et calliditate: an te rogo mihi irasceris idcirco? H.E. Sed id commissum est cum tuo maximo cruciatu. TYN. Non est mihi tanti, dummodo non peream propter scelus. Si ergo peribo hic, quia ille non revertitur, ut est pollicitus, hoc mihi erit gloriosum, quando ero mortuus, effecisse mea morte ut meus herus captus ab hostibus, revertatur vin-*

Hl. 1. a m. pr.—8 Hl. 1. suum esse.—10 Pll. sex, Hl. 1. B. 1. 2. V. 2. 3. J. L. 1. tu has, pro tuas.—11 Sed quid negoti'st Bossch. Hic vs. deest in L. 1.—12 L. 1. J. V. 3. Hl. 1. 2. B. 1. 2. te in uno.—14 Hic et duo seqq. vss. desunt in L. 1.—16 Ita miti Hl. 1. B. 1. C. Pll. sex, J. V. 3. et emisisti J. V. 3. B. 1.—17 C. credi.—18 L. 1. itaque nomina vos; V. 2. ita vos nomina; V. 3. Hl. 1. itaque vos nomina.—19 L. 1. V. 2. fateor omnia ita.—20 Facta esse ut dicis L. 1. V. 1. Hl. 1. ut dicis C. Pll. 1. 2. 3. 4. B. 1. Facta esse ut dicis ita J.—22 J. id unum nunc.—23 J. id unum factum.—24 Bossch. parvi id æstumo; edd. quædam vett. parciid æstimo; V. 1. 2. 3. L. 1. J. B. 1. Lgg. C. Pll. parvi æstumo; Hl. 1. parvi extumo.—25 Si ergo Gronov. Si ergo V. 1. 2. 3. Hl. 1.

Reducem fecisse liberum in patriam ad patrem,  
Meumque potius me caput periculo  
Præoptavisse, quam is periret, ponere. 30  
HE. Facito ergo ut Acherunti clueas gloria.  
TY. Qui per virtutem peritat, non interit.  
HE. Quando ego te exemplis excruciavero pessumis,  
Atque ob sutelas tuas te morti misero,  
Vel te interisse, vel perisse prædicent, 35  
Dum pereas, nihil interduo, dicant vivere.  
TY. Pol si istuc faxis, haud sine poena feceris,  
Si ille huc redibit, sicut confido affore.  
AR. Pro Di immortales! nunc ego teneo: nunc scio  
Quid sit hoc negoti: meus sodalis Philocrates 40  
In libertate est ad patrem, in patria: bene est:  
Nec est quisquam mihi, æque melius cui velim.  
Sed hoc mihi ægre est, me huic dedisse operam malam,  
Qui nunc propter me, meaque verba vinctus est.

*dicatus ex servitute et hostium manibus, in patriam ad patrem; et ego maluerim objicere meum caput discriminiri, quam is periret. HE. Fac ergo ut celebreris fama apud Acherontem. TYN. Qui cadit ob virtutem, non cadit. HE. Quando ego te mactavero modis crudelissimi, et te demisero leto propter tuas fraudes, laudent te quod vel cecideris, vel perieris: dummodo pereas, non impedio quominus dicant te vivere. TYN. Per Pollucem si feceris illud, haud facies sine poena, si ille revertetur huc, sicut spero fore. AR. Pro Dii immortales! Ego novi nunc, scio nunc quid sit id rei. Meus sodalis Philocrates est jam liber apud patrem in patria: bene est, neque mihi est ullus cui periude bene velim. Sed hoc mihi est acerbum, me attulisse illam calamitatem huic qui est jam constrictus mea causa,*



2. B. 1. 2. *ast ut ille dixit L. 1. reddibit Hl. 1.—27 Voc. captum deest in L. 1.—29 M. pocius capud Hl. 1. me deest etiam in V. 3. captum Lgg.—30 Per- optarisse Pl. 5. Præcipitasse Pl. 2.—31 Pll. sex, V. 1. 2. 3. J. ducas gloriam; L. 1. ducat gloriam; Lgg. habent etiam gloriam.—32 Non. et Scal. perbitat. Bossch. is non.—33 Q. ego ex exemplis Hl. 1. pessumis excruciavero V. 1. 2. 3. L. 1. J. Hl. 1. 2. Pll. sex, C. Lgg.—34 L. 1. ob stultias.—36 Pll. sex, C. Hl. 1. 2. B. 1. 2. Lgg. V. 1. 2. 3. L. 1. J. nihil interdico.—37 Pol si istud L. 1. V. 2.—38 V. 1. B. 1. C. Pll. 1. 2. 3. 4. 6. et sicut; Hl. 1. V. 3. J. et sic; V. 2. L. 1. Lgg. et sicut c. afforet.—40 C. negotii.—42 Nec quisquam est Hl. 1. B. 1. C. Pll. cui melius Hl. 1. B. 1. V. 3. J.—44 Qui propter J.—45 Votuin' C.*

## NOTE

31 *Acherunti*] Adverbium in Ache-

36 *Interduo*] Id est, 'interdo,' a veteri 'duo,' quod a δύω, do. Unde 'duint,' 'perduint.' *Nihil interduo, nihil interest.*

*Clueas*] A 'clueo,' idem quod κλέω, audio.

- HE. Vetuini te quicquam mihi hodie falsum proloqui ? 45  
 TY. Vetuisti. HE. cur es ausus mentiri mihi ?  
 TY. Quia vera obessent illi, quoi operam dabam :  
 Nunc falsa prosunt. HE. at tibi oberunt. TY. optume  
 est.  
 At herum servavi, quem servatum gaudeo :  
 Cui me custodem addiderat herus major meus. 50  
 Sed malene id arbitrare factum ? HE. pessume.  
 TY. At ego aio recte, qui abs te seorsum sentio.  
 Nam cogitato, si quis hoc gnato tuo  
 Tuus servus faxit, qualem haberet gratiam ?  
 Emitteresne, necne, eum servom manu ? 55  
 Essetne apud te is servus acceptissimus ?  
 Responde. HE. opinor. TY. cur ergo iratus mihi es ?  
 HE. Quia illi fuisti, quam mihi, fidelior.  
 TY. Quid ? tu una nocte postulavisti et die,  
 Recens captum hominem, nuperum et novitium, 60  
 Te perdocere, ut melius consulerem tibi,  
 Quam illi, quicum una a puero ætatem exegeram ?

*meorumque verborum.* HE. Nonne retui te mihi dicere quicquam falsum ? TYN.  
*Vetuisti.* HE. Quare es ausus mihi mentiri ? TYN. Quia vera nocuissent illi  
*cui serviebam :* nunc falsa prosunt. HE. At tibi nocebunt. TYN. Bene est : sed  
*conservavi herum quem latore servatum, cui meus herus major, ejus pater, me ad-*  
*junxerat custodem : arbitrare id esse crimen ? HE. Nequissime.* TYN. Sed  
*ego dico optime, qui aliter sentio atque tu.* Nam cogita si aliquis tuorum ser-  
*vorum fecerit hoc tuo filio, quam gratiam haberet ? Emitteresne manu eum servum,*  
*necne ? Is servus essetne acceptissimus apud te ? Responde.* HE. Opinor. TYN.  
*Quare igitur es iratus mihi ? HE. Quia illi fuisti fidelior, quam mihi.* TYN.  
*Quid ? tune postularisti ut me adduceres servum ruden ac novitium, et nuper em-  
 tum, ut te perdocerem tuis preceptis uno die et una nocte, ex quo sum tecum, ut  
 tibi melius consulerem, quam illi cum quo traduxeram vitam a pueris ? HE. Ita-*



V. 1. *Vocavin Pl. 2. Votavin L. 1. Pl. 4. Notavin Pl. 4. ab al. m. Vetavin*  
*Pll. 1. 3. 5. 6. V. 2. 3. J. Votuini, vel Vetavi, Lgg.—46 Vetavisti Pl. 1. 3. 4.*  
*5. 6. V. 2. 3. J. Votavisti C. L. 1. Vocavisti Pl. 2. Notavisti Pl. 4. ab*  
*al. m. ausus es L. 1.—48 J. V. 3. optimum est ; at est deest in V. 2. L.*  
*1.—49 Atque herum V. 2. Et herum L. 1.—51 Sed male ne Hl. 1. B. 1. fac-  
 tum arbitrare C. Pll. sex, Hl. 1. 2. V. 1. 2. 3. L. 1. factum est, arbitrare J.—*  
*52 C. Lgg. sorsum ; Pall. sex seorsum.—55 V. 1. eum s. tuum manu.—56 V. 1.*  
*is servus apud te.* In L. 1. desunt apud te.—57 *Responde deest in eodem cod.*  
*ingratus mihi es B. 1. tres Pll. Bossch. L. 1. al. ap. Par. et Pont. iratus m. es*  
*C. Pll. tres ; iratus es mihi Hl. 1. J.—60 Voc. nuperum deest in V. 1. nupe-  
 rum etiam nov. Hl. 1. nuper et C. nuperum novitium Merc. nuperum et novi-  
 tium B. 1. Pll. sex.—61 Te perdocerem Hl. 1. a m. pr.—62 C. Pll. sex, al. ap.*

**H.E.** Ergo ab eo petito gratiam istam : ducite,  
Ubi ponderosas, crassas capiat compedes,  
Inde ibis porro in latomias lapidarias. 65

Ibi quom alii octonos lapides effoderint,  
Nisi cotidianus sesquiopus confeceris,  
Sexcentoplago nomen indetur tibi.

**A.R.** Per Deos atque homines ego te obtestor, Hegio,  
Ne tu istunc hominem perduis. **H.E.** curabitur. 70  
Nam noctu nervo vinctus custodibitur,  
Interdius sub terra lapides eximet.

Diu ego hunc cruciabo, non uno absolvam die.

**A.R.** Certumne est tibi istuc ? **H.E.** non moriri certiu' st.  
Abducite istum actutum ad Hippolytum fabrum, 75  
Jubete huic crassas compedes impingier :  
Inde extra portam ad meum libertum Cordalum,  
In lapicidinas facite deductus siet :  
Atque hunc ita me velle, dicite, curarier,  
Ne qui deterius huic sit, quam quoи pessume est. 80

*que flagita a Philocrate istam gratiam. Ducte Tyndarum ubi oneretur compedi-  
bus gravibus, crassis: inde ibis præterea in lapicidinus, ubi quando ceteri eruent  
octo lapides, nisi quotidie extrahas duodecim, tibi erit nomen Sexcentoplagus, quia  
sexcentis plagiis oneraberis. A.R. Ego te obsecro per Deos atque homines, ne tu  
perdas istum hominem. H.E. Non perdetur: nam serrabitur noctu consritis  
nervo, interdiu effodiet lapides sub terra: ego hunc mactabo lente, non perimam  
uno die. A.R. Estne tibi constitutum id? H.E. Non est certius mori. Abducite  
subito illum ad Hippolytum fabrum, mandate huic injici graves compedes: inde  
curate ut deducatur ad meum libertum Cordalum extra portam in latomias: et  
nuntiate me velle sic curari hunc, ne in aliqua re habeatur pejus quam qui deter-*

Bossch. **Hl.** 1. 2. **B.** 1. 2. **una puer.** **C.** etatem.—63 **C.** **Pll.** sex, **Hl.** 1. **B.** 1.  
al. ap. Bossch. **gratiam istam;** Lgg. **hanc gratiam.**—65 **Pll.** tres *ibi* **porro.** Alii  
ap. Par. **τὸν** porro plane omittunt, sed contra codd.—66 **Hl.** 1. **B.** 1. **V.** 1. 3.  
**L.** 1. Lgg. **effodiunt;** **C.** **Pll.** sex, **efodiunt;** Bipont. **effoderint;** al. **effodint**, vel  
**effodent.** **Voc.** **Ibi** et **effodint** desunt in **V.** 2.—67 **Nisi cotidianus sesque opus**  
**C.** **Nisi** quotidianus **sex** qui **opus** **Hl.** 1.—68 **Sescentoplago** **C.** **Sescento plago**  
Lgg.—69 **L.** 1. ac homines ergo te.—70 **Voc.** hominem deest in **Hl.** 1. perdus,  
omisso curabitur, **V.** 2.—71 **L.** 1. **custodietur.**—72 **Interdiu** **Hl.** 1. **B.** 1. **Pll.**  
sex, **V.** 1. 2. 3. **L.** 1. **J.**—73 **Diu** hunc ego Lgg. **V.** 1. 2. **C.** **Pll.** sex, al. **non**  
**numero** **V.** 2. Totus vs. deest in **L.** 1. curabo, pro cruciabo, **J.**—74 **Voc.** **tibi**  
deest in quibusdam vett. edd. extat vero in **C.** **Pll.** sex, **V.** 1. 2. 3. **L.** 1. **J.** **Hl.**  
1. 2. **B.** 1. **non mori certiu' st** desunt in **V.** 2. **non mori certius est** **Hl.** 1. **B.** 1.  
**non m. cercius est** **C.** **non emori** **L.** 1.—75 Lgg. **fabrum Hippolitum.**—78 **V.** 1.  
**C.** **diductus.**—79 **Atque** hunc me ita velle Bipont. Bossch. et al. **ita me velle** **V.**  
1. 3. **C.** **J.** **itaque** hunc ita me velle **V.** 2. **Atque** hunc me velle ita d. cruciarier **L.**

- TY.** Cur ego te invito me esse salvom postulem ?  
**Periculum vitæ meæ stat tuo periculo.**  
**Post mortem in morte nihil est, quod metuam, mali.**  
**Etsi pervivo usque ad summam ætatem, tamen**  
**Breve spatium est perferundi, quæ minitas mihi.** 85  
**Vale atque salve : etsi aliter ut dicam, meres.**  
**Tu Aristophontes, de me ut meruisti, ita vale,**  
**Nam mihi propter te hoc obtigit. HE. abducite.**  
**TY. At unum hoc quæso, si huc rebitet Philocrates,**  
**Ut mihi ejus facias conveniundi copiam.** 90  
**HE. Periistis, nisi hunc jam e conspectu abducitis.**  
**TY. Vis hæc quidem hercle est, et trahi et trudi simul.**  
**HE. Illic est abductus recta in phylacam, ut dignus est.**  
**Ego illis capteivis aliis documentum dabo,**  
**Ne tale quisquam facinus incipere audeat.** 95  
**Quod absque hoc esset, qui mihi hoc fecit palam,**  
**Usque ofrænatum suis me ductarent dolis.**  
**Nunc certum est nulli post hæc quicquam credere.**

*rime. TYN. Non est quod ego expectem me esse salvum, te invito? Discrimen  
 meæ vitæ est conjunctum cum tuae vitæ periculo. Nihil est mali in morte post  
 mortem quod timeam: et si pervixero usque ad extremam senectutem, tamen  
 spatium est breve patiënti quæ mihi minitaris. Vale atque salve, tametsi mereris ut  
 loquar aliter. Tu, Aristophontes, sic vale ut meritus es de me: nam id mihi tua  
 culpa obtigit. HE. Abducite. TYN. Sed id obsecro unum, ut si Philocrates re-  
 vertatur huc, ut mihi facias facultatem ejus conveniendi. HE. Periistis, nisi jam  
 hunc abducitis a conspectu. TYN. Est hæc vis quidem per Herculem et rapi et  
 impelli una. HE. Ille raptus est rectu in custodian, ut meretur: ego docebo illos  
 alios captivos, ne quisquam audeat aggredi tale facinus. Nam nisi fuisset hic  
 Aristophontes, qui mihi patefecit hanc Tyndari et Philocratis fallaciam, esset sem-  
 per aliquis captivus qui me ludificaretur. Nunc constitutum est nulli confidere in*



1. *me deest in Gronov.—80 Ne quid Pll. sex, al. ap. Bossch.—81 Hl. I. pos-*  
*tulem salvum me esse; J. postulem salvom me esse.—82 C. Pll. sex, V. 1. 2. 3.*  
*L. 1. J. Lgg. tuo stat; Hl. I. B. 1. in tuo stat.—83 In J. L. 1. V. 3. distinguitor*  
*post mortem. Heinsius Advers. p. 46. pro in morte, legit in sorte.—84 Etiam*  
*si Hl. 1. supervivo C. pervivo Pll. sex.—87 L. 1. ut de me.—88 Numque mihi*  
*Lgg. rō que deest in C. et Pll. omnibus. Nam propter te hoc obtigit mi Bosscha.*  
*obtingit V. 2.—89 B. 1. si huc redicet; Hl. 1. Pll. sex, al. ap. Bossch. si huc re-*  
*dicit; C. si huc rebitet.—90 Ut mi Bossch. conveniundi potius L. 1.—93 Al. ap.*  
*Par. abductu'st.—96 L. 1. facit palam.—97 Usque offerre natum Hl. 1. B. 1.*  
*Pll. 1. 2. 3. 4. 5. al. ap. Bossch. Usque ofere natum C. Usque ofere gnatum Pl.*

## NOTÆ

- Satis sum semel deceptus: speravi miser  
Ex servitute me exemisse filium. 100
- Ea spes elapsa est: perdidi unum filium  
Puerum quadrum, quem mihi servos surpuit:  
Neque enim servom unquam repperi, neque filium.  
Major potitus hostium est: quod hoc est scelus!  
Quasi in orbitatem liberos produxerim. 105
- Sequere hac: reducam te ubi fuisti: neminis  
Misereri certum est, quia mei miseret neminem.  
AR. Exauspicavi ex vinclis: nunc intellego  
Redauspicandum esse in catenas denuo.

posterum. *Sum satis fraudatus semel, infelix; speravi me eduxisse filium e servitute. Ea spes est elapsa. Amisi unum filium, puerum quadrum, quem servus mihi furatus est; neque enim inneni unquam servum neque filium: major venit in manus hostium. Quid hoc est? Quasi ediderim in lucem liberos in orbitatem. Sequere hac: te reducam ubi fuisti. Constitutum est misereri neminis, quandoquidem neminem miseret mei. AR. Mea sors me eduxit ex vinculis, nunc eadem me retrudit denuo in vincula.*

---

6. *Usque oferenatum Lgg.—100 Ex servite C. Ex servitute exemisse Lgg.—101 Hic vs. deest in B. 1. L. 1. elapsa C. a m. sec. perdidi meum filium J.—102 C. Pll. sex, Hl. 1. B. 1. surripuit.—103 Neque enim al. ap. Bossch.—104 J. Hl. 1. B. 1. quid hoc scelus?—105 B. 1. V. 3. filios perduxerim; Hl. 1. J. filios produxerim.—106 Hl. 1. a m. pr. nemini.—107 Lgg. certum'st. τὸ mei superscriptum est in C. a manu recentiori; al. ap. Par. mis miseret.—108 Deest in C.—109 B. 1. V. 2. in catenis.*

#### NOTÆ

- 108 *Exauspicari]* ‘Exauspicare’ le cesserint. ‘Redauspicavi,’ id est, est, auspiciū sumere. ‘Redauspicare’ malo auspicio huc veni, ideo ad vincula redeo.

---

## ACTUS QUARTI SCENA PRIMA.

### ERGASILUS.

JUPITER supreme, servas me, measque auges opes.

ER. *Jupiter summe, me tueris amplificasque meas opes, et mihi adjicis maxi-*

---

1 *Jupiter summe L. 1. Voss. 2. J. supreme C. meas usque augens opes L. 1.*

#### NOTÆ

- 1 *Auges opes]* Vita parasitica est uni ludo, oblectationi, potationi, epulis inhiare.

Maxumas opimitates opiparasque offers mihi :  
 Laudem, lucrum, ludum, jocum, festivitatem, ferias,  
 Pompam, penum, potationes, saturitatem, gaudium :  
 Nec quoiquam homini supplicare nunc certum est mihi, 5  
 Nam vel prodesse amico possum, vel inimicum perdere.  
 Ita hic me amoenitate amoena amœnus oneravit dies.  
 Sine sacris hæreditatem sum aptus effertissumam.  
 Nunc ad senem cursum capessam hunc Hegionem, cui  
 boni  
 Tantum afferro, quantum ipse a Dis optat, atque etiam  
 amplius. 10  
 Nunc res certa est, eodem pacto ut comici servi solent,  
 Conjiciam in collum pallium, primo ex me hanc rem ut  
 audiat :

*mas copias uberesque, prædicationem, quæstum, jucunditatem, exultationem, lætianam, otium, celebritatem, supellectilias, potationem, saturitatem, gaudia, et mihi constitutum est pendere a nemine. Nam vel possum prodesse amico, vel nocere inimico. Sic hic dies jucundus me obruit jucunditate jucunda. Adeptus sum hæreditatem copiosissimam sine sacris. Nunc ingrediar iter ad hunc senem Hegionem, cui afferro tantum boni, quantum optat ipse a Diis, atque amplius etiam. Nunc res est certa: circumponam humeris pallium eodem pacto ut consueverunt servi*

—2 B. 1. Pl. 1. *optimatus*; Pl. 2. 4. *optimates*; Hl. 1. *optumates*; Pl. 3. *ophimates*; Pl. 5. 6. *opimatas*; Ald. *optumitates*.—3 Hl. 1. J. *ludum, lucrum*. L. 1. *festivitates*.—4 L. 1. *potationem*.—5 Pl. 1. 2. 4. 6. Hl. 1. B. 1. et Bossch. *me nunc certum*. Al. ap. Par. omittunt *nunc*. Pronomen *me deest* in V. 1.—7 *Ita me hic J. Ita hoc me V. 2. oneravi mihi V. 2. oneravit mihi L. 1. V. 1. 3. Hl. 1. B. 1. C. Pl. 1. 2. 3. 4. oneravit dies mihi Hl. 1. a m. sec. Pl. 5. dies amœnus oneravit mihi Pl. 6. In Pl. 4. superscriptnm, ‘hic, i. e. dies.’ In C. est, *me mænitate*, et supra lin. pictum a.—8 *Sine saccis* B. 1. *sum adeptus* Hl. 1. B. 1. Pl. et Lgg.—9 V. 2. *capessam ad hunc*; edd. *quædam vett.* *Nunc cursum ad senem*, &c. Post hunc vs. B. 1. inserit vs. 101. sc. nlt. act. III. *Et spes, &c.*—10 Bossch. contra codd. *ipse a Dis sibi optat*; C. *ipse adis optat*; al. ap. Par. *ipse adipisci optat*; Pl. omnes, Frising. Hl. 1. 2. B. 1. 2. *ipse a Dis optat*.—11 *Nunc certa res est* Hl. 1. B. 1. Pl. sex, C. V. 1. 2. 3. J. L. 1.—12 Pl.*

## NOTÆ

2 *Opiparasque*] Festus: ‘ *Opiparum, magnarum opum apparatum.*’

5 *Homini supplicare*] Quia hoc fere mortales sibi proponunt, cum potentiorum præsidium ambient, ut sibi et suis prodesse possint, et inimicis nocere.

8 *Sine sacris*] Id est, sine sumtu. Nam cuivis familiæ erant sua ‘ *sacra*,

et ad eum ad quem transibat hæritas, transibant et ‘ *sacra*.’ Unde phrases, ‘ *transire in gentem et sacra*;’ aut, ‘ *hæritas cum sacris*,’ vel ‘ *sine sacris*.’ ‘ *Sacra*’ autem illa non fiebant sine sumtu. Itaque ‘ *sine sacris hæreditatem adipisci*,’ est quod nos vernaculae, *hériter sans charge*.

12 *Conjicium in collum pallium*] Quo

Speroque me hunc nuntium æternum adepturum cibum.

*comici, ut accipiat primo ex me hanc rem: et spero me adepturum escam sempiternam ob hunc nuntium.*

quinque et C. Coniciam. Bossch. *ex me primo rem hanc.*—13 *Speroque me ob hunc Bossch. Sp. me ob hoc B. 1. et Hl. 1. a m. sec. nuntium æviternum Bossch.*

#### NOTÆ

expeditiores essent comici servi ad obeunda dominorum mandata, rejecto in utrumque humerum pallio in scena versabantur; pallio, inquam, quo et lacerti et manus tegebantur

antea: alii etiam genn tenns togam succingebant, unde phrasis Scripturæ Sacræ, ‘succingere lumbos,’ id est, sese comparare ad agendum et incedendum.

## ACTUS QUARTI SCENA SECUNDA.

HEGIO, ERGASILUS.

HE. QUANTO in pectore hanc rem meo magis voluto,  
Tanto mihi ægritudo auctior est in animo.

Ad illum modum sublitum os esse

Hodie mihi? neque id perspicere quivi?

Quod cum scibitur, per urbem irridebor.

5

Cum exemplo ad forum advenero, omnes loquentur:

Hic ille est senex ductus, quo*i* verba data sunt.

Sed Ergasilus estne hic, procul quem video?

Collecto quidem est pallio: quidnam acturu'st?

ER. Move abs te moram, atque, Ergasile, age hanc rem.

HE. Quanto magis repeto id in animo, mihi est tanto major dolor, me esse lusum hoc modo hodie, neque potuisse agnoscere id: quando hoc scietur in urbe, irridebor. Exemplo cum advenero in forum, omnes loquentur: Ille senex est lusus, hic deceptus est. Sed estne ille Ergasilus, quem video procul? Est quidem pallio collecto. Quidnam est acturus? ER. Rumpere omnes moras,

1 In Pl. 3. annexatur hæc scena superiori. Hl. 1. B. 1. V. 2. 3. *hanc meo magis rem.*—2 C. et Pl. quinque egritudo.—3 C. sublitum.—4 *Hodie deest in J. Voss. 2. 3. L. 1. Hl. 1. 2. B. 1. sublitum os esse hodie* Lgg. *mihi os esse* al. ap. Lang. *os esse mi hodie?* Neque id, &c. Bossch.—5 *Quod cum C. scibitur jam Bossch. ex ingenio. scribitur Hl. 1. a m. pr.*—6 Lgg. *pervenero.*—7 Lgg. *ductus sunt data;* Hl. 1. a m. sec. *dictus;* Pll. *omnes ductus;* C. a m. pr. *ductus quo.* Al. ap. Par. *quos.* Dousa *ductus, ut in Lgg.*—8 Lgg. *est h. p. q. nequo;* Bosscha, *ire video.*—9 Hl. 1. B. 1. *est quidem;* ita quoque J.—10 C. *aps te;* Bossch. *abs te m. omnem, Ergasile, atque age;* L. 1. *at pro atque.*—

Eminor interminorque, ne quis mi obstiterit obviam: 11  
 Nisi qui sat diu vixisse sese homo arbitrabitur.  
 Nam qui obstiterit, ore sistet. HE. hic homo pugilatum  
 incipit.

ER. Facere certum est: proinde ut omnes itinera insistant  
 sua,

Ne quis in hac platea negoti conferat quicquam sui. 15  
 Nam meus est balista pugnus, cubitus catapulta est mihi,  
 Humerus aries: tum genu ad quemque jecero, ad terram  
 dabo.

Dentilegos omnes mortales faciam, quemque offendero.

HE. Quæ illæc eminatio est? nam nequeo mirari satis.

ER. Faciam ut ejus diei locique, meique semper memi-  
 nerit: 20

*et age hoc, Ergasile. Minitor, interminorque, ne quis obstet mihi in via, nisi ille qui existimabit se vixisse satis diu. Nam qui erit obvius, dabo vultum in terram. HE. Hic homo orditur pugilatum. ER. Constitutum est dare operam ut universi prosequant iter institutum: ne quis conferat de quoquam suo negotio in hac platea: nam meus pugnus est balista, meus cubitus est catapulta, humerus aries: tum ad quemcumque impressero genu, dabo in terram: efficiam ut universi mortales quos offendero, habeant suos dentes colligendos. HE. Quæ interminatio est illa? Nam nequeo satis mirari. ER. Efficiam ut recordetur semper hujus*



11 *Eminor atque interminor Bossch. obstiterit mihi obviam L. 1.—12 Nisi quis satis Hl. 1. B. 1. C. Pl. omnes, V. 1. 3. et J. arbitratur C. arbitrabitur Pl. sex.—13 Lgg. incipiscit.—14 Certum est facere L. 1. proin ut J. perinde V. 3.—15 L. 1. negotiis conferant; C. negotiis conferat.—16 C. pullista; Pl. 1. 2. basilesta; Pl. 3. 4. 5. 6. alii codd. balista. Mox, mihi deest in Hl. 1. B. 1. L. 1. J. V. 2.—17 Umerus C. quemcumque jecero V. 3. C. Pl. 5. V. 3. ad quem iero alii Pl. icero Ald. ut quemque icero Bossch. ad quemque jecero V. 1. 2. J. genus ad quemque offendero L. 1.—18 Denti lecos Pl. 6. Denti decos Pl. 3. Dentilogoos Pl. 5. quemque offendero B. 1. quemcumque offendero Pl. 1. 5. 6. Hl. 1. quemquem offendero al. ap. Par.—19 Quæ illec C. coëminatio V. 3.—20 L. 1.*

#### NOTÆ

10 *Age hanc rem]* Erat formula conciliandæ attentionis, cum res divina ageretur. ‘Hoc age,’ unde hæc sumta, et in aliis rebus usurpari solita, ‘Age hanc rem,’ idem.

13 *Ore sistet]* Id est, sistet pugnum meum, colapho in os impacto: aut, sternam: *Je lui ferai donner du nez en terre.*

*Pugilatum incipit]* Ut pugil sese ad pugnam accingit, explicatis lacertis,

complicatis pugnis.

16 *Balista]* Machina bellica excutiendis in hostes lapidibus idonea. Catapulta erat ad contorquenda tela. Sed duo hæc nomina deinceps promiscue sunt accepta.

17 *Aries]* Machina bellica lignea, evertendis mœnibus apta: seriebat ferro armata, in modum et figuram capitis arietini, unde nomen accepit.

Qui mihi in cursu obstiterit, falso vitæ is extemps obstitutus suæ.

**H.** Quid hic homo tantum incipisset facere cum tantis minis?

**E.** Prius edico, ne quis propter culpam capiatur suam.

Continete vos domi, prohibete a vobis vim meam.

**H.** Mira edepol sunt, ni hic in ventrem sumpsit confidentiam. 25

Væ misero illi, cuius cibo iste factus est imperiosior.

**E.** Tum pistores scrophipasci, qui alunt furfure sues,

Quarum odore præterire nemo pistrinum potest:

Eorum si quojusquam scropham in publico conspexero,  
Ex ipsis dominis, meis pugnis exculcabo furfures. 30

**H.** Basilicas edictiones, atque imperiosas habet.

Satur homo est: habet profecto in ventre confidentiam.

**E.** Tum piscatores, qui præbent populo pisces fœtidos,  
Qui advehuntur quadrupedanti crucianti canterio:

Quorum odos subbasilicanos omnes abigit in forum, 35

diei, et loci, et mei: qui occurrerit mihi in cursu, efficiam ut is extemps ierit contra vitam. **H.** Quid hic homo incipit facere cum tantis minis? **E.** Edico prius, ne quis in me incidat sua culpa: continete vos domi, prohibete meam vim a vobis. **H.** Hæc sunt mira per adem Pollucis, nisi hic duxit spem explendi ventris. Væ illi infelici cibo, in quem hic factus est propensior! **E.** Tum pistores scrophipasci, qui alunt sues furfure, odore quarum nemo potest præterire per pistrinum, si conspexero scropham cujusquam eorum in publico, excutiam pugnis meis furfures ex dominis ipsis. **H.** Condit edicta regia, atque plena auctoritatis: est homo satur: habet certe in ventre confidentiam. **E.** Tum piscatores qui vendunt populo pisces fœtidos, qui apportantur equo claudio, cui est pes triplex, equites discruciati gravitate incessus, quorum odor arceret quosvis, qui sub basilica ambulant



**V.** 1. 3. **Hl.** 1. **B.** 1. *ut hujus diei*; sic Pll. omnes.—21 **C.** opstiterit. Mox, is extemps desunt in **B.** 1. extemps deest in **Hl.** 1. **L.** 1. *Qui mi in c. o. f. vitæ is obst.* Bossch.—22 **Voc.** tantum deest in **Hl.** 1.—23 **Prius** dico edd. quædam vett.—24 **L.** 1. omittit *a vobis*.—26 Lgg. et Pll. *quunque factus est impensior*, ut malint Meurs. Scaliger, aliquie. Pronomen *illi* deest in **L.** 1. *iste* deest in **J.**—27 Bossch. *furfuri qui alunt*, ex conjectura Voss. de Anal. I. 42. *furfure* **C.** et Pll. omnes.—28 **Hl.** 1. *odorem*.—29 *Earum si quo vis quam margo ed.* Bossch.—30 *Ex ipso abdomen Palm.* *Ex ipsis dnis, vel dominis*, Pll. omnes et **C.**—31 Pll. 3. 6. **L.** 1. **J.** *editiones*.—32 **L.** 1. *in ventrem*.—33 **C.** Pl. 3. *fetidos*; **V.** 3. *fetulos*.—34 Pl. 3. et **C.** *cruciati*.—35 **C.** *subbasilica nos*; **V.** 3. **Hl.** 1.

#### NOTÆ

31 *Basilicas edictiones*] Regia edic- caballus tripes, et claudicans, et æ- ta. rumnosus, et ruptus terga verbere.

34 *Crucianti canterio*] Ansonio, est Lucilio, 'succussarii.'

Eis ego ora verberabo sirpiculis piscariis :  
 Ut sciant, alieno naso quam exhibeant molestiam.  
 Tum lanii autem, qui concinnant liberis orbas oves,  
 Qui locant cædundos agnos, et duplam agnina danunt,  
 Qui petroni nomen indunt verveci sectario ;                   40  
 Eum ego si in via petronem publica conspexero,  
 Et petronem et dominum reddam mortales miserrimos.  
**H.E. Eugepe ! edictiones ædilitias hic habet quidem :**  
 Mirumque adeo est, ni hunc fecere sibi Ætoli agorano-  
 mum.

**ER. Non ego nunc Parasitus sum, sed regum rex regalior :**  
**Tantus ventri commeatus meo adest in portu cibus.      46**  
**Sed ego cesso hunc Hegionem onerare lætitia senem ?**

*in foro, ego eis feriam os scirpiculis piscariis per ora, ut sentiant quam molestiam inferant naso alieno. Tum lanii qui efficiunt oves orbas agnis, qui conducunt agnos quasi cædendos; sed dant carnem altero tanto vetustiorem ugnina, qui tribuant arietibus nomen verveci sectarii; si ego conspicatus fuero urietem in via publica, reddam et arietem et dictorem miserrimos mortalium. H.E. Eugepe ! hic quidem habet edicta ædilitia, et est mirum adeo, nisi Ætoli fecerunt hunc suum ædilem rerum venalium. ER. Ego non sum nunc parusitus, sed rex magnificensissimus regum : adeo magnus est commeatus ciborum in portu pro meo ventre. Sed ego cunctor cumulare hunc senem Hegionem gaudio, quo homine nemo est perinde*

B. 1. Pll. sex, sub basilica nos. C. V. 2. L. 1. J. Pll. 2. 5. 6. et Pll. 1. 3. 4. a m. pr. abegit.—36 *Eis ergo L. 1. V. 1. surpiculis L. 1. V. 1. C. Pll. omnes, al. ap. Bossch. serpiculis edd. vett.*—39 *C. agnos. Hl. 1. a m. pr. datiunt.*—40 *V. 2. induunt v. festivitate.*—43 *Euge Pll. omnes ; Euge pe V. 3. Eugepe C. edilicias habet hic in eodem cod. quidem habet Hl. 1. B. 1.*—44 *Mirum adeo J. Ætoli C.*—46 *C. portucibus ; quidam Pll. porticibus.*—47 *Sed ego concessso L. 1. lati-*

## NOTÆ

35 *Subbasilicanos*] Otiosos homines, qui in ædificiis publicis, audiendis narrandisque nuntiis passim operam dabant. ‘ Subrostranos ’ appellat Tullius, a ‘ rostris ;’ quæ erant apud Romanos, quod ‘ basilicæ ’ apud Græcos. Tales apud nos sunt, qui uno eodemque consilio apud palatium conveniunt juridicum.

40 *Petroni*] ‘ Petrones ’ arietes sunt, quorum, quoniam prædura est caro, coctuque difficilis ac esu, et quodammodo petrea, ‘ Petrones ’ dicuntur, a ‘ petra.’ ‘ Petrones ’ eti-

am appellantur rusticani, quoniam vulgo rudes et intractabiles sunt.

*Verveci sectario*] ‘ Vervex sectarius ’ est, sectus aries, un mouton.

43 *Edictiones ædilitias*] Edicta ædilis, minoris videlicet et plebeii, cuius erat statuere de rebus venalibus. Alii ædiles erant, qui majores et curules erant. Hic iudit in verbo, et ‘ edilis ’ est ab ‘ edo,’ non ab ‘ ædibus.’

44 *Agoranomum*] Idem erat apud Athenienses, qui apud Romanos ædilis.

**Qui homine adæque nemo vivit fortunatior.**

**HE.** Quæ illæc est lætitia, quam illic lætus largitur mihi?

**ER.** Heus, ubi estis? ecquis hoc aperit ostium? **HE.** hic homo

50

**Ad cœnam recipit se ad me.** **ER.** aperite hasce ambas fores,

Priusquam pultando vel assulatim foribus exitium affero.

**HE.** Perlubet hunc hominem colloqui. Ergasile! **ER.** Ergasilum qui vocat?

**HE.** Respice. **ER.** Fortuna quod tibi nec facit, nec faciet, Hoc me jubes: sed qui est? **HE.** respice ad me, Hegio sum. **ER.** oh mihi!

55

**Quantum est hominum optumorum optume, in tempore advenis.**

**HE.** Nescio quem ad portum nactus es, ubi cœnes; eo fastidis.

**ER.** Cedo manum. **HE.** manum? **ER.** manum, inquam, cedo tuam actutum. **HE.** tene.

**ER.** Gaude. **HE.** quid ego gaudeam? **ER.** quia ego impero: age gaude modo.

*felix. HE. Quæ est illa lætitia quam hic lætus mihi affert? ER. Heu! ubi estis vos? ecquis aperit ostium? HE. Hic homo se recipit ad me ad cœnam. ER. Aperite hasce ambas fores, antequam cis affero exitium, eas comminuendo frustatum. HE. Perlubet altoquì hunc hominem. Ergasile! ER. Quis vocat Ergasilum? HE. Respice. ER. Hoc me mandas facere quod fortuna nec ager nec egit. Sed quid est? HE. Respice ad me, Hegio sum. ER. Oh mihi quam bene est! optime omnium hominum, advenis tempestive. HE. Nactus es nescio quem ad portum ubi cœnes, idcirco aspernaris. ER. Da manum. HE. Manum? ER. Tuam manum, inquam, cedo jam. HE. Accipe. ER. Gaude. HE. Quare gaudeam ego? ER. Quia ego mando, age, gaude modo. HE. Per Pollucem mœror*

*tiam senem Hl. 1. B. 1. lætitia C.—48 Qui homine hominum adæque V. 2. in margine, et edd. quædam vett. Quo homine adæque Lgg. Qui homine omnium V. 2. Voc. hominum non appareat in Voss. 1. 3. L. 1. J. C. Pll. sex, Hl. 1. B. 1.—50 Heus, heus Hl. 1. estis vos edd. quædam vett. sed τὸν vos abest ab omnibus codd. hoc deest in Hl. 1. L. 1. pro quo J. habet hic.—51 Recipit ad cœnam J. Hl. 1.—52 V. 2. C. et Pll. sex, vel assulatim; Pll. 4. a m. sec. vel assulatim. Gruter. delet vel.—53 Hergasile C.—54 Respice me Bossch.—55 Pronomen mihi deest in Pll. quis est V. 2. 3. L. 1. quid est J. V. 1. respice, Hegio sum Bossch. sed ad me extaut in omnibus codd. L. 1. habet ego sum, et omittit oh.—56 Hl. 1. a m. sec. optimo in tempore. Voc. advenis inchoat vs. seq.*

#### NOTÆ

54 *Respice]* Id est, retro aspice, spondet Ergasilius non ita cum He- quod ejus est qui jam præteriit. Re- gione fortunam agere, quia aspicit,

- HE. Pol, mœrores mi antevortunt gaudiis. ER. noli  
irascier, 60
- Jam ego ex corpore exigam omnes maculas mœrorum tibi.  
Gaude audacter. HE. gaudeo, etsi nihil scio, quod gau-  
deam.
- ER. Bene facis: jube— HE. quid jubeam? ER. ignem  
ingentem fieri.
- HE. Ignem ingentem? ER. ita dico, magnus ut sit. HE.  
quid? me, volturie,
- Tuan' causa ædeis incensurum censes? ER. noli irascier.  
Juben' an non jubes astitui aulas? patinas elui? 66
- Laridum atque epulas foveri focialis ferventibus?  
Alium pisces præstinatum abire? HE. hic vigilans  
somniat.

*antevertit mea gaudia.* ER. Noli irasci, ego jam tibi abstergam omnes mœrores ex corpore. Gaude audacter. HE. Gaudeo, etsi nescio cur gauadem. ER. Be-nfacis. jube— HE. Quid jubeam? ER. Accendi luculentum focum. HE. Lu-culentum focum? ER. Dico ut sit luculentus. HE. Quid? vulturie, existinasne me incensurum meas ades tua causa? ER. Noli irasci, mandas an non mandas ollas stare ad ignem, abstergi patinas, imponi laridum et epulus foco ardenti, alios proficisci ad emendos pisces? HE. Hic somniat vigilando. ER. Alios pa-



in C. Pll. sex.—57 *Nescio quem tu ad Bossch.*—60 *P. m. mihi C. et Pll. sex.*  
*gaudium Hl. 1.* Pro *noli irascier*, quod omnes fere codd. exhibent, non ita 'st  
scies legitur in edd. quibusdam vett. *noli* deest in V. 3.—61 *Pro exigam*, quod  
servant omnes codd. Parens dat *eximam*, Dousa et Gulielm. *etiam*.—62 *Ego  
gaudeo*, etsi Hl. 1. *quid gauadem L. 1. V. 2. 3. et Lgg.*—64 *Quid me volt uri*  
Hl. 1. B. 1. al. ap. Bossch. C. Pll. 1. 2. 3. 5. 6. *volet uri Pl. 4. quid in eo volt*  
*urier* al. ap. Par. *voltri* V. 3. *quid me Volturi* al.—65 C. et Pll. omnes *ædis*;  
margo ed. Bossch. *me ædis*.—67 *Lardum C. a m. pr.* Laridum vero a m. sec. ut

## NOTÆ

nou respicit; favet semper, nunquam  
præterit.

63 *Ingentem*] ‘Ingens’ est idem ac  
immensus: Græc. Τρομέγωτος. Te-  
rent. ‘Magnas vero agere gratias  
Thais mihi?’ Gnato Parasitus respon-  
det, ‘Ingentes.’ Ad quod Cicero:  
‘Satis erat respondere ‘magnas:’  
'ingentes,’ inquit. Semper auget as-  
tentatio id, quod is, cuius ad volun-  
tatem dicitur, vult esse magnum.’

64 *Vulturie [vulturi]* Pro *vulturie*.  
Vulturium vocat Ergasilum, quod

vultur sit avis longe voracissima.

66 *Astitui aulas*] Constitui in pe-  
des ad focum.

67 *Focialis*] Alii legunt *coculis*.  
'Cocula' autem sunt vasa ænea, qua-  
lia sunt quæ a nobis dicuntur *coque-  
mar*.

68 *Præstinatum*] Festus: ‘Præsti-  
nare apnd Plantum est emere, et e-  
mendo tenere.’

*Vigilans somniat*] Lucretius: ‘Vi-  
gilans stertis.’

ER. Alium porcinam, atque agninam, et pullos gallinaceos?

HE. Scis bene esse, si sit unde. ER. pernam atque ophthalmiam,

70

Horaem, scombrum, et trigonum, et cetum, et mollem caseum?

HE. Nominandi istorum tibi erit magis quam edundi copia Hic apud me, Ergasile. ER. mean' me causa hoc censes dicere?

HE. Nec nihil hodie, nec multo plus tu hic edes, ne frustra sis. Proin' tu tui quotidiani victi ventrem ad me afferas.

75

ER. Quin ita faciam, ut te cupias facere sumtum, etsi ego vetem.

HE. Egone? ER. tute. HE. tum tu mi igitur herus es. ER. immo bene volens.

Vin' te faciam fortunatum? HE. malim, quam miserum quidem.

ER. Cedo manum. HE. hem manum. ER. Di te omnes adjuvant. HE. nihil sentio.

ER. Non enim es in senticeto, eo non sentis: sed jube

80

rare porcinam, et agninam, et pullos gallinaceos? HE. Scis edere delicate, si esset unde parares. ER. Pernam et ophthalmia, horaem, scombrum, et trigonum, et cetum, et mollem caseum? HE. Tibi erit magis copia nominandorum istorum opsoniorum, quam comedendorum apud me. ER. Existimasne me loqui haec mei gratia? HE. Tu edes hodie aliquid hic, nec multo plus solito, ne erres. Itaque affer ad me ventrem qui contentus sit victu quotidiano. ER. Quin efficiam ut optes te facere sumtum, quanquam ego vetem. HE. Egone? ER. Tu. HE. Tum tu es ergo meus herus. ER. Immo amicus. Visne reddam felicem? HE. Malim sane quam infelicem. ER. Da manum. HE. Do manum. ER. Cuncti Dii tibi opitulentur. HE. Sentio nihil auxilii. ER. Quia non es in senticeto,

\*\*\*\*\*

in Pl. omnibus. Al. ap. Par. ebulas pro epulas; et mox cocolis pro focolis.—69 Alium porcinas Hl. a m. pr.—70 Voc. atque deest in V. 3. ophthalmia C. et Bossch. optalmiam Pl. 1. apthalinum Pl. 2. obtalmiam Pl. 3. 5. optalmia Pl. 4. optalimum Pl. 6. ophthalmiam J. V. 1. L. 1.—71 Lgg. trigonum cetum.—74 V. 1. nec mihi. V. 2. hic tu edes. L. 1. nec f. sis; Hl. ne f. sies; C. et Pl. nef. sis.—75 Quotidiani proin tu tui Lgg. coctidiani C.—76 L. 1. te ut cupias; V. 3. ut recipias; V. 2. ut te tu cupias, quod recepit Bossch.—77 Pro tute, J. Hl. 1. B. 1. V. 1. 2. 3. C. et Pl. quinque habent tune, cum nota interrogationis; al. ap. Par. tu næ; L. 1. tune? Igitur mihi herus es.—79 L. 1. en manum; interjectio hem deest in Hl. 1. adjuvent V. 1. Haec verba, nihil sentio, in C. et

#### NOTÆ

70 Ophthalmiam] Plinio 'oculatam' 80 Senticeto] Digna parasito allusion quod appellatio Græca sonat. sio ad 'sentio.'

75 Victi] Pro 'victus.'

Vasa tibi pura apparari ad rem divinam cito,  
Atque agnum afferri proprium, pinguem. HE. cur? ER.  
ut sacrificies.

HE. Cui Deorum? ER. mihi hercle: nam ego tibi nunc  
sum summus Juppiter.

Idem ego sum Salus, Fortuna, Lux, Lætitia, Gaudium.

Proinde tu Deum huncce saturitate facias tranquillum  
tibi. 85

HE. Esurire mihi videre. ER. mihi quidem esurio, non tibi.

HE. Tuo arbitratu facile patior. ER. credo, consuetus  
puer.

HE. Juppiter te Dique perdant. ER. te, hercle, mihi  
æquom est gratias

Agere ob nuntium: tantum ego nunc porto a portu tibi  
boni.

Nunc tu mihi places. HE. abi stultus, sero post tempus  
venis. 90

ER. Igitur olim si advenissem, magis tu tum istuc dices.

Nunc hanc lætitiam accipe a me, quam fero: nam filium

Tuum modo in portu Philopoleum vivom, salvom, et  
sospitem

*idcirco non sentis. Verum manda tibi comparari vasa pura ad rem divinam, et  
celeriter afferri agnum pinguem. HE. Quare? ER. Ut sacrificies. HE. Cui  
Deorum? ER. Mihi per Herculem. Nam ego tibi sum summus Jupiter. Idem  
ego sum Salus, Fortuna, Lux, Lætitia, Gaudium. Proinde tu tibi reddes huncce  
Deum proprium. HE. Mihi videris esurire. ER. Evidem mihi esurio, non  
tibi. HE. Patior facile te esurire tuo arbitrio. ER. Credo, consuevisti pati a  
puero. HE. Jupiter et Dii te perdant. ER. Per Herculem par est te mihi agere  
gratias ob nuntium, adeo est magnum bonum quod tibi affero nunc a portu. Nunc  
mihi places. HE. Abi, stulte, venis ad cœnam exacto tempore. ER. Ergo si olim  
reuissem, tum tu dices id magis. Nunc accipe a me hanc lætitiam quam ad te  
affero. Nam vidi modo in navi publica in portu tuum filium Philopoleum vivum,*



Pll. sex adhærent versui seq.—80 Hl. 1. *cho nou sentis*.—81 Edd. quædam  
vett. *appararier*; C. et Pll. sex, *apparari*.—82 V. 2. *afferre*. Pro *proprium*,  
Scal. legit *propere*.—83 V. 3. *nam ego nunc tibi*; V. 1. 2. J. *nam ego tibi nunc*;  
voces *nunc sum* desunt in L. 1. *summus sum* Hl. 1.—84 J. *lux, vita, lætitia*.  
Hl. 1. *et gaudium*.—85 Proin, tu Bossch. et sic Hl. 1. B. 1. *Deum hunc Hl. 1.*  
B. 1. *tranquillum facias* Hl. 1.—87 Verba *Tuo arb. &c.* tribuuntur Ergasilo  
in eodd. *credo deest* in L. 1. J. V. 2. et Pll. 1. 2. 3. 4. 5. *credo consultus* Pl. 6.  
—88 C. *mi æquom*.—90 *Non tu mihi pl. abi* edd. vett. *sero deest* in Camer.  
*extat tamen in C. et Pll. sex*.—91 Hl. 1. *magis tutum*.—93 *Tutum modo* V. 2.

Vidi in publica celoce, ibidemque illum adolescentulum  
 Alium una, et tuum Stalagmum servom, qui aufugit domo,  
 Qui tibi surripuit quadrimum puerum filiolum tuum. 96  
**HE.** Abi in malam rem: ludis me. **ER.** ita me amabit  
 sancta Saturitas,

Hegio, itaque suo me semper condecorat cognomine,  
 Ut ego vidi. **HE.** meum gnatum? **ER.** tuum gnatum, et  
 Genium meum.

**HE.** Et captivum illum Alidensem? **ER.** μὰ τὸν Ἀπόλλωνα.

**HE.** et servolum 100

Meum Stalagmum, meum qui gnatum surripuit? **ER.** νὴ τὰν Κόραν.

**HE.** Jam diu? **ER.** νὴ τὰν Πραιγέστην. **HE.** venit? **ER.**  
 νὴ τὰν Σιγγίαν.

**HE.** Certon'? **ER.** νὴ τὰν Φρουσιγῶνα. **HE.** vide sis. **ER.**  
 νὴ τὸν Ἀλάτριον.

salvum et incolumem, et ibidem illum alium adolescentulum una, et tuum servum Stalagmum, qui aufugit domo, qui tibi surripuit tuum filiolum, puerum quadrimum.  
**HE.** I in malam crucem: ludificaris me. **ER.** Ita sancta Saturitas me amet, Hegio, et ita me afficiat suo nomine, ut ego ridi. **HE.** Meum gnatum? **ER.** Tuum filium et meum Genium. **HE.** Et illum captiurum Eliensem? **ER.** Per Apollinem. **HE.** Et meum servulum Stalagmum, qui surripuit meum filium? **ER.** Per Sorean coloniam. **HE.** Junpridem? **ER.** Per Præneste. **HE.** Venit? **ER.** Per Signiam. **HE.** Estne verum? **ER.** Per Phrusinonam coloniam. **HE.** Vide si vis. **ER.** Per Alatreum coloniam. **HE.** Quare juras tu per urbes bar-

---

salvom, sospitem Bossch.—94 V. 1. 2. J. L. 1. celote.—95 Edd. vett. fugit; C. et Pll. omnes, aufugit.—97 I in malam Lambin. et al. ap. Par. et sic Bossch. saturnitas C. satietus Pl. 5.—100 Matonapollo Hl. 1. B. 1.—101 Hl. 1. ne ten-  
 coran; B. 1. næ tam coram; Lgg. νὴ τὰν Σόραν.—102 Ain tu edd. vett. ne ten-  
 pñestrem Hl. 1. ne tam præneste B. 1. ne tan sigeum Hl. 1. ne tam sigeum  
 V. 2. B. 1.—103 Hl. 1. ne tan frusinonem; B. 1. næ tam frusinonem. V. 1. ne

#### NOTÆ

97 *Sancta Saturitas*] Ita fit ut pro hercule, ‘ejuno,’ ‘equirine,’ ‘ecere,’  
 Diis Deabusque sint nobis quæ cete- ‘epol,’ ‘ecastor.’  
 ris anteponimus. Non absimile est 101 Nὴ τὰν Κόραν [Σόραν] Pro τὴν,  
 illud Pauli, ‘qñorum Deus venter Aeolica dialecto. Sora colonia Cam-  
 est,’ et illud aliud optimi poëtae, paniae.  
 ‘Nos facimus fortuna Deam.’ Pa- 102 Nὴ τὰν Πραιγέστην] Præneste,  
 rasiti Dea, ‘sancta Saturitas.’ urbs Campaniæ.  
 103 Nὴ τὰν Σιγγίαν] Signia, urbs Cam-  
 paniæ.

100 μὰ τὸν Ἀπόλλωνα] Per Apolli- 104 Nὴ τὰν Φρουσιγῶνα] Fruzinone,  
 nem. Quod veteres Græci μὰ et νὴ urbs Campaniæ.

**HE.** Quid tu per barbaricas urbes juras? **ER.** quia enim item asperæ

Sunt, ut tuum victimum autumabas esse. **HE.** vae ætati tuæ.

**ER.** Quippe quando mihi nihil credis, quod ego dico sedulo.

Sed Stalagmus quojus erat tunc nationis, cum hinc abiit?

**HE.** Siculus. **ER.** at nunc Siculus non est: Boius est; Boiam terit.

Liberorum quærundorum causa, ei, credo, uxor data est.

**HE.** Dic, bonan' fide tu mihi istæc verba dixisti? **ER.** bona.

**HE.** Di immortales, iterum gnatus videor, si vera autumas.

**ER.** An tu dubium habebis, etiam sancte cum jurem tibi?

*baricas?* **ER.** Quia sunt etiam asperæ, ut dicebas esse tuum victimum. **HE.** Væ tuæ ætati. **ER.** Quippe quia non mihi credis, quando loquor sedulo. Verum cujus nationis erat Stalagmus, quando abiit hinc? **HE.** Siculus. **ER.** Sed non est nunc Siculus; est Boius, terit Boiam. Credo, ei data est uxor ad quærendos liberos. **HE.** Dic, Ergasile, dixistine hæc verba serio? **ER.** Serio. **HE.** Dii immortales! videor natus denuo, si dicis vera. **ER.** An in dubium revocabis etiam,

\*\*\*\*\*

*tan alatrinam; V. 2. ne tam alatrium; V. 3. νὴ τὰν αλιτεῖον; B. 1. ναὶ tam aliterium; Hl. 1. ne tan alaterium; Bossch. νὴ τὰν Ἀλάτριον* Lgg. νὴ τὸ ἀλάτριον<sup>1</sup> al. ap. Lang. ne tam alatrion.—104 Quid tu barbaricas, omisso per, J. Hl. 1. B. 1. enim ipsæ item Hl. 1. enim ita asperæ B. 1. enim item asperæ C. et Pll. sex. enim asperæ Lgg.—106 V. 2. Quippe quum. L. 1. nihil mihi. Pronomen ego deest in V. 2.—107 V. 1. L. 1. nunc nationis; J. nationis tunc cum; Hl. 1. tunc n. tunc cum.—108 Cujus est nunc. Si cuij9nc ē bolus bolam terit Hl. 1. et a m. sec. boiam; B. 1. Quoios et nunc. PAR. Si quoios nc ē bolus boiam terit; V. 2. Pll. sex, Cujus et nunc. ER. Si cuijus nunc est; L. 1. Cujus etiam nunc. Si cuijus est; J. Cujus tuam nunc. Si cui nunc est bolus bolam; Voss. 1. Sicinus et nunc Sicinus non est, bolus est boiam; V. 3. Quoios et nunc. Si cuijus nunc est: bolus et bolam; C. Si cuijus. ER. et nunc si cuijus non est. ‘Siculus... At nunc Siculus non est] Ita a recentioribus edi solet; mihi tamen magis placet veterum edd. lectio: Quoios et nunc. ER. Si quoios nunc est.’ Bosscha.—

#### NOTÆ

Nὴ τὸ Ἀλάτριον] Aletrinum, Campaniæ oppidum.

105 Væ ætati tuæ] Imprecatio.

108 Boius est; Boiam terit] Allusio ad Boios Galliæ populos. ‘Boia’

autem est vel lorum bubulum, vel collare ferreum.

Terit] Id est, in splendorem dat.

110 Bonan' fide] Erat illius temporis iusjurandum.

**Postremo, Hegio, si parva jurijurando est fides,  
Vise ad portum. HE. facere certum est: tum intus cura  
quod opus est.**

**Sume, posce, prome quidvis: te facio cellarium. 115**

**ER. Nam, hercle, nisi mantiscinatus probe ero, fusti  
pectito.**

**HE. Æternum tibi dapinabo victum, si vera autumas.**

**ER. Unde id? HE. a me meoque gnato. ER. sponden'  
tu istud? HE. spondeo.**

**ER. At ego tuum tibi advenisse filium, respondeo.**

**HE. Cura quam optume potes. ER. bene ambula et red-  
ambula. 120**

*quando tibi jurabo religiose? Demum, Hegio, si fides est parva jurejurando, perge  
ad portum. HE. Coustat facere, tu cura in ædibus quod opus est, sume, posce,  
prome, quid plura? Te constituo meum cellarium. ER. Etenim vero certe nisi  
divinarego recte, pecte me fuste. HE. Tibi decernam victum sempiternum, si  
dicis vera. ER. Unde id? HE. A me et meo filio. ER. Spondesne istud? HE.  
Spondeo. ER. At ego tibi respondeo tuum filium advenisse. HE. Cura quam  
optime potes. ER. Bene ambula, et revertere.*

\*\*\*\*\*

109 C. data'st.—112 *Ain tu* Hl. 1. Lgg. C. Pll. 1. 2. 3. 4. 6. J. V. 2. V. 1.  
*cum ego* Hl. 1. B. 1. C. et Pll. sex; *quom ego* V. 1. 2. 3. L. J.—113 *Egio C.*—  
114 *Viseral portum* V. 1. *certum'st* Lgg. *tu intus* Hl. 1. B. 1. *opus sume* Lgg.  
—116 *Hegioni hunc vs. tribuunt* V. 1. 2. 3. L. 1. J. *mantinatus* Pl. 2. *manti-  
cinatus* Pl. 3. 5. et L. 1. *mantisie natus* Pl. 6. et superscriptum, ' i. e. *rati-  
natus* ; at Pl. 4. superscriptum habet mentibus; Lgg. *mantissinatus*; J. V. 1.  
2. 3. *manticinatus*. L. 1. V. 2. 3. *probe hero fusti petito*; C. a m. sec. *fusti  
plcctito*; Pll. 1. 2. 3. 5. 6. Hl. 1. B. 1. *fusti petito*; Pl. 4. *fusti pectito*; Lgg.  
et C. a m. pr. *fusti pectito*; V. 1. *probe ero, fusti pectito*.—117 *Edd. vett.  
dapinabo cibum*; *Samb. tibi dabo victum*; Hl. 1. B. 1. Lgg. C. Pll. sex, al.  
*tibi dapinabo victum*.—118 Lgg. *sponde*. HEG. *Spondeo*; C. *sponde tu istud*;  
Pll. 1. 2. 3. 5. *sponden' tu istud*. Hl. 1. *tu istuc*.—119 *Pronomen tibi deest  
in J.*—120 Pl. 5. et *deambula*.

#### NOTE

116 *Mantiscinatus*] A μάντης fac- tuam parasiticam.  
tum, quod *vatem* significat. Sed et 117 *Dapinabo victum*] Est fictum a  
alludit ad manticam asseciam perpe- ' *dapibus* ' verbum.

## ACTUS QUARTI SCENA TERTIA.

ERGASILUS.

**ILLIC hinc abiit: mihi rem summam credidit cibarium.**

**ER. Ille migravit hinc, mihi credidit rem summam cibarium. Di immortales!**

Di immortales, jam ut ego collos prætruncabo tergoribus !  
 Quanta pernis pestis veniet ! quanta labes larido !  
 Quanta sumini absumento ! quanta callo calamitas !  
 Quanta laniis lassitudo ! quanta porcinariis ! 5  
 Nam si alia memorem, quæ ad ventris victum conducunt,  
 mora est.  
 Nunc ibo ad præfecturam, et jus dicam larido ;  
 Et quæ pendent indemnatae pernæ, eis auxilium ut feram.

*ut ego præcidam modo colla tergoribus ! quanta pestis accidet pernis ! quanta labes larido ! quanta absumento sumini ! quanta calamitas callo ! quanta lassitudo laniis ! quanta porcinariis ! Nam si memorem cetera quæ conducunt ad victimum ventris, longus fero. Nunc ibo ad præfecturam, et dicam jus larido ; et ut feram auxilium eis pernis quæ pendent indemnatae.*

---

1 *Illinc hic L. 1.—2 Hl. 1. B. 1. V. 2. 3. J. L. 1. Di immortales, ut ; V. 1. jam ut. Hl. 1. B. 1. V. 1. 3. pertruncabo ; L. 1. detruncabo tragonibus ; Lgg. detruncabo tergoribus.—3 Dno Pl. laritudo.—4 Q. s. absumento Hl. 1. L. 1. V. 2. 3. Q. s. assumendo B. 1.—6 Nam alia si Hl. 1. Nam si a. admemorem V. 1.—7 Nuic ibo ut p. Hl. 1. B. 1. C. Pl. 1. 2. 3. 4. J. L. 1. V. 1. 3. Nunc ibo in meam p. Bossch. Nuic ibo ad meam p. Pl. 6. Nunc ibo ad p. Pl. 5. et Lgg.—8 Hl. 1. in dempitate pnis auxiliâ ; B. 1. iudemnate pernis auxilium. Verba, pernis auxilium habent etiam Lgg. V. 1. 2. 3. L. 1. J. Pl. sex, perne auxiliū C.*

## NOTÆ

2 *Collos] Colla.**prugnum,’ est quod nos dicimus échi-*4 *Callo] ‘ Callus ’ seu ‘ callum a- née.*

## ACTUS QUARTI SCENA QUARTA.

## PUER HEGIONIS.

DIESPITER te Dique, Ergasile, perdant et ventrem tuum,  
 Parasitosque omnes, et qui posthac cœnam parasitis da-  
 bit.

Clades calamitasque, intemperies modo in nostram advenit  
 domum.

PUER HEG. *Jupiter et Dii te perdant et tuum ventrem, Ergasile, et omnes parasitos, et qui dabit deinceps cœnam parasitis. Clades et calamitas, intemperies*

---

1 Hæc scena in Pl. tribus additur præcedenti; non item ceteris. *Erga-*  
*sile deest in Hl. 1. a m. pr. te et Ergasile desunt in J.—2 Pl. 5. post hæc;*  
*C. post hanc; sed τὸ n expunctum est a m. recentiori.—3 Cladis Lgg. C. Clau-*  
*des Pl. intemperies, calamitasque Lgg. Cladis calamitas : quæ intemp. al. ap.*

Quasi lupus esuriens, metui ne in me faceret impetum.  
 Nimisque, hercle, ego illum male formidabam : ita frende-  
     bat dentibus. 5

Adveniens deturbavit totum cum carne carnarium.  
 Arripuit gladium, prætruncavit tribus tergoribus glandia.  
 Aulas, calicesque omnes confregit, nisi quæ modiales  
     erant.

Cocum percontabatur, possentne seriæ fervescere.  
 Cellas refregit omnes intus, reclusitque armarium. 10  
 Asservate istunc, sultis, servi: ego ibo, ut conveniam  
     senem.

Dicam, ut sibi penum aliud ornet, siquidem sese uti  
     violet.

*incidit mox in ædes nostras. Metui ne faceret quoque impetum in me, quasi lupus esuriens ! Per Herculem, illum pertimescebam nimis male, adeo ringebat dentibus. Suo adventu evertit totum carnarium cum carne. Arripuit gladium, abscidit glandulas a tribus tergoribus suilibus : confregit cunctas ollas et calices, præter eas quæ non erant unius modii. Sciscitabatur a coquo, utrum possent seriæ foco impositæ fervescere : perfregit intus omnes cellas, reclusit armarium. Asserate istum, si voltis, servi. Ego ibo ut adeam senem. Dicam ut sibi adornet alium*

---

Par. *Clades, calamitasque intemperiesque al. ibid. sed ultimum que in nullis codd. extat. Mox, L. I. renit.—4 V. I. metuit ut in. Bossch. et edd. vett. in me quoque ; sed rō quoque deest in V. I. 2. 3. L. I. J. Hl. I. B. I. C. Pll. I. 2. 3. 4. 5. 6. et edd. recentt.—6 A. describavit Lgg. al. ap. Par. A. modo deturbavit Ald. A. deturbavit C. Pll. sex, Hl. I. B. I. Voss. I. 2. 3. J. L. I.—7 Hl. I. B. I. V. 2. Pll. 5. 6. pertruncavit ; C. Pl. I. 2. 3. 4. detruncavit ; Lgg. prætruncavit. Pro tergoribus, quod servant Hl. I. B. I. C. Pll. sex, V. I. 2. 3. J. tragonibus exhibet L. I. tergoribus Turn. pecoribus Lamb.—8 C. confringit ; unde non nemo divinat confregit jejune.' Par. confringit etiam Lgg.—9 V. 2. 3. L. I. J. Hl. I. possent ne seriæ refervescere ; B. I. possent na seriæ refervescere.—10 Cellas infregit Hl. I.—11 L. I. asservare istum si voltis servi.—12 V. 3. pœnam alium . . . valet ; V. 2. si quid est sese.—13 Nam hic q. ut ador-*

## NOTÆ

7 *Glandia*] 'Glandium,' pars suis, seu sylvestris, seu domestici, qua colum cum capite committitur. A 'glandulis' quæ subsunt, dictum. Hæc in delicis erat Romanis. Plinius : 'Neque ex alio animali numerosior materia ganeæ : quinquaginta prope sapore, cum ceteris singuli. Hinc censoriarum legum paginæ interdictaque cœnis abdomina glandia,' &c.

8 *Modiales*] Id ferme fit etiamnum ab insignibus nepotibus, qui calices et cyathos confringunt, qui non vindentur satis capaces ad explendam libidinem.

9 *Seriæ*] Saloir. Erant seriæ fictiles ut plurimnm. Non contentus parasitus depromere frusta suilia e seriis, totas seriæ vult foco imponi.

12 *Penum*] Hic, hæc, hoc penus, hoc penum.

Nam hic quidem ut adornat, aut jam nihil est, aut jam nihil erit.

*penuum, si volet uti penu. Nam, ut hic sese accingit, aut nunc est nihil domi, aut modo erit nihil.*

*net at j. n. e. aut, &c. V. 2. sed aut jam L. 1. Nam hic q. ut ornat J. Nam hic q. ut adornat V. 1. 3. quidem ornat Hl. 1. a m. pr. quidem ut ornat Hl. 1. a m. sec.*

## ACTUS QUINTI SCENA PRIMA.

HEGIO, PHILOPOLEMUS, PHILOCrates.

HE. Jovi Disque ago gratias merito magnas,  
Quom te reducem tuo patri reddiderunt,  
Quomque ex miseriis plurimis me exemerunt,  
Quæ adhuc te carens, dum hic fui, sustentabam :  
Quomque hunc conspicio in potestate nostra, 5  
Quomque hæc reperta est fides firma nobis.  
Satis jam dolui ex animo, et cura me satis  
Et lacrymis maceravi. Hoc ! satis jam audivi  
Tuas ærumnas, ad portum mihi quas memorasti.  
Hoc agamus. PHILOC. quid nunc, quoniam tecum servavi  
fidem, 10  
Tibique hunc reducem in libertatem feci ? HE. fecisti, ut  
tibi,

HE. Merito ago magnas gratias Jovi et Diis, quod te restituerunt reducem tuo  
patri, et quod me vindicarunt ex plurimis calamitatibus quæ pertuli hucusque pri-  
vatus te, dum fui hic, et quando conspicor hunc in nostra potestate, et quando fides  
Philocratis est inventa inviolabilis erga nos. Satis dolui jam ex animo, et me  
satis afflicti sollicitudine et lacrymis. Satis audivi jam tuas ærumnas, quas mihi  
narravisti ad portum. Nunc agamus hoc. PHILOC. Quid facies nunc, quia ser-  
vavi fidem, et tibi feci hunc reducem in libertatem ? HE. Effecisti, Philocrates, ut

2 Hl. 1. a m. pr. rediderint ; C. redderunt.—3 Hl. 1. B. 1. e miseriis.—4 Qui  
adhuc V. 2. Quas, dum te carendum hic fuit Bipont. et al. ap. Par. Quæ adhuc  
te carens B. 1. Hl. 1. 2. Pl. sex, C. aliquique codd.—5 Q. huncce Bossch.—6 Q.  
hujus reperta idem ; reperta est hæc L. 1. firma in nobis Pl. 2.—7 Sati' dolui ex  
animo jam Bossch. et me cura Hl. 1. J. satis et Bossch.—8 Lacrymis maceravi.  
Oh jam satis audivi tuas Bossch. Oh ! satis, &c. etiam Bipont. Hoc s. jam  
audivi desunt in V. 2. Hic Pl. 2.—9 Erumnas C. apud portum V. 2. L. 1. J.

Philocrates, nunquam referre gratiam possim satis,  
Proinde ut tu promeritu's de me et filio meo. **PHILOC.** immo potes,

Pater, et poteris, et ego potero : et Di eam potestatem dabunt,

Ut beneficium benemerenti nostro merito muneres. 15

Sicut tu huic potes, pater mi, facere merito maxume.

**HE.** Quid opus est verbis ? lingua nulla est, qua negem quicquid roges.

**PHILOC.** Postulo abs te, ut mihi illum reddas servom, quem hic reliqueram

Pignus pro me, qui mihi melior quam sibi semper fuit :

Pro benefactis ejus uti ei pretium possim reddere. 20

**HE.** Quod benefecisti, referetur gratia, id quod postulas,  
Et id, et aliud quod me orabis, impetrabis : atque te  
Nolim succensere, quod ego iratus ei feci male.

**PHILOC.** Quid fecisti ? **HE.** in lapicidinas compeditum condidi,

Ubi rescivi mihi data esse verba. **PHILOC.** vae misero mihi ! 25

Propter meum caput labores homini evenisse optumo.

**HE.** At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis.

*nunquam tibi queam referre satis gratiam, ut tu promeritus es de me et meo filio.*  
**PHILOC.** Immo potes pater, et poteris, et ego potero, et Dii dabunt hanc potestatem, ut muneres munus benemerenti nostro merito, sicut tu huic potes facere merito maxime, pater mi. **HE.** Quid opus est verbis ? Est nulla lingua qua negem quicquid postules. **PHILOC.** Abs te rogo ut mihi restitutas servum quem hic reliqueram pignus pro me, qui mihi fuit semper melior quam sibi, ut possim ei reddere premium pro ejus beneficiis. **HE.** Referam gratiam quod me affectisti munere, impetrabis quod postulas, et id et aliud quod me rogabis, atque nolim te succensere mihi, quod ego iratus ei feci male. **PHILOC.** Quid fecisti ? **HE.** Dedi in lutomias vinctum compedibus, ubi rescivi mihi esse data verba. **PHILOC.** Vae mihi infelici ! labores evenisse optimo viro propter me. **HE.** Sed non mihi dabis libellam pecuniae



**Hl. 1. B. 1.** mihi deest in L. 1. J. **Hl. 1. B. 1.** quas deest in V. 2.—12 V. 3. referre. L. 1. Ven. et Both. *gratias*. **Hl. 1.** *satis possim*.—13 Camer. *filio meo*; sed *meo* deest in H. M. G. C. et Pll. sex : delect itaque Bossch. et Both.—14 *Di potestatem* Gryph. Ald. Junt. Bossch. et Both.—15 V. 2. *bene meriti*.—16 **Hl. 1.** *merito facere*.—18 Bossch. *ut mi illum*; Both. *ut mi illunc*.—20 *Voc. ei deest* in C. Pll. sex, V. 2. L. 1. J.—21 L. 1. V. 2. 3. J. *refertur*. **L. 1.** *quid benef.*—22 L. 1. **Hl. 1. B. 1.** *J. pro atque habent et*; item V. 2. *sed sine te*. In J. *est a me*; B. 1. *quo me*.—23 *Noli V. 2. L. 1. J.* *qui ego V. 2. quod ego rei iratus L. 1.*—24 Pl. 5. *lapididinas*.—28 *Gratis ut sit a me Hl. 1.*

Gratis a me, ut sit liber, abducito. PHILOC. edepol, Hegio,  
Facis benigne: sed quæso, hominem ut jubeas arcessi.  
HE. licet.

Ubi estis vos? ite actatum, Tyndarum huc arcessite. 30  
Vos ite intro: interibi ego ex hac statua verberea volo  
Erogitare, meo minore quid sit factum filio.  
Vos lavate interibi. PHILOP. sequere hac, Philocrates,  
me intro. PHILOC. sequor.

*pro eo ob eam rem. Habeat a me gratis ut sit liber. PHILOC. Per cædem Pollucis, Hegio, facis benigne. Sed obsecro ut mandes accersi hominem. HE. Licet. Ubi estis vos? Ite velociter, arcessite huc Tyndarum. Vos ite intro. Interim ego volo sciscitari ex hoc stipte cædendo verberibus, quid sit factum de meo filio minore. Vos lavate interim. PHILOP. Sequere me hac intro, Philocrates. PHILOC. Sequor.*

---

Gratis ut sit ab me V. 2. J. tecum abducito Lambin. aducito V. 2. J. C. Pll. 1. 4. 6. adducito L. 1. Pl. 2.—30 Ubi vos estis Bossch. accersite C.—31 Pronomen ego deest in Hl. 1. vervecea Pll. sex, Hl. 1. B. 1. L. 1. J. V. 3. ververce avolo V. 1. verretia, sine volo, V. 2. ververe C. verrere a volo Lgg.—33 Vos l. inter ibo C. Pl. 2. et Pll. 1. 4. a m. pr. Vos l. introibi Lgg. Vos l. intus ibi L. 1. Vos l. interibi Pll. 3. 6. V. 1. 2. 3. Hl. 1. B. 1.

## NOTÆ

27 *Libellam .... argenti]* Id est, ne ‘assem’ et ‘libellam.’  
teruncium quidem, id est, nihil. Mi- 31 *Statua verberea]* Homo qui ver-  
nimani pecuniae partem dicebant beribus induruit.

## ACTUS QUINTI SCENA SECUNDA.

HEGIO, STALAGMUS.

HE. AGE tu illuc procede, bone vir, lepidum mancipium meum.

ST. Quid me oportet facere, ubi tu talis vir falsum autumas?

HE. Age tu, procede illuc, bone vir, mi lepide serve. STA. Quid miki facien-  
dum est servo, si tu dominus ejusmodi vir dicis falsum? Nunquam ego sui

---

1 J. lepidum.—2 Bossch. facere oportet. V. 2. ubi talis, omisso pronomine tu.

## NOTÆ

2 *Quid me oportet facere]* Argumentum a minori ad maius. ‘Si herus meus est mendax,’ inquit Stalagmus, ‘quid mirum si mendax sum?’ Men-  
daceum autem Hegionem probat, quod ab eo vocetur ‘bonus vir.’

Fui ego bellus, lepidus, bonus vir nunquam, neque frugi  
bonæ,

Neque ero unquam: ne tu spem ponas me bonæ frugi  
fore.

HE. Propemodum ubi loci fortunæ tuæ sint, facile intelle-  
gis. 5

Si eris verax, tua ex re facies, ex mala meliusculam.

Recta et vera loquere: sed neque vere, neque recte adhuc  
Fecisti unquam. ST. quod ego fatear, credin' pudeat, cum  
autumes?

HE. At ego faciam ut pudeat: nam in ruborem te totum  
dabo.

ST. Eia credo ego, imperito plagas minitaris mihi. 10  
Tandem ista aufer, dieque quid fers, ut feras hinc quod  
petis.

HE. Satis facundu's: sed jam fieri dictis compendium  
volo.

*bellus, festivus, bonus rir, neque bona frugi, neque ero unquam: ne tu spes me  
fore probum. HE. Vides facile quo loci devenierint tuæ fortunæ. Si vera dixeris,  
efficies ex tua re, quæ est mala, meliusculam. Dic recta et vera: verum neque  
recte neque vere fecisti hucusque unquam. STA. Existimasne quantum pudeat  
quod ego fateor, quia dicis? HE. Sed ego efficiam ut pudeat: nam efficiam ut  
erubescas totus sanguine. STA. Eia: ego existimo quod mihi minitaris verbora  
inxperito. Denique amitte minas, et aperi quid tibi velis, ut accipias a me quod  
postulas. HE. Satis disertus es: sed volo rem contrahi paucis verbis. STA. Fiat*



Mox, salsum autumas conj. Dan. Heinsius.—3 Post hunc vs. in Ms. Eustadiensi quidam versum hunc repererunt, *Atque ubi ego fui in lapicidinis bonus  
vir: neque frugi bona.* Sed putem ego errore exciuptoris hunc suffarcinatum  
ex sc. 4.1.3.' Pareus.—4 Pll. sex, V. 1.3. J. neque spem; V. 2. ero nunquam, ne-  
que spem; al. ap. Par. ne tu in spe. Totus versus deest in L. 1.—5 Post hunc  
vs. legitur in Hl. 1. *Atque ego ubi fui in lapicidinis bonus vir nunquam neque  
frugi bona.* Vide supra ad vs. 3.—6 Ald. Junt. Gryph. Bossch. tuam rem facies.  
Pll. 1.2. exte.—7 Recte et vera Tarvis. Ven. 1. Ald. Junt. Gryph. Bossch. item  
Voss. 1. 2. 3. L. 1. J. loquere mihi Bossch. mihi loquere Lambin.—8 Pll. quid  
ego. V. 3. fateor, c. p. c. autumas; al. ap. Par. cum tu autunes.—9 C. in rumo-  
rem; Pll. sex, V. 1. 2. 3. L. 1. J. roborem.—10 Hl. 1. B. 1. ego imperito; pro-  
nomen ego deest in Gronov.—11 C. a m. pr. dic qui id fers; Voss. 1. 2. 3. J.  
L. 1. Pll. die quid fers.—12 Satisfaciundus: sed Hl. 1. B. 1. Satis facundus,  
sed fieri, omisso τρ̄̄ jam, Ald. Junt. Gryph. jam vero extat in omnibus codd.

#### NOTÆ

8 Quod ego fatear] Non pudet fa- tem, qui si non vultu ob pudorem,  
teri quod tu affirmas. saltem humeris ob vibices rubeat.

9 In ruborem] Jocus in impuden-

St. Ut vis, fiat. He. benc morigerus fuit puer: nunc non decet.

Hoc agamus: jam animum advorte, ac mihi quæ dicam, edissere.

Si eris verax, tuis rebus feceris meliusculas. 15

St. Nugæ istæc sunt: non me censes scire quid dignus siem?

He. At ea subterfugere potis es pauca, si non omnia.

St. Pauca effugiam scio: nam multa evenient, et merito meo;

Quia et fugi, et tibi surripui filium, et eum vendidi.

He. Cui homini? St. Theodoromedi in Alide Polyplusio Sex minis. He. pro Di immortales! is quidem hujus est pater 21

Philocratis. St. quin melius novi, quam te, et vidi sæpius.

He. Serva, Juppiter supreme, et me et meum gnatum mihi.

Philocrates, per tuum te ingenium obsecro, exi: te volo.

*ut postulas. He. Fuit puer bene morigerus: nunc non decet. Simus toti in hoc uno; et mihi quæ rogabo si vera dixeris, reddideris tuas res paulo meliores. STA. Sunt istæ nugæ: nonne existimas me intelligere quid connivererim? He. Sed potes declinare pauca, si non universa mala. STA. Arcebo pauca, scio: nam plura evenient et meo merito, quia et fugi, et tibi suffuratus sum tuum filium, et eum vendidi. He. Cui homini? STA. Theodoromedi in Elide Polyplusio sex minis. He. Pro Dii immortales! is quidem est pater hujus Philocratis. STA. Quin novi melius, et vidi sapiens quam te. He. Jupiter supreme, serua mihi et me et meum gnatum. Philocrates, obsecro te per tuum genium: exi: te volo.*



—13 Quidvis fiat V. 1. 3. L. 1. Bossch. *fui puer J.*—14 Hl. 1. B. 1. V. 1. 3. J. Pl. 2. 3. 4. 5. 6. C. advorte hæc mihi; Pl. 1. advorte hoc mihi; Hl. 1. a m. sec. et V. 2. advorte huc mihi.—15 Both. tua ex re facies ex mula meliusculum; Bossch. *tuis ex rebus feceris meliusculas*; Ald. Junt. Gryph. *tuas res feceris meliusculas*; Pl. 4. et Camer. *e tuis rebus*; V. 3. Hl. 1. a m. sec. et Bossch. *tuis ex rebus*; V. 1. 2. L. 1. J. Pl. 1. 2. 3. 5. 6. C. Hl. 1. B. 1. *tuis rebus*.—16 Nugæ ista hæc V. 1. num me Hl. 1. B. 1. nou me Hl. 1. a m. sec. qui dignus Hl. 1. quod dignum siet L. 1. num me . . . qui dignus siem J.—17 Pro potis es, C. habet potisses; Hl. 1. a m. pr. potis est.—18 Hic versus deest in Hl. 1. B. 1. et V. 3. Vide ad vs. 20. *Pauca efficiam Hl. 1. B. 1. V. 1. L. 1. J.* *Pauca effugio V. 2.*—20 Quoi homini? Ald. Junt. Gryph. Bossch. Both. *Theodoro medico C.* Pl. sex, V. 1. 2. 3. L. 1. J. *Theodoromedi* Ald. Junt. Gryph. et recenti. *in deest in Lgg. in Aulide* Ald. Junt. Gryph. *in Alide πολυτλοντικη* Both. Post hunc vs. insertum est vs. 18. in Hl. 1. B. 1. V. 1. 2. L. 1. J. Hic Pl. 5. deficit.—23 Jupiter summe L. 1. V. 1. *Juppiter supreme C. et me meum V. 1.*—24 Pl. 3. 4. Hl. 1. B. 1. V. 2. 3. J. *per tuum genium*; V. 1. L. 1. Pl. 1. 2. 6. C. *per tuum ingenium*.

## ACTUS QUINTI SCENA TERTIA.

PHILOCrates, HEGIO, STALAGMUS.

Ph. HEGIO, assum: si quid me vis, impera. He. hic gnatum meum

Tuo patri ait se vendidisse sex minis in Alide.

Ph. Quamdiu id factum est? St. hic annus incipit vice-simus.

Ph. Falsa memorat. St. aut ego, aut tu: nam tibi quadrimulum

Tuus pater peculiarem parvolum puerο dedit. 5

Ph. Quid erat ei nomen? si vera dicis, memora dum mihi.

St. Pægnium vocitatu 'st: post vos indistis Tyndaro.

Ph. Cur ego te non novi? St. quia mos est oblivisci hominibus,

Neque novisse, cuius nihili sit facienda gratia.

Ph. Dic mihi: isne istic fuit, quem vendidisti meo patri, 10

Qui mihi peculiaris datus est, hujus filius?

He. Vivitne is homo? St. argentum accepi, nihil curavi ceterum.

He. Quid tu ais? Ph. quin istic ipsu 'st Tyndarus tuus filius,

Phi. Adsum, Hegio: si vis me aliquid, manda. He. Hic ait se vendidisse in Elide sex minis meum filium tuo patri. Phi. Quamdiu id est factum? Sta. Hic annus vicesimus incipit. Phi. Dicit falsa. Sta. Aut ego, aut tu dicis: nam tuus pater tibi addidit puerο parvulum quadrum, peculiarem servum. Phi. Dic mihi igitur quod nomen ei erat, si dicis vera. Sta. Vocatus est Pægnium, postea ros dedistis Tyndaro. Phi. Quare ego non te nori? Sta. Quia est mos hominibus obliisciri, neque norisse cuius gratia nihili sit facienda. Phi. Dic mihi, illene fuit istic, quem vendidisti meo patri, qui mihi additus est peculiaris, hujus filius? He. Is homo vivitne? Sta. Accepi pecuniam, ceterorum nihil curavi. He. Quid dicas tu? Phi. Quin iste est ipse tuus filius Tyndarus, ut quidem hic indicat

\*\*\*\*\*

1 Ego adsum V. 2.—3 C. et Lgg. licensimus; Pl. 1. 2. 3. 4. 6. vigesimus.—  
6 Quod erat Hl. 1. B. 1. J. V. 1. 2. 3. L. 1.—7 Pecnium Pl. 6. C. Pecnion Pl. 3. in marg. Primum vero in textu; Pecnium Pl. 2. Pecnium Pl. 4. Pegnum edd. antiq. vocatus est V. 2. J. vocatu'st C. Pl. 1. 2. 3. 4. 6. indidistis Hl. 1. B. 1.—8 Cur ego non Pareus. mos obliisciri hominibus est Hl. 1. obliiscier V. 3.—10 Verbum fuit deest Hl. 1. a m. pr.—11 Brunck. et Bossch. datus est?  
St. Istan, hujus filius.—13 V. 2. quin istuc.—15 B. 1. educatus est; verbum est

Ut quidem hic argumenta loquitur: nam is mecum a puer  
puer

Bene pudiceque educatu 'st usque ad adolescentiam. 15

HE. Et miser um, et fortunatus, si vos vera dicitis:

Eo miser sum, quia male illi feci, si gnatus meu 'st.

Eheu! cur ego plus minusque feci, quam aequum fuit!

Quod male feci, crucior: modo, si infectum fieri possiet!

Sed eccum, incedit huc ornatus haud ex suis virtutibus. 20

*signa: nam is educatus est mecum puer a puerō usque ad adolescentiam bene pudiceque. HE. Sum et fortunatus et infortunatus, si vos dicitis vera: idcirco sum miser, quia illi malefeci, si est meus filius. Eheu! cur ego feci plus minusque quam par fuit! Crucior modo quod ego malefeci, si possit fieri infectum. Sed ecce accedit huc ornatus haud ex suis meritis.*

---

deest in Hl. 1. a m. pr. *ad adolescentiam* Lgg.—16 L. 1. *Et miser et fort. sum;* V. 2. *si vera dictites;* L. 1. J. Pl. 1. 2. 6. *si vera dictetis;* V. 1. *si vera dicetis;* V. 3. *si vera dicens;* Pl. 3. *si vera dictitatis;* al. ap. Par. *si vera dictutis;* Hl. 1. B. 1. C. Pl. 4. *si vera dicitis.*—18 *Heheu quom ego plus m. f. illi quam aequum* Ald. Junt. *Eheu quam C. Pl. 1. 2. 3. 4. 6. Eheu quom Lgg. V. 1. 3. L. 1. Heu quoni J. V. 2. illi quam habet etiam Bossch. plus minusve Brunck. plus malī, minus boni Lambin. Hic vs. deest in Hl. 1.—19 *Qui male V. 2. Quam male* V. 3. *fieri posset* Hl. 1. B. 1.—20 C. Pl. 1. 2. 3. 4. 6. *ornatus audax suis virtutibus;* V. 1. *ornatur audax suis virtutibus;* L. 1. V. 2. 3. Hl. 1. B. 1. *ornatus audax suis viribus.**

#### NOTÆ

15 *Bene pudiceque]* Ea est præcipua educationis puerilis laus, si 'pu-

19 *Crucior]* Sed infectum esse non potest quod factum est, haud ex suis virtutibus, id est, meritis.

### ACTUS QUINTI SCENA QUARTA.

TYNDARUS, HEGIO, PHILOCRATES, STALAGMUS.

TYN. VIDI ego multa sæpe picta, quæ Acherunti fierent

TYN. *Ego vidi plerunque multos cruciatus depictos, qui infligerentur in in-*

---

1 *Acheronti* V. 2. 3. J. L. 1. *sub Acheronte* Ald. Junt. Gryph.—2 Eadem

#### NOTÆ

1 *Acherunti]* Patet hinc illis tem- poribus depicta fuisse in tabulis sup- plicia, quibus reorum animæ post

mortem mactantur; idque ad aver- tendos a vitio homines.

Cruciamenta; verum enimvero nulla adæque est Acheruns,

Atque ubi ego sui in lapicidinis. Illic ibi demum est locus,

Ubi labore lassitudo omni 'st exigunda ex corpore.

Nam ubi illo adveni, quasi patriciis pueris aut mone dulæ,  
5

Aut anates, aut coturnices dantur, quicum lusitent :

Itidem hæc mihi advenienti upupa, qui me delectet, data est.

Sed herus eccum ante ostium, et herus alter eccum ex Alide

Rediit. H. salve, exoptate gnate mi. T. hem! quid, gnate mi?

Attat, scio cur te patrem assimules esse, et me filium : 10  
Quia mihi, item ut parentes, lucis das tuendæ copiam.

*feris: sed nulli inferi sunt similes lapicidinis a quibus prodeo. Est ille locus in quo omnis desfatigatio suscipienda est membris. Nam ubi accessi ad hunc locum, quemadmodum dantur aut mone dulæ, aut anates, aut coturnices pueris patriciorum, quibuscum lusitent; itidem hic malleus mihi datus est advenienti ad me oblectandum. Verum ecce herus ante januam, et ecce alter herus reversus est ex Elide. H. Salve, gnate mi exoptate. T. hem! quid, gnate mi? Attat, scio cur fingas te esse patrem, et me filium: quia mihi tribuis facultatem intuendæ lucis,*

=====

*edd. nullus adæque 'st, contra omnes codd.—3 Atque ego ubi L. 1. V. 3. in lapicidinis C. ibi erasum est ex Hl. 1. illuc demum 'st Lgg.—4 C. Pll. 1. 2. 3. 4. 6. Hl. 1. B. 1. Ald. Junt. Gryph. est omnis; Bossch. lassitudo 'st exigunda; V. 1. 2. 3. L. 1. J. lassitudo 'st omnis exigunda.—5 Partenla aut deest in Hl. 1. a m. pr. monerulæ Lgg. C. Pll. 1. 3. 4. 6. monerulæ Pl. 2.—6 Aut anites C. Pll. 1. 2. 3. 4. 6. aut contranices Pl. 6. a coturnices C. et a m. sec. quis cum Hl. 1. qui cum V. 3. J.—7 Itidem mi hæc L. 1. I. hue mihi Ald. Junt. Gryph. I. mihi hoc V. 1. 2. 3. I. mi huc J. que me delectet Pl. 3. Ald. Junt. que mihi delectet Pl. 2. qui me delectet Pl. 1. V. 3. ut conj. Dousa; et sic edidit Bossch. que me delectem Pl. 4. qui ne delecter Pl. 6. qui me delectat V. 2. L. 1. qui me delectat C. Hl. 1. B. 1. J. data 'st Lgg. V. 1. 2. 3. L. 1. J. C. Pll. 1. 2. 3. 4. 6. Ven. 1. 2. Bon. Ald. Junt.—8 Sed herum V. 1. 2. 3. J. L. 1.—9 Redit C. V. 1. 2. 3. J. L. 1. Ven. 1. Bon. Ald. Junt. salve tu Bossch. hunc qui gnate mi L. 1. V. 2.—11 Qui mihi J. V. 1. Ald. Junt. itidem ut J. tuendi Lgg.—*

#### NOTÆ

7 *Upupa*] Jocns sumtus ab oblectamentis puerilibus upupa dicitur, et de ave hujus nominis hupe, et de ligone, cuius forma non absimilis rostro upupino eruendis lapidibus ido-

neo. —

11 *Lucis tuendæ*] Id est, intuendæ. Porro parentum est edere in lucem liberos, ut Hegio e tenebris lapicidinarum edit Tyndarum. —

**PH.** Salve, Tyndare. **TY.** et tu, quojus causa hanc ærumnam exigo.

**PH.** At nunc liber in dicitias, faxo, venies : nam tibi  
Pater hic est ; hic servus, qui te huic hinc quadrimum sur-  
puit,

Vendidit patri meo te sex minis : is te mihi 15

Parvolum peculiarem parvolo puero dedit.

Illic indicium fecit: nam hunc ex Alide huc reducimus.

**TY.** Quid, hujus filium ? **PH.** intus eccum fratrem ger-  
manum tuum.

**TY.** Quid tu ais ? adduxtin' illum hujus captivum filium ?

**PH.** Quin, inquam, intus hic est. **TY.** fecisti edepol et  
recte et bene. 20

**PH.** Nunc tibi pater hic est : hic fur est tuus, qui parvom  
hinc te abstulit.

**TY.** At ego hunc grandis grandem natu, ob furtum, ad car-  
nificem dabo.

**PH.** Meritus est. **TY.** ego edepol meritam mercedem  
dabo.

Sed dic oro: pater meus tune es ? **HE.** ego sum, gnate mi.

*sicut parentes.* **PH.** Salve, Tyndare. **TYN.** Et tu, cuius gratia perfero hunc  
ærumnam. **PH.** Sed jam faciam ut venias liber in dicitias: nam hic est tuus  
pater, hic servus qui te surripuit huic quadrimum, et te vendidit meo patri sex  
minis: is te dedit mihi parvulum parvolo puero. Ille fecit indicium: nam hunc  
recoevimus ex Elide huc. **TYN.** Quid, hujus filium ? **PH.** Ecce est in ædibus  
tuus frater germanus. **TYN.** Quid dicas tu ? Adduxistine illum ejus filium capti-  
vum ? **PH.** Quin, inquam, est in ædibus. **TYN.** Fecisti per ædem Pollucis et  
recte et bene. **PH.** Nunc hic est tuus pater : hic est tuus fur, qui te abstulit hinc  
parvum. **TYN.** Sed ego dabo hunc grandem natu grandis ad carnificem, ob furtum.  
**PH.** Meritus est. **TYN.** Ego per ædem Pollucis dabo huic præmium meritum.  
Sed dic, rogo, esne tu meus pater ? **HE.** Ego sum, gnate mi. **TYN.** Nunc demum



14 V. 2. huic hunc. **Hl.** 1. B. 1. C. **Pll.** 1. 2. 3. 4. 6. surripuit.—15 Vendidit te  
patri meo sex L. 1. Vendidi patri Ald. Vendiditque al. vett. meo sex **Hl.** a  
m. pr. Lgg. iste mihi L. 1. V. 1.—17 **Pll.** 1. 2. 3. 4. 6. reduximus; margo ed.  
Gronov. adduximus.—19 **Hl.** 1. adduxistin ; C. **Pll.** 1. 3. aduxtin ; L. 1. J. au-  
distin illum. V. 1. 2. 3. **Hl.** 1. B. 1. C. **Pll.** 1. 2. 3. 4. 6. Ven. 1. 2. Bon. filium  
captivum.—21 **Hl.** 1. pater h. est : fur tuus qui.—22 At ego nunc H. M. G. V. 1.  
2. 3. L. 1. J. **Pll.** 1. 2. 3. 4. 6. C. Ven. 1. 2. Tarvis. Ald. Junt. At ego hunc **Hl.** 1.  
B. 1. C. a m. sec.—23 Ergo edepol C. **Pll.** 1. 2. 3. 4. 6. V. 1. 2. 3. J. Ald. Junt.  
Gryph. merito meritam Lambin. et Bossch. huic meritam al. vett. Totus vs.  
Tyndaro tribuitur in V. 1.—24 Bossch. tune pater es meus ? **HE.** Ego is sum,

**TY.** Nunc demum in memoriam redeo, cum mecum cogito,  
25

Nunc edepol demum in memoriam regredior, audisse me  
Quasi per nebulam, Hegionem patrem meum vocarier.

**HE.** Ego sum. **PH.** compedibus, quæso, ut tibi sit levior  
filius,

Atque hic gravior servus. **HE.** certum est principium id  
prævortier.

Eamus intro, ut arcessatur faber: ut istas compedes 30  
Tibi adimam, huic dem. **ST.** cui peculii nihil est, recte  
feceris.

*ego redeo in memoriam, quando cogito mecum; nunc demum redeo in memoriam per ædem Pollucis, me audivisse quasi per nebulum meum patrem vocari Hegionem.*  
**HE.** Ego sum. **PH.** Rogo ut tuo filio eximantur compedes, et addantur huic seruo. **HE.** Constitum est inde incipere: introeamus ut arcessatur faber, ut tibi adimam has compedes, et dem huic. **STA.** Recte feceris homini, cui nihil est peculii.

---

contra omnes codd.—25 Hic vs. deest in G. **Nunc ego** Camer. **recogito** Osann. Anal. Crit. p. 200. et sic edidit Bossch. Ceterum ex hoc et seq. versu, transpositione verborum, unum conflavit Bothius, hoc modo, *Nunc edepol demum in memoriam regredior, quom cogito.*—26 **Voc.** edepol deest in J. **audissem** me C.—27 J. et V. 2. Hl. 1. **meum patrem.** Pro **vocarier**, quod servant Lgg. Hl. 1. B. 1. C. Pll. 1. 2. 3. 4. 6. V. 1. 2. 3. L. 1. J. H. G. M. Ven. 1. 2. Bon. Med. 1. 2. Ald. Junt. Gryph. **nominarier** legitur in edd. quibusdam ante Par.—28 Bossch. **te quæso.** L. 1. **lector sit.**—29 Quædam edd. ante Bossch. **principio;** et sic Lambin. **id principium prævortier** B. 1. V. 3. **primo id** prævortier Hl. 1.—30 Pll. 1. 2. 6. **aversatur.** C. **compedis.**—31 C. a m. pr. **peculi.**

#### NOTÆ

27 *Per nebulam*] Translatio a sensu ad sensum: videmus *per nebulam*, lagmus quod Hegio dandas esse compedes dicat: ‘Recte,’ inquit, ‘feceris: nam mihi non erat peculum.’

31 *Peculii nihil est*] Jocatur Sta-

#### CATERVA.\*

SPECTATORES, ad pudicos mores facta hæc fabula est.  
Neque in hac subagitationes sunt, neque ulla amatio,

**GREX.** *Hæc Fabula accommodata est moribus castis, o spectatores! neque in hac sunt motus inverecundi, neque ullus amor, nec suppositio pueri, nec defraudatio*

---

\* **GREX** V. 1. 2. 3. L. 1. J. Ald. Junt. Gryph. **CATERVA** C. Pll. 1. 2. 3. 4. 6. Hl. 1. B. 1. Ven. 1. 2. Bon. **RECITATOR** margo ed. Gronov.—2 C. Pll. 1.

Nec pueri suppositio, nec argenti circumductio,  
Neque ubi amans adolescens scortum liberet clam patrem  
suum.

Hujusmodi paucas poëtæ reperiunt Comœdias,                5  
Ubi boni meliores fiant : nunc vos, si vobis placet,  
Et, si placuimus, neque odio fuimus, signum hoc mittite :  
Qui pudicitiaæ esse voltis præmium, plausum date.

*pecuniæ : neque ubi adolescens amans manumittat meretricem clam suum patrem.  
Poëtæ reperiunt paucas Comœdias hujusmodi, in quibus boni fiant meliores. Nunc  
si hæc Comœdia vobis placet, et si odio non fuimus, vos date hoc indicium : qui  
vultis dari præmium pudicitiaæ, date plausum.*

\*\*\*\*\*

2. 3. 4. 6. J. L. 1. V. 1. 2. 3. Ven. 1. 2. Bon. Ald. Junt. subitæ cogitationes ;  
Lgg. subigitationes.—3 Bossch. aut argenti, contra omnes codd.—4 Lgg. adu-  
lescens suum patrem ; B. 1. L. 1. clam suo putre ; Hl. 1. clam suō patrem pretio ;  
C. Pll. 1. 2. 3. 4. 6. V. 1. 2. 3. J. clam suum patrem.—7 Et placuimus Hl. 1. a  
m. pr.—8 L. 1. esse vobis premimini.

#### NOTÆ

7 *Signum*] Quo apparet placuisse Fabulam. *Signum* autem hoc plausus  
est.





# M. ACCII PLAUTI C U R C U L I O.

---

## DRAMATIS PERSONÆ.

**PALINURUS**, *Servus.*

**PHÆDROMUS**, *Adolescens.*

**LENA**, *Anus.*

**PLANESIUM**, *Virgo.*

**CAPPADOX**, *Leno.*

**COCUS.**

**CURCULIO**, *Parasitus.*

**LYCO**, *Trapezita.*

**CHORAGUS.**

**THERAPONTIGONUS**, *Miles.*

---

## ARGUMENTUM, UT QUIBUSDAM VIDETUR, PRISCIANI.

CURCULIO missus Phædroni it Cariam,  
Ut petat argentum: ibi ille eludit annulo  
Rivalem: scribit atque obsignavit literas.

*Curculio parasitus Phædromi proficiscitur in Cariam, ut roget pecuniam a quopiam sodali suo. Curculio suffuratur annulum ejus rivalis, Therapontigoni militis, in Caria. Scribit literas, et obsignat eodem annulo. Quando Lyco*

1 Ald. Jnnt. missus a P. it in Cariam; Gulielm. missu P. it in Cariam; Lgg. H. G. M. C. Pl. 1. 2. 3. 4. 6. missus P. it Cariam. Pareus vero c Lgg. citat missu.—2 H. M. G. C. Pl. quinque, Hl. 1. B. 1. non agnoscent pronomen ille. Pl. 2. elludit. C. anulo.—3 Ald. Jnnt. al. vett. et Both. obsignat.—6 Hl.

## NOTÆ

1 *It Cariam]* Id est, ‘in Cariam.’ abfinisse Epidauro, quæ est urbs Pe-Caria est regio Minoris Asiae, inter lopponnesi, nisi quatriduo: quod diffi-Lyciam et Ioniam, nunc Lango. Ex cile est statuere de Caria Minoris hac Fabula colligere licet Cariam non Asiae.

Cognoscit signum Lyco, ubi vidit, militis:  
 Ut amicam mittat, pretium lenoni dedit.  
 5  
 Lyconem miles ac lenonem in jus rapit.  
 Ipsus sororem, quam peribat, repperit:  
 Oratu cuius Phædromo nuptum locat.

trapezita videt signum Therapontigoni, id statim agnoscit, et numerat Cappadoci  
 lenoni pretium, ut Planesium amicam Therapontigoni dimittat. Therapontigo-  
 nus vocat in jus Lyconem trapezitam, et lenonem Cappadocem. Therapontigo-  
 nus agnoscit Planesium, quam deperit, esse suam sororem. Planesium Thera-  
 pontigonum fratrem rogat, ut tradatur nuptum Phædromo.

1. a m. sec. et lenonem.—7 Hl. 1. B. 1. quæ peribat.

#### ALIUD ARGUMENTUM CAMERARII.

HUJUS Comœdia argumentum est tenue ac simplex, in sola parasiti fronde  
 fortuita paulo plenius. Nam introducitur adolescens amans pueram, a  
 lenone avaro quam ille quidem redimeret, nisi pecunia decesset. Hanc  
 in Caria se posse mutuo sumere sperans, mittit illo parasitum suum, qui  
 petat. Is pecuniam quidem, quam mutuo accipiat, reperit nullam: sed  
 annulum in potu suffatur militis, a quo fnerat ad cœnam invitatis.  
 Atque ut de eodem cognoverat, quod emisset pueram a lenone, et pecu-  
 niā sitam esse apud trapezitam, consignat annulo militis literas, eas-  
 que trapezitæ reddit, atque opera hujus, mulierem abducit, tanquam a  
 milite missus. Venit postea miles, et se circumventum, inque ira et in-  
 dignatione mulierem illam sororem esse suam cognoscit. Itaque petenti  
 hæc datur Phædromo: et a lenone triginta minæ exiguntur. Res geritur  
 Epidauri.

#### ACTUS PRIMI SCENA PRIMA.

PALINURUS, PHÆDROMUS.

PA. Quo ted hoc noctis proficiisci foras

PA. In quem locum contendis tam prorectu nocte, cum illa teste et cum hoc

1 Quo ted hac noctis C. Quo te hac noctis Pl. 2. 3. 4. Quo te hac noctis Pl. 6.  
 Quo ted hac noctis Pl. 1. Quo te noctis Hl. 1. sed hoc insertum est inter lineas

**Cum istoc ornatu, cumque hac pompa, Phædrome ?**

**PH. Quo Venus Cupidoque imperat, suadetque amor.**

**Si media nox est, sive est prima vespera :**

**Si status conductus cum hoste intercedit dies,** 5

**Tamen est eundum, quo imperant, ingratia.**

**PA. At tandem tandem. PH. tandem es odiosus mihi.**

**PA. Istuc quidem nec bellum est, nec memorabile :**

**Tute tibi puer es : laetus lutes circum.**

*apparatu, Phædrome ? PH. Quo Venus Cupidoque jubet, et amor invitat. Sive est media nox, sive advesperascit, sive occurrit dies constitutus, denuntiatus peregrino, tamen ire oportet, etiam invito, quo jubent. PA. Sed demum demum. PH. Demum es mihi inquis. PA. Id profecto nec est pulchrum nec laudabile. Tu tibi*

\*\*\*\*\*

a manu recentiori.—3 *Quo V. Cupido imperat C. Pl. 1. 2. 3. 4. Lgg. Quo V. Cupido imperat Pl. 6. imperant Ald. Junt. Arg. 3.—4 Sive media edd. quædam vett.—5 Voc. *conductus* est in litura in Hl. 1.—6 C. Pl. 1. 2. 3. 4. 6. Hl. 1. B. 1. *quo imperat.* B. 1. *ingratus*; Hl. 1. a m. sec. *ingratis.*—8 Hl. 1. *neque b. est, neque.*—9 *Tute t. p. es laetus : lutes, &c.* C. Pl. 1. 2. 3. 4. 6. Ald. Junt.*

### NOTÆ

**2 Cum istoc ornatu]** Suus erat amatoribus apparatus, ut eo uno dignosceres a ceteris, sicut suum erat peregrinorum, nautarum, &c. Ex eo apparatu amatorio erat, quod fax cerea et funalis iis præferretur, præirent servi qui vinum et jentaculum ferrent Veneri: quod vocat Palinnius ‘pompam.’

**Phædrome]** Est dactylus in Plauto, atque adeo penultima est correpta, quanquam descendat a Φαῖδρωμος Græce, cuius est penultima produc ta. Ratio est, quia Latini in pronuntiatione vocum secuti sunt accentum Græcarum a quibus essent factæ. Sic dixerunt ‘I'dola,’ ‘Trigonus,’ ‘Philippus,’ ‘A'ratus.’ Et quia in pronuntiatione penultima est brevis, fecerunt et brevem in quantitate Prudentius, Ansonius, Sidonius. Sic ‘Sidonius,’ ‘Marsiam,’ ‘Euri pideum,’ quia accentus in Græcis est in penultima. Contra ‘Nestórem,’ ‘Hectórem,’ temporibus Plauti dixerunt, decepti analogia ‘rectóris’

a ‘rector,’ ‘mensōris’ a ‘mensor.’

**3 Cupido]** Nonius: ‘Cupido et Amor idem significare videntur: sed est diversitas. Cupido enim est inconsideratae necessitatis; Amor, judicii. Plantus in Cureulione discrevit, et vim ejusdem discretionis expressit.’

**4 Si media]** Si pro ‘sive,’ ut ‘ni’ pro ‘nive.’

**5 Status . . . dies]** Festus: ‘Status dies est quinjudicii causa est constitutus cum hoste, id est, peregrino: ejus enim generis ab antiquis hostes appellabantur, quod erant pari jure cum populo Romano: atque hostire ponebatur pro æquare.’

**9 Tute tibi puer es : laetus]** In appa ratu nupciali erant pueri elegantes et forma et vestibus, qui lucem præ ferrent sponsis. Hic sibi ipse lucem ministrat Phædromus.

**Luces cereum]** Hell. per cereum. Cereum præfers tibi lucentem. Cic. ‘Prælucere bonam spem, præferre, ostendere.

Ph. Egon' apicularum opera congestum non feram, 10  
 Ex dulci oriundum, melliculo dulci meo ?  
 Pa. Nam quo te dicam ego ire ? Ph. si tu me roges,  
 Dicam, ut scias. Pa. si rogitem, quid respondeas ?  
 Ph. Hoc Æsculapi fanum est. Pa. plus jam anno scio.  
 Ph. Huic proximum illud ostium occlusissimum. 15  
 Salve : valuistin' usque, ostium occlusissimum ?  
 Pa. Caruitne febris te heri, vel nudius tertius ?  
 Et heri coenavistine ? Ph. deridesne me ?  
 Pa. Quid tu ergo insane rogitas, valeatne ostium ?  
 Ph. Bellissimum, hercle, vidi et taciturnissimum. 20  
 Nunquam ullum verbum muttit : quom aperitur, tacet :  
 Cumque illa noctu clanculum ad me exit, tacet.  
 Pa. Nunquid tu, quod te aut genere indignum sit tuo  
 Facis, aut inceptas facinus facere, Phædrome ?

*ipse es minister, scitus præfers facem.* Ph. Egone non gestarem quod gesserunt  
*parrulæ apes secretum e suari cera, suari melli meo amicæ?* Pa. Quonam affir-  
*mabo ego te vadere?* Ph. Si tu u me petas, aperiam quo intelligas. Pa. Si postu-  
*lem, quid reponas?* Ph. Adest templum Æsculapii. Pa. Nori il jam amplius  
*anno.* Ph. Hæc janua juncissima huic contigua. Salve, limen optime junclum,  
*sanunne fuisti semper?* Pa. Febris tñce deseruit hesterna die, vel a duobus  
*diebus?* Et epulatus es hesterna luce ? Ph. Illudis mihi ? Pa. Quare igitur,  
*amenus, tu postulas, valeatne ostium?* Ph. Per Herculem, animadverti pulcherrim-  
*um, et secreto aptissimum; nunquam effert ullum dictum: silet cum panditur:*  
*et cum illa egreditur ad me occulte nocte, muta est.* Pa. Nonne tu agis quod  
*alienum sit a te, aut a tua prosapia, aut auspicaris quoddam crimen, Phædrome?*

Al. pro laetus legunt daucus ; al. Tute tibi, puere, laetus luces, &c.—10 Ego G.  
 et Both.—11 Both. melculo dulci.—12 Nam te quo Hl. 1.—14 Æsculapii Ald.  
 Junt. Gryph. al. vett. plus anno Lgg. plusium anno al. ap. Lang.—15 Pll. 3.  
 4. oculissimum ; Lgg. oculissimum,—16 Festus, Lgg. et edd. mediæ, oculissi-  
 mum, i. e. carissimum ; probant Turneb. H. Steph. J. Dousa, et inprimis  
 Muret. oculissimum Ald. usque deest in Hl. 1. B. 1.—17 In iuine febris Palm.  
*heri nudius* Hl. 1. al. ap. Par.—20 C. Pll. 1. 2. 3. 4. Hl. 1. B. 1. H. M. hercle  
*vide* ; ita quoque Ms. Boxhornii ; Bel. ergo vide Pl. 6. Bel. ergo unde G.—  
 21 Pll. 1. 2. 3. 4. 6. H. M. mittit ; Lgg. C. multit.—22 Quomque Camer.  
*Quom illa* C. Pll. 1. 2. 3. 4. 6. Ald. Junt. Gryph.—23 C. et tres Pll. generi.—

## NOTÆ

15 *Oculissimum*] Alii, *oculissi-*  
*mum, id est, carissimum in oculis.*

17 *Caruitne febris te*] Orationem  
 insulsam domini sui Phædromi irri-  
 det Palinurus alia oratione ridicula  
 perinde : nam dicitur ' caret febri,'

non 'febris caret eo.' *Valuistin' osti-*  
*um?* et *Caruitne te febris?* orationes  
 insulsæ ambæ. Palinurus porro sub-  
 notat verba heri sui esse hominis, aut  
 ex febri, aut ex largiori cœna deli-  
 rantis.

- Num tu pudicæ cuiquam insidias locas ? 25  
 Aut quam pudicam oportet esse ? Ph. nemini.  
 Nec me ille sinit Juppiter. Pa. ego item volo.  
 Ita tuum conferto amare semper, si sapis,  
 Ne id quod ames, populus si sciat, tibi sit probro.  
 Semper curato ne sis intestabilis : 30  
 Quod amas, amato testibus præsentibus.  
 Ph. Quid istuc est verbi ? Pa. caute ut incedas via.  
 Ph. Quin leno hic habitat. Pa. nemo hinc prohibet nec  
 vetat,  
 Quin quod palam est venale, si argentum est, emas.  
 Nemo ire quenquam publica prohibet via. 35  
 Dum ne per fundum septum facias semitam,  
 Dum tete abstineas nupta, vidua, virgine,

*An tu insidiaris alicui casta; aut ei quæ debet esse casta? Ph. Nulli, neque ille Jupiter me patitur facere. Pa. Ego opto etiam: colloca semper sic tuum amorem, si consultus es, ne si plebs condiscat id quod anas, tibi sit dedecori. Vide semper ne evadus indignus qui testeris: ama quod amas, adhibitis testibus. Ph. Quodnam est hoc dicti? Pa. Quo nitaris via prudenti. Ph. Quin leno hic manet. Pa. Nullus prohibet neque vetat, quominus emas hic quod est venale coram, si habes pecuniam. Nemo impedit quenquam ire regia via. Modo non aperius iter per agrum clausum: modo temet contineas a nupta, vidua, virgine, juventute, et pueris*

\*\*\*\*\*

24 C. incæptas.—25 C. Pll. 1. 2. 3. 4. 6. pudice.—26 Hl. 1. B. 1. C. Pll. 1. 2. 3. 4. 6. esse oportet.—27 Ne me irriserit Jup. Lgg. Parens vero ex Lgg. sirit: et sic edidit Both. e conjectura Guil. et Mureti.—28 Lgg. amorem, ut conj. Muret. amare H. 1. B. 1. C. Pll. omnes.—31 H. 1. B. 1. C. Pll. 1. 2. 3. 4. 6. ama testibus.—32 In Hl. 1. et B. 1. verbi deest. Pl. 3. caute incedas, omisso ut. ‘M. C. tutu ut incedas.’ margo ed. Gronov.—33 Pl. 6. nemo hunc; C. ne-  
 mo hic; Pll. 1. 2. 3. 4. nemo hinc.—34 Lgg. palam’st. Mox, pro emas, Hl. 1. amas.—35 Ald. prohibet publica via; al. ap. Par. publica vetat via; C. et Pll. quinque, publica prohibet via.—37 Dum te H. M. G. C. Pll. quinque.—

#### NOTÆ

28 *Tuum amare*] Pro tuum amo-  
 rem, ut in bono poëta, ‘Seire tuum  
 nihil est.’ Hellenismus. Nos verna-  
 culo nostro dicimus, *ton sçavoir*, sal-  
 tem in nostra poësi.

30 *Intestabilis*] Ei cui inusta erat  
 nota infamiae, testimonium dicere non  
 licet, nec testamentum morienti  
 condere.

33 *Prohibet*] ‘Prohibere’ est, a-  
 vertere et impedire ne quid fiat.

Prohibitoria edicta prætorum. ‘Ve-  
 tare’ est, dictis resistere. Porro hæc  
 oratio Palinuri quam parum conve-  
 niat cum lege Dei, statim agnoscit  
 Christianus. Neque enim satis est  
 ‘abstinere a nupta, virgine, vidua,  
 juventute et pueris liberis,’ sed ab  
 omni prorsus libidine, cuius stabula  
 videtur hac aperire oratione Palinu-  
 rus.

**Juventute, et pueris liberis, ama quid lubet.**

**Ph.** Lenonis hæ sunt aedes. **Pa.** male istis eveniat.

**Ph.** Qui? **Pa.** quia scelestam servitutem serviunt. 40

**Ph.** Obloquere. **Pa.** fiat maxume. **Ph.** etiam taces?

**Pa.** Nempe obloqui me jusseras. **Ph.** At nunc veto.

**Id uti** occipi dicere; ei ancillula est.

**Pa.** Nempe huic lenoni, qui hic habitat? **Ph.** recte tenes.

**Pa.** Minus formidabo ne exedat. **Ph.** odiosus es. 45

Eam volt meretricem facere: ea me deperit.

Ego autem cum illa facere nolo mutuum.

**Pa.** Quid ita? **Ph.** quia proprium facio: amo pariter simul.

**Pa.** Malus clandestinus est amor, damnum 'st merum.

**Ph.** Est, hercle, ita ut tu dicis. **Pa.** jamne ea fert jugum? 50

**Ph.** Tam a me pudica est, quasi soror mea sit: nisi

*ingenuis, ama quicquid placuerit.* **Ph.** Hæc est domus lenonis. **Pa.** Male istis accident. **Ph.** Cur? **Pa.** Quoniam subjiciuntur servituti sceleratae. **Ph.** Obloqueris. **Pa.** Fuciam lubenter. **Ph.** Non tacebis? **Pa.** Nimurum mihi statim imperasti ut obloquerer. **Ph.** At nunc veto. Sed accipe nunc sicut capi hoc aperire: habet ancillulam. **Pa.** Scilicet hic leno qui hic manet? **Ph.** Bene tenes. **Pa.** Minus pertimesco ne effluat memoria. **Ph.** Odiosus es. Cupit eam prostituere: eu me perdit amat, ego vero nolo habere mutuam illam. **Pa.** Quare? **Ph.** Quia volo habere peculiarem. Redamo pariter illam. **Pa.** Amor occultus est nequam, est mera pernicies. **Ph.** Est, per Herculem, ita ut tu affirmas. **Pa.** Jamne cuiquam mancipata est? **Ph.** Est adeo casta ex mea parte, quam si sit mea soror, nisi si



38 Particula et deest in quibusdam edd. ante Par.—39 Lenonis hæ sunt H. et Both.—41 Edd. quædam vett. etiam tu taces; sed illud tu exusat ab omnibus codd.—43 Indicias occipi Pl. 6. Indicias. **Pa.** Occipi Pl. 1. 2. 3. 4. Hl. 1. B. 1. **Ph.** Ei Pl. quatuor, Hl. 1. B. 1. eii al. ap. Par. ancillula Lgg. Si industias occ. dic. H. Sed ita ut occ. conj. Muretus.—44 Both. malit, qui hic habet.—45 Nimis formido Pl. 1. 2. 3. 4. 6. Ald. Junt. Minus formidabo H. Lgg. Hl. 1. B. 1. C. ne excodat Pl. 3. ne excidat H. et Both. ne exedat C. Pl. 1. 2. 4. 6. Hl. 1. B. 1. ne excadat al.—47 Boxhorn, cum illo. Pl. 2. 3. facere volo; Lgg. nolo facere.—50 Est ita hercle ut dicis Hl. 1. B. 1.—51 Pl. 6.

#### NOTÆ

45 Ne exedat] Si teneo puellam, arbitror, cum par voluntas accipitur minus metuo ne exedat, id est, voret leno.

47 Facere nolo mutuum] Cic. 'Quod autem ita scribis pro mutuo inter nos animo, quid tu existimas esse in amicitia mutuum, nescio: equidem hoc

arbitror, cum par voluntas accipitur et redditur.'

50 Jamne ea fert jugum] Pro 'matrimonio' accipitur: unde 'conjugus,' 'conjugium,' metaphoricum nomen ab illis belluis sumtum, quæ cum essent antea liberæ et solutæ, jugo sub-

Si est osculando quidpiam impudicior.

PA. Semper tu scito, flamma fumo est proxuma.

Fumo comburi nihil potest, flamma potest.

Qui e nuce nucleum esse volt, frangit nucem. 55

Qui volt cubare, pandit saltum saviis.

PH. At illa est pudica, neque dum cubitat cum viris.

PA. Credam, pudor si cuipiam lenoni siet.

PH. Immo ut illam censes? ut quæque illi occasio est

Surripere se ad me, ubi savium oppegit, fugit. 60

Id eo fit, quia hic leno ægrotus incubat

In Æsculapii fano, is me excruciat. PA. quid est?

PH. Alias me poscit pro illa triginta minas,

Alias talentum magnum; neque quicquam queo

Æqui bonique ab eo impetrare. PA. injuriu's, 65

Qui, quod lenoni nulli'st, id ab eo petas.

PH. Nunc hinc parasitum in Cariam misi meum,

*est paulo impudicior osculis. PA. Pro certo habeto flammam esse semper proximam fumo. Nihil potest consumi fumo, potest flamma. Qui cupit comedere nucleum nucis, frangit nucem: qui vult cubare, incipit a suaviis. PH. Sed illa est casta, necedum cubat cum viris. PA. Credam, si sit lenoni alicui pudor. PH. Immo qualem censes illam esse? Quando sese offert occasio sese surripiendi, ut veniat ad me, statim atque dedit osculum, fugit. Id fit, quoniam leno æger cubat hic in templo Æsculapii: ille me enecat. PA. Quare? PH. Modo a me petit triginta minas pro illa, modo magnum talentum, neque possum obtinere ab eo quicquam justi ac recti. PA. Injuriam facis homini, ut qui ab eo flagites id quod in nullo tenone est. PH. Jam misi meum parasitum hinc in Cariam, rogatum pecuniam mutuum*

quam si soror; Lgg. pudica, quam si soror.—55 Lgg. nuculeum.—56 Pll. 1. 3. a m. sec. pangit s. suavium; Pl. 2. prundit s. suavium; Pll. etiam reliqui, et HI. 1. suavium; B. 1. savium; Lgg. pandit s. suavius.—58 H. G. Both. et B. 1. si quoiquam; edd. vett. si quoipiam; Lgg. si cuipiam; HI. 1. si pudor exiquam.—59 *Immo quid censes nonnulli ap. Par.* Alii pro illam habent illum; omnes vero codd. servant illam censes.—62 *In Esculapii C.*—65 HI. 1. B. 1. et margo ed. Gronov. ex scriptis, injurium est.—66 PH. Quid? PA. Quod Pll. 1. 2. 3. 4. C. HI. 1. B. 1. Ald. Junt. Qui quod l. nulli es C. a m. sec. quod quod petas

#### NOTÆ

jiciuntur, ut hominibus esse utiles possint.

53 *Flamma*] Exactæ pudicitiæ est, neque ferre, neque inferre ullum libidinis indicium vel levissimum.

61 *Incubat In Æsculapii fano*] Morris erat ut passim in Deorum templis cubarent, quorum open expectarent.

Quo fit ut eorum responsa essent fere mera somnia. Virgil. 'cæsarum ovi- um sub nocte silenti Pellibus in- buit stratis, somnosque petivit.'

61 *Talentum magnum*] Valet centum minas; minæ, centum drachmas. Mina valet septemdecim libras Turo- nenses cum semisse.

Petitum argentum a meo sodali mutuum :

Quod si non affert, quo me vortam nescio.

PA. Si Deos salutas, dextrovorum censeo.

70

PH. Nunc ara Veneris haec est ante horum fores.

Me inferre Veneri vovi jam jentaculum.

PA. Quid? an te pones Veneri jentaculo?

PH. Me, te, atque hosce omnes. PA. tum tu Venerem vomere vis?

PH. Cedo, puere, sinum. PA. quid facturus? PH. jam scies.

75

Anus hic solet cubitare custos, janitrix,

Nomen ei est lenae, multibiba atque merobiba.

PA. Quasi tu lagenam dicas, ubi vinum solet

*a meo sodali. Nisi apportat, nescio quo me vertam.* PA. *Si salutas Deos, existimo te vertendum esse in dexteram.* PH. *Hoc altare Veneris est jam ante horum limen.* Vovi jam me offerre jentaculum Veneri. PA. Quid? ponesne te ante Venerem pro jentaculo? PH. Me, te, et hosce omnes. PA. *Tum tu vis Venerem vomere?* PH. *Da poculum, puer.* PA. *Quid facies?* PH. *Jam intelliges.* *Vetula solet hic cubitare, et custodire januam.* Vocatur nomine lena multum bibens, et mirum bibens. PA. *Tu dicas quasi lagenam, in quam vinum laudatissimum consue-*

\*\*\*\*\*

Lgg.—67 Hl. 1. *in cariam*; Gronov. *in Curiam*.—71 Al. ap. Par. *heic est.* Lgg. et C. *horunc fores*.—72 *Enim inferre al. ap. Par.*—73 Ita Angl. Pontani. *Quid antepones Veneri a jentaculo* Hl. 1. B. 1. *Veneri a jentaculo* Pl. 1. 2. 3. 4. 6. *Veneri jentaculi* Pl. 1. a m. sec. *Veneri alentaculo* C. et intra lineas, *lentaculum*; al. ap. Par. *Ven. pro jentaculo*; vett. ap. Both. *Veneri*.—74 Hl. 1. B. 1. *tun tu Venerem*.—75 *Pro puere, quod servant* Pl. quinque et C. *pure legitur* in quibusdam edd. vett.—76 *Anus hic recubare solet* Hl. 1. B. 1. Ven. 1. Bon. Ald. Junt. *cubare solet* C. *solet cubare* al. ap. Par.—77 *Nomen est*, omissio τρ̄ ei, Hl. 1. B. 1. C. Pl. quinque, H. G. M. Ven. 1. Bon. Ald. Junt. Both. *leene* C.—78 Q. *tu lagønam ducas* Lgg. *ubi vinum Chium Solet esse* Hl. 1. B. 1. C.

#### NOTE

70 *Dextrovorum*] Qui Deos venerabantur, versus dextram sese convertebant. ‘Salutare Deos,’ est adorare Deos, venerari. Tacitus, ‘adorare vulgum,’ pro ‘salutare vulgum.’

72 *Inferre Veneri . . . jentaculum*] Quia esculenta et potulenta fert lenæ et Planesio Plædromus, dicit Palinuro se ferre Veneri jentaculum. Per Venerem intelligit Planesium. *Jentaculum* est primus diei cibus, ferme usurpatus ab solis pueris. ‘Surgite, jam vendit pueris jentacula pistor.’ Martial.

75 *Sinum*] Vasis genus ventriosum.

*Puere*] Puer. Varro: ‘Primo gradi usque ad annum decimum quintum pueri sunt dicti, quod puri sint atque impuberes.’ Unde ‘pullus’ a ‘purus.’

78 *Quasi tu lagenam*] Anus vino dedita dicitur ‘lagenæ,’ ut ab auctoribus corpus nostrum ‘uter,’ ‘cortex,’ ‘follis.’ Varro: ‘Sic invitata anima corpoream corticem facile relinquit.’

Chium esse. Ph. quid opus est verbis? vinosissima est,  
Eaque extemplo ubi vino has conspersi fores, 80  
De odore adesse me scit, aperit illico.  
Pa. Eine hic cum vino sinus fertur? Ph. nisi nevis.  
Pa. Nolo hercle: nam istunc qui fert, afflictum velim:  
Ego nobis afferri censui. Ph. quin tu taces?  
Si quid super illi fuerit, id nobis sat est. 85  
Pa. Quisnam istic fluvius est, quem non recipiat mare?  
Ph. Sequere hac, Palinure, me ad fores: si mihi obsequens.  
Pa. Ita faciam. Ph. agite, bibite, festivæ fores;  
Potate, fite mihi volentes propitiæ.  
Pa. Voltisne olivas, aut pulpamentum, aut capparim? 90  
Ph. Exsuscitate vostram huc custodem mihi.  
Pa. Profundis vinum: quæ te res agitant? Ph. sine.  
Viden' ut aperiuntur ædes festivissimæ?  
Num muttit cardo? est lepidus. Pa. quin das savium.

*vit infundi.* Ph. *Quid necesse est verbis?* *Est vino deditissima: et cum primum infudi vinum huic januce, extemplo scit me adesse per odorem vini, reserat statim.* Pa. *Eine datur cum vino hic sinus?* Ph. *Fertur, nisi vetas.* Pa. *Nolo per Herculem: nam optem hunc qui fert afflictum casu.* Ego existimavi nobis opportari. Ph. *Quin tu obmutescis?* si illi superfuerit aliquid, nobis sufficit. Pa. *Quodnam hoc flumen est, quod mare non cibat?* Ph. *Veni hac, Palinure, post me ad ostium, sis mihi morigerus.* Pa. *Sequor.* Ph. *Agite, bibite, festiva limina, potute, estote mihi benevolentes, farentes.* Pa. *Voltis olivas, aut pulpamentum, aut capparim?* Ph. *Exsuscitate mihi huc vestram custudem.* Pa. *Effundis vinum: quæ furia te vexant?* Ph. *Sile: aspicne ut janua festivissima aperitur?* Num curdo strepit? est scitus. Pa. *Quin figis suavum.* Ph. *Tace; abscondas.*

Pll. 1. 2. 3. 4. 6.—79 *Quid opus est C. et quinque Pll.*—80 *Par. extempulo;* Pll. quinque, C. Hl. 1. B. 1. *extemplo;* Hl. 1. *vino jam conspersi.* Mox, Par. *foris;* C. *fores.*—82 *Hei ne Hl. 1.*—83 Pl. 6. *nam istuc quid.*—85 C. *sat' st.*—86 *Quid nam Hl. 1.*—87 Pll. quinque, *si mihi obsequeris;* ed. Par. *si mihi obsequens.*—89 Pll. quinque et C. *sitc mihi.* Hl. 1. *mihi vos volentes.*—90 G. *aut pulmentum, nt legi iussit Scal. probante Bentl. ad Terent. Eun. III. 1. 36. Muretus delebat aut utrumque;* bis tamen extat in Hl. 1. B. 1. C. Pll. 1. 2. 3. 4. 6. *capparin* Pl. 1. *capparum* Pll. 2. 4. *capparū* Hl. 1. *cappariam* Pl. 6. *capparim* B. 1. Pl. 3. C.—91 H. *hanc custodem.*—93 *Vidin C.* *Vide ut Both.*—

## NOTÆ

- Vinum Chium]* Ex insula Chio Ægæi et eas ornare floribus.  
maris allatum. 90 *Voltisne olivas]* Herum irridet  
87 *Fi]* Id est, esto. Horat. ‘fi Palinurus.  
cognitor ipse.’ 91 *Quin das savium]* Foribus, vide-  
88 *Bibite]* Solebant amatores, et licet irrisio.  
effundere merum ad fores amicarum,

**PH. Tace : occultemus lumen et vocem.** **PA. licet.** 95  
*mus lumen, et vocem premamus.* **PA. Licet.**

---

94 *Non mutit cardo Pll. quinque.*—95 *Voc. lumen deest in Hl. 1. a m. pr.*

---

## ACTUS PRIMI SCENA SECUNDA.

LENA, PHÆDROMUS, PALINURUS.

**L**E. **F**LOS veteris vini meis naribus objectus est.  
**E**hus amos cupidam me huc prolicit per tenebras.  
**U**bi ubi est? prope me est: evax habeo. **S**alve, anime  
 mi,  
**L**iberi lepos: ut veteris vetusti cupida sum!  
**N**am omnium unguentum odor præ tuo, nautea est. 5  
**T**u mihi stacte, tu cinnamomum, tu rosa,  
**T**u crocimum et casia es, tu bdellium: nam ubi

**L**E. *Odor vini veteris pervenit ad meas nares: ejus desiderium me prolectat* *huc in tenebris: Ubi ubi est? Est juxta me: profecto teneo. Salve, mi anime, delicie Bucchi,* *quanto desiderio teneor vetusti vetustioris!* *Nam odor omnium aromatum est sentina præ tuo: tu mihi flos myrrha, tu cinnamomum, tu rosa, tu crocicum et casia es, tu bdellium: etenim in eo loco in quo effusum es, ego peroptem me*

---

2 *Ejus amor Pll. omnes, C. M. Arg. 3. Ald. Jant.*—4 *Both. retusta.*—5 *H. odos;*  
*Pll. quinque, C. Hl. 1. B. 1. odor.* *Hl. 1. ptuo.* *Pll. 1. 2. 3. 6. nausea.*—6 *C. Pll. 2. 4. tu cinnamum.*—7 *Tu crocū Hl. 1.* *Tu crocum H. G. Pll. 1. 2. 3. 4. 6.*  
*Tu crocimum Lgg. et C.* *Tu crocum B. 1. tu telium C. Pl. 6.* *tu pdellium Pll. 3. 4. et C. in marg.* *tu thelion Pl. 1.* *tu pithelium Hl. 1. et Lgg.* *tu ptellium;*

### NOTÆ

1 *Flos veteris vini]* Id est, odor vi-  
 ni, vel vinum exquisitissimum, et, ut  
 ita dicam, omnium vinorum flos. Sic  
 dicitur ‘flos ætatis,’ ‘flos gentis,’  
 ‘flos amicorum,’ &c.

2 *Amos]* ‘Colos,’ ‘vapos,’ ‘nidos,’  
 ‘odos,’ ‘lepos,’ ut etiamnum ‘flos.’

4 *Liberi lepos]* Varro: ‘Hilaritatis  
 seminarium, medela ægritudinum.’  
 Athenæns: ‘Vinum, lac Veneris.’  
 Apuleius: ‘Vinum Veneris hortator

et armiger.’

‘*Veteris vetusti]* ‘Vetus, veteris,’ et  
 ‘vetustum, vetusti,’ id est, vinum ve-  
 tustissimum.

6 *Stacte]* Theophr. ‘Latex oleumve  
 e cinnamomo et myrrha incisa su-  
 dans.’

‘*Cinnamomum]* Arouna fragrantissi-  
 mum. ‘Cinnamum’ et ‘cinamum.’

7 *Crocimum]* E ‘croco,’ unguen-  
 tum.

Tu profusus, ibi ego me pervelim sepultam.  
 Sed cum adhuc naso odos obsecutus es meo,  
 Da vicissim meo gutturi gaudium. 10  
 Nihil ago tecum : ubi est ipsus ? ipsum expeto  
 Tangere, invergere in me liquores tuos  
 Sino ductim : sed hac abiit, hac persequar.  
**PH.** Sิต hæc anus. **PA.** quantillum sitit? **PH.** modica  
 est,  
 Capit quadrantal. **PA.** pol, ut tu prædicas, 15  
 Vindemia hæc huic anui non satis est soli.  
 Canem esse hanc quidem magis par suit: sagax  
 Nasum habet. **LE.** amabo, cuja vox sonat procul?  
**PH.** Censeo hanc appellandam anum : adibo : redi,  
 Et respice ad me, lena. **LE.** Imperator quis est? 20  
**PH.** Vini pollens, lepidus Liber,  
 Tibi qui screanti, siccæ, semisomnæ  
 Affert potionem, et te sedatum it.

*sepultam. At quoniam odore afflatus est tantum meus nasus, perfinde etiam gaudio meum guttur: nihil te moror: ubi est ipse odor? Exopto ipsum tenere, patere ut infundam jugiter in meum guttur tuos latices. Sed accessit huc, occurram hæc. PH. Hæc retulæ siccæ est. PA. Aliquantum sitit! PH. Est parvo contenta: siccæ vas octo et quadraginta sextariorum. PA. Per Pollicem, ut tu dicis, integra vindemia non sufficit huc unï vetulæ. Præstilis sane illam esse canem: sunt illi nares sagaces. LE. Obsero, qua vox auditur a longe? PH. Existimo eam esse arcesseudam retulam. Conrenium. Revertere huc, it aspic ad me, lena. LE. Quis mili imperat? PH. Vinipotens, festivus Bucchus, qui tibi propinat vinum sitibundæ, screanti, insomni, et accedit ad te sedandam. LE. Quan remo-*

\*\*\*\*\*

B. 1. *tu pthelium*.—9 C. PH. 1. 6. *odos obsecutus est*; PH. 2. 3. 4. *odos subsecutus es*.—11 C. *vibi est*.—12 Hl. 1. *inverge*; PH. 4. 6. *inungere*.—13 *Sine ductim* C. PH. quinque, B. 1. et Dousa; *Sinodotim* Hl. 1. a m. pr.—14 *Stat hæc* Hl. 1. a m. pr. *quantulum sitit* Pl. 2. *quantillum sitit* Lgg. C. PH. 1. 3. 4. 6. —15 Lgg. et Hl. 1. *ut prædicas*.—16 Lgg. *huc anui non sufficit solo*.—17 Lgg. *quidem pur*.—18 Both. *quia vox*.—20 PH. 3. 4. 6. *me huc lena*; sed illud *huc*

#### NOTÆ

13 *Sino*] E sino, vase vinario.

*bonne femme a un peu soif.*

*Ductim*] Tout d'un trait, à πνευστή, sans reprendre haleine.

15 *Quadrantal*] Vas unius pedis in quadratum, quod octo et quadraginta sextarios capit: ‘amphora’ Græca ab ansis, quibus utrimque tollebatur.

14 *Quantillum sitit*] Scriptum cum interrogacione; sed commodius citra interrogacionem: quasi unus dicat, *La bonne femme a soif*; et alter, quod fit, aliis verbis ferme idem, *Oui, la*

18 *Nasum*] Olim genere neutro.

LE. Quam longe a me abest? PH. lumen hoc vide.  
 LE. Grandiorē gradum ergo fac ad me, obsecro. 25  
 PH. Salve. LE. egon' salva sim, quæ siti sicca sum?  
 PH. At jam bibes. LE. diu sit. PH. hem tibi anus lepida.  
 LE. Salve, oculissime homo. PA. age, effunde hoc cito  
 In barathrum: propere proluce cloacam. PH. tace  
 Nolo huic maledici. PA. faciam igitur male potius. 30  
 LE. Venus, de paulo paululum hoc tibi dabo,  
 Haud lubenter: nam tibi amantes, propinantes,  
 Vinum potantes dant omnes: mihi haud sæpe  
 Eveniunt tales hæreditates. PA. hoc vide, ut  
 Ingurgitat impura in se merum avariter, 35  
 Faucibus plenis! PH. perii hercle! huic quid primum  
 dicam  
 Nescio. PA. hem istuc, quod mihi dixti. PH. quid id  
 est?  
 PA. Perisse ut te dicas. PH. male tibi Di faciant.

tus a me? PH. Aspice hanc facem. LE. Accede ergo passu majori ad me, amabo. PH. Salve. LE. Simne salva? Excessu siti. PH. At bibes statim. LE. Quam longum id jam! PH. Accipe id, jucunda retula. LE. Salve, vir suavissime. PA. Age inerge id celeriter in gurgitem: ingle velociter voraginem. PH. Sile, ægre fero huic dici convitum. PA. Infligam ergo ei potius malum. LE. O Venus! tibi propinabo parum vini de paucō, non ultra: etenim amatores libantes tibi quando bibunt, offerunt cuncti merum; non frequenter mihi contingunt ejusmodi bona. PA. Id aspice, quomodo scelestā vorat avide vinum in se toto gutture! PH. Occidi per Herculem! quid prius eloquar huic, ignoro. PA. Hem! id quod mihi locutus es. PH. Quid est illud? PA. Ut cla-

deest in Pll. 1. 2. C. Lgg. quis es Pll.—23 Par. et al. vett. et sitim sedatum it; illud sitim extat solum in C. ab aliena manu.—24 Camer. abest a me; C. Pll. quinque, aliique codd. a me abest.—25 G. ergo gradum Lgg.—26 Hl. 1. salva siem.—27 Al. ap. Par. en tibi, sc. quod bibas; et sic Lambin. hem tibi C. et quinque Pll.—29 H. tace modo.—31 Pll. 4. 6. C. paululum hic; Pll. 1. 2. 3. paululum hoc.—33 C. dant homines, et in margine omnes. At Pll. nullus habet vel omnes, vel homines. Omnes deest etiam in Hl. 1. B. 1. Al. Vinum danunt omnes, contra codd.—34 Veniunt edd. quædam ante Par. Eveniunt C. Pll. quinque, aliique codd.—36 Plenis faucibus Hl. 1. B. 1.—38 Perisse Hl. 1.—

## NOTÆ

28 *Oculissime*] Id est, carissime in oculis. Catullus: ‘Ambobus mihi quæ carior est oculus.’ ‘Oculitus amare,’ impensis sine aware.

29 *Barathrum*] Festus: ‘Barathrum Græci appellant locum præcipitem, unde emergi non possit. Dictum ab eo quod est sap̄s.’ Horat.

- PA.** Dic isti. **LE.** ah! **PA.** quid est? ecquid lubet? **LE.** lubet.  
**PA.** Etiam mihi quoque stimulo fodere lubet te. 40  
**PH.** Tace, noli. **PA.** taceo: ecce autem bibit arcus;  
pluet  
Credo hercle hodie. **PH.** jamne ego huic dico? **PA.**  
quid dices?  
**PH.** Me periisse. **PA.** age dice. **PH.** anus audi: hoc  
volo  
Seire te, perditus sum miser. **LE.** at pol ego oppido  
Servata: sed quid est, quid lubet perditum 45  
Dicere te esse? **PH.** quia id, quod amo, careo.  
**LE.** Phaedrome mi, ne plora, amabo: tu me  
Curato ne sitiam, ego tibi, quod amas, jam huc adducam.  
**PH.** Tibi næ ego, si fidem servas mecum,  
Vineam pro aurea statua statuam, quæ tuo 50  
Gutturi sit monumentum: qui me in terra æque  
Fortunatus erit, si illa ad me bitet,  
Palinure? **PA.** edepol, qui amat, si eget, misera afficitur

*mes te occidisse. PH. Dii te perdant! PA. Dic isti. LE. Ah! PA. Quid vis? Ecquid lubet? LE. Lubet. PA. Mihi placet etiam te scindere stimulo. PH. Sile, noli. PA. Sileo: ecce vero Iris potat: existimo per Herculem futurum ut pluat hodie. PH. Huicne dico ego nunc? PA. Quid dices? PH. Me perditum esse. PA. Age effare. PH. Ausculta, vetula, id opto te intelligere; peri infelix. LE. Per Pollucem ex ego incolumis maxime. Sed quid est? quid lubet affirmare te interiisse? PH. Quoniam eo privatus sum quod depereo. LE. Phaedrome mi, noli lacrymari, obsecro: tu vide ne ego sitiam, ego jam tibi adducum luc id quod depenis. PH. Certe ego tibi afferam vineam pro aurea statua quæ sit tuis fauibus monumentum, si mihi sis fida. Quis erit sic beatus ut ego in vita, si hæc ad me veniat, Palinure? PA. Per ædem Pollucus anator, si inops est, experitur*



40 *Lgg. fodere te.*—41 **PH.** *Tace modo.* **PA.** *Taceo, &c. Lgg.*—42 **B. I.** *jamne huic dico;* **Hl. I.** *jamne huic ego dico.*—43 *Me periisse* **Hl. I.**—44 *Lgg. perditis-*  
*simus sum.*—45 **B. I.** *et quinque Pll. quod jubet;* **Hl.** *quod lubet.*—46 **Hl. I.**  
*quia eo quod.*—47 *Phedrome C. et quinque Pll.*—48 **C.** *siciam.*—49 **Tibi ne ego**  
*C. et Pll. omnes.*—51 *Lgg. qui me interea.*—53 **C.** *qui emat.* **Hl. I.** *miseru ef-*

#### NOTÆ

‘barathrum macelli’ helluo, qui quic-  
quid in macello est, vorare possit.

41 *Bibit arcus]* Virgil. ‘bibit in-  
gens Arcus.’ Propert. ‘Purpureus  
pluvias cur bibit arcus aquas?’ Mar-

tial. ‘Casuras alte si rapit Iris aquas.’  
Plantus hic notat curvam senecte-

anum et arcuatam, et una bibacissi-  
mam.

*Ærumna.* Ph. non ita res est: nam confido  
Parasitum hodie adventurum cum argento ad me. 55  
Pa. Magnum inceptas, si id exspectas, quod nusquam' st.  
Ph. Quid si adeam ad fores, atque occentem? Pa. si  
lubet,  
Neque voto, neque jubeo: quando ego te video  
Immutatis moribus esse, here, atque ingenio.  
Ph. Pessuli, heus pessuli, vos saluto lubens, 60  
Vos amo, vos volo, vos peto, atque obsecro,  
Gerite amanti mihi morem: amoenissumi  
Fite causa mea Lydi barbari,  
Sussilite obsecro, et mittite istanc foras,  
Quæ mihi misero amanti ebibit sanguinem. 65  
Hoc vide ut dormiunt pessuli pessumi,  
Nec mea gratia commovent se ocyus.  
Respicio, nihil meam vos gratiam facere.  
Sed tace, tace. Pa. taceo hercle: quid est? Ph. sentio  
sonitum.

*luctuosam calamitatem.* Ph. Res non ita se habet: nam sp̄ero parasitum adventum ad me hodie cum pecunia. Pa. Moliris rem magnam, si experiris id quod nusquam gentium existit. Pi. Quid si accedam ad januam, atque cantem ante eam? Pa. Si placet, nec prohibeo, nec impero: quoniam ego te animadcerto esse institutis aliis et mente, here. Ph. Pessuli, heu pessuli, vos salutatos volo ultro, vos diligo, vos exopto, vos rogo et obtestor, estote morigeri mihi amanti. Jucundissimi evadite mea gratia, Lydi Italici; saltate rogo vos, atque hanc dimittite foras, quæ mihi ebibit sanguinem infelici amanti. Vides ut obscuri sunt maligni pessuli, neque sese subducunt celeriter mea causa. Video vos flocci facere meum amicitium. Sed sile, sile. Pa. Taceo per Herculem: quid est? Ph. Audio crepitum. De-

\*\*\*\*\*

ficit; et a m. sec. misera efficiet.—54 C. rest est.—59 Lgg. *moribus esse atque ingenio.*—61 *Vos amo, vos colo* Hl. 1. a m. sec.—62 Idem codex a m. pr. *aman-*  
*tissimi.*—63 *Site* Hl. 1. B. 1. *Lidi* C.—64 *Subilitate* B. a m. pr. *Sussilite* Lgg.—66 *Voc. pessuli deest in quibusdam vett.*—68 *Perspicio Lambin.* *Respicio* C. Pi. quinque, Hl. 1. B. 1. Ven. 1. Bon. Ald. Junt. Gryph.—69 *'St, tace,*  
*tace Lambin.* Pro *quid est*, B. 1. habet *quidem*; et sic C. et quinque PiL.—

## NOTÆ

60 *Pessuli]* Moris erat apud antiquos ut amicarum fores inscriberent laniibns, coronarent floribus, aspergerent vino, occantarent. Pers. dum Chrysidis uidas Ebrins ante fores extincta cum face canto.' Mos ille necdum apud nos desit: hinc quæ noc-

tu, quæ prima luce symphoniae audiuntur. *Les sérénades et les anbadés.*

63 *Lydi barbari]* Lydii erant saltationibus deditissimi, et iis ut plurimum in choreis histriones utebantur. *Barbari dicuntur*, id est, Italici.

Tandem edepol mihi morigeri pessuli fiunt.

70

*nique per cædem Pollucis pessuli mihi obsequuntur.*

70 C. *mihi morieri.*

### ACTUS PRIMI SCENA TERTIA.

LENA, PLANESIUM, PHÆDROMUS, PALINURUS.

LE. PLACIDE egredere, et sonitum prohibe forum, et crepitum cardinum :

Ne quod hic agimus, herus percipiat fieri, mea Planesium.  
Mane, suffundam aquulam. PA. viden' ut anus tremula medicinam facit?

Eapse merum condidicit bibere, foribus dat aquam quam bibant.

PL. Ubi tu es, qui me convadatus Veneriis vadimoniis? 5  
Ubi tu es, qui me libello Venerio citavisti? ecce me.

Sisto ego tibi me, et mihi contra itidem te ut sistas suadeo.

PH. Assum : nam si absim, haud recusem quin mihi male sit, mel meum.

PL. Anime mi, procul amantem abesse haud consentaneum est.

LE. Prodi placide, atque impedi crepitum januae, et murmur cardinum, ne dominus sentiat fieri hic quod gerimus, mea Planesium. Sine, instillavero parum aquæ. PA. Aspice quemadmodum vetula tremens miscet medicamenta : ipsa novit potare vinum, invergit aquam januae quam potet. PLA. Adesum qui mihi dixisti radiimonium amatorium? Adesum qui me vocasti tabulis amatoriis? Præsto sum. Ego memet offero tibi, atque hortor ut te offeras obviam etiam mihi. PH. Adsum : nam si non adsim, non deprecabor a me quodvis malum, mel meum. PLA. Anime mi, non est æquum profecto amantem distare longe. PH. Palinure, Palinure.

1 G. et strepitudem. C. cardium; Pll. quinque cardinum.—2 Neque quod C. a m. sec.—3 Lgg. Mane, mane. C. vidin; Pll. quinque viden.—4 E. m. quom didicit al. ap. Par. condidit Hl. 1. a m. pr. condidicit C. et quinque Pll.—6 Ubi es tu Hl. 1. et mox citasti. Hic vs. deest in Lgg. H. M. G. C. Pll. 1. 2. 3. 4. In Pll. 1. 3. scribitur ad marg.—7 Sisto ades contra Hl. 1. te deest in Hl. 1. B. 1.—8 Assum, si absim Lgg.—9 Auine me Hl. 1. a m. pr. Anime mi,

#### NOTÆ

5 Vadimoniis] Convadatus, vadimoniis, libello, citavisti, sisto, sistas, res amatoria verba nota sunt.

- Ph.** Palinure, Palinure. **Pa.** eloquere : quid est, quod Palinurum voces ? 10
- Ph.** Est lepida. **Pa.** nimis lepida. **Ph.** sum Deus. **Pa.** immo homo haud magni preti.
- Ph.** Quid vidisti, aut quid videbis magis Dis æquiparabile?
- Pa.** Male valere te, quod mihi ægre est. **Ph.** male mihi morigerus, tace.
- Pa.** Ipsus se excruciat, qui homo quod amat, videt, nec potitur dum licet.
- Ph.** Recte objurgat : sane haud quicquam 'st magis quod cupiam tamdiu. 15
- Pl.** Tene me, amplectere ergo. **Ph.** hoc etiam est, quamobrem cupiam vivere.
- Quia te prohibet herus, clam hero potior. **Pl.** prohibet, nec prohibere quit,
- Nec prohibebit, nisi mors meum animum abs te abalienaverit.
- Pa.** Enimvero nequeo durare, quin ego herum accusem meum :
- Nam bonum est, pauxillum amare sane, insane non bonum est : 20
- Verum totum insanum amare, hoc est, quod meus herus facit.
- Pa.** Dic : quid est quod Palinurum appellas? **Ph.** Est festiva. **Pa.** Nimis festiva. **Ph.** Sum Deus. **Pa.** Immo homo es parvifaciendus. **Ph.** Quid consexisti, vel quid conspicies quo propius accedum ad Deos? **Pa.** Quod insanias, hoc indigne fero. **Ph.** Tace, mihi immorigerus. **Pa.** Homo qui conspicit quod deperit, nec fruatur dum licet, se excruciat ipse. **Ph.** Bene obstrepit. **Profecto** nihil est quod ardenter exoptem dudum. **Pla.** Tene me, amplectere ergo. **Ph.** Id est etiam cur optem vivere : quoniam dominus vetat, fruor inscio domino. **Pla.** Nec vetat, nec retare valet, nec rebatur, nisi letum sejunxit meam mentem abs te. **Pa.** Profecto non possum temperare, quominus ego insimulem dominum meum. Etenim bonum est amare parum sapienter ; non est bonum, insipienter : sed amare prorsus insane, id est quod meus dominus committit. **Ph.** Reges servent sua scepsis.

me procul G. et M. procul quidem amantem edd. quædam vett. rō quidem nusquam conspicitur in codd.—11 Lgg. immo haud ; C. preti ; Pl. p̄ci ; Hl. 1. B. 1. preciū.—13 Male vales ere quod al. ap. Par. te quidem mihi al. ibid.—15 Hl. 1. aut quicquam est ; C. aut quicquam 'st ; Pl. quinque haud q. est. Douza, quod c. jamdiu.—17 Quia te herus prohibet Ald. Junt. Gryph. et Both.—

## NOTÆ

21 *Insanum*] *Insane*.

**PH.** Sibi sua habeant regna reges, sibi divitias divites :  
 Sibi honores, sibi virtutes, sibi pugnas, sibi prælia :  
 Dum mihi abstineant invidere, sibi quisque habeant quod  
 suum est.

**PA.** Quid tu ? Venerin' pervigilare te vovisti, Phædro-  
 me ? 25

Nam hoc quidem edepol haud multo post luce lucebit.

**PH.** tace.

**PA.** Quid taceam ? quin tu is dormitum ? **PH.** dormio,  
 ne occlamites.

**PA.** Tu quidem vigilas. **PH.** at meo more dormio : hic  
 somnu'st mihi.

**PA.** Heus tu mulier : male merere de immerente inscitia  
 est.

**PL.** Irascere, si te edentem hic a cibo abigat. **PA.** ili-  
 cet. 30

Pariter hos perire amando video : uterque insanunt :

Viden', ut misere moliuntur ! nequeunt complecti satis.

Etiam dispertimini ? **PL.** nulli est homini perpetuum bo-  
 num.

Jam huic voluptati hoc adjunctum est odium. **PA.** quid  
 ais propudium ?

*tra, opulentis opes, sibi honores, virtutes, sibi pugnas, sibi certamina, dummodo non  
 mihi invidiant, conservet quilibet quod ad se pertinet. PA. Quod tu votum nuncu-  
 pasti te per vigilatim Veneris celebraturum, Phædrome? Etenim hoc cælum per  
 ædem Pollicis mox illustrabitur lumine. PH. Sile. PA. Quare silebo? Quare  
 tu non is dormitum? PH. Dormio; ne obloquare. PA. Tu profecto excitatus es.  
 PH. Sed dormio ut sole, hic mihi est somnus. PA. Heus tu mulier! amentia est  
 male mereri de immerito. PLA. Moleste feras, si hic te depellat mensa cœnantem.  
 PA. Ilicet. Video hos perire amando : uterque insanunt : .... PL. Nullus homo  
 perenni felicitate fruatur. Hæc molestia hanc sequitur jucunditatem. PA. Quid*



**21** Verbum est deest in Hl. 1.—**23** Non. *sibi pugnas, sibi mœnia.*—**24** Hl. 1. et  
**B.** 1. *sibi habeat quisque.* Lgg. *swm'st.*—**25** *Quin tu* Hl. 1.—**27** Hl. 1. *B.* 1.  
*ne acclamites.*—**28** Hl. 1. *meo mō, i. e. modo.* Douza, *hæc somnu'st, sc. Planes.*  
*hic som.* C. et quinque Pl.—**29** Hl. 1. *B.* 1. *mereri.*—**32** Vidin C. a m. pr. *ne-*  
*que queunt* Pl. 6. *nec queunt* al. ap. Par.—**33** *Et jam* C. a m. sec. *dispartimi-*  
*ni M.* et Both. *hominū* Hl. 1.—**34** *Hic vs. deest in Pl. 3. hoc adjectum est Pl.*

#### NOTÆ

**22** *Sibi sua habeant regna]* Est lu- artis.  
 culenta amplificatio, in qua utinam **30** *Ilicet]* Pro ire licet. Vox erat  
 esset tantum moris boni, quantum est prætoris judicia dimittentis.

Tun' etiam cum noctuinis oculis, odium me vocas? 35  
 Ebriola, persolla: nugæ. Ph. tun' meam Venerem vituperas?

Quod quidem mihi polluctus virgis servus sermonem serat.

At næ tu, hercle, cum cruciatu magno dixisti id tuo.

Hem tibi maledictis pro istis: dictis moderari ut queas.

Pa. Tuam fidem, Venus noctuvigila! Ph. pergin' etiam verbero? 40

Pl. Noli, amabo, verberare lapidem, ne perdas manum.

Pa. Flagitium probrumque magnum, Phædrome, exergefacis:

Bene monstrantem pugnis cædis, hanc amas: nugas meras.

*dicis, infame scortum? Tune vocas me molestum, tu cui sunt oculi bubonis? Ebriola, lavula, nugacula. Ph. Tune maledicis meæ amicæ? Quod quidem mancipium concisum virgis mihi ogganniat. Sed per Herculem tu id attulisti tuo magno infortuio. Ecce id tibi persolvo pro istis convitiis, ut queas abstinere probris. Pa. Adesto mihi, Venus, que noctu vigila. Ph. Addisne quid adhuc, mastigia? Pla. Ne percutias saxum, rogo, ne elidas manum. Pa. Commititis, Phædrome, ingens scelus et pudendum; percutis pugnis recte monentem, et hanc deperis: nugas*

1. τὸ δὲ εἶδεν οὐδεὶς στοιχεῖον. — 35 *Tun e. c. nocturnis* B. I. *Tun' e. c. nocturnis* Hl. I. *nocturnis* etiam quinque Pll. *noctu in is osculis* C. a m. pr. — 36 *Ebriola persolle* nuge C. a m. pr. *Ebriola persolle* Hl. I. *E. persollæ* B. I. *Tum meam* B. I. — 37 *Quem quidem* Hl. I. a m. sec. B. I. al. ap. Par. *Quod mihi quidem pollutus* Pll. I. 2. *Quod quidem mihi pollitus* Pl. 3. *pollutus* Pl. 6. — 38 Hl. I. B. I. *dixisti tuo*, omisso τῷ *id*. — 39 *Heus tu* edd. quædam vett. *Hem tibi* Hl. I. B. I. C. et quinque Pll. — 40 *Venus noctu vigila* B. I. et sic legit Turnebus; *Venus hem noctu vigila* Hl. I. — 41 Hl. I. *ne perdis*. — 42 *Magnum flagitium probrumque* Hl. I. B. I. et Pll. quinque; *Flagitiumque probrumque magnum* edd.

#### NOTÆ

- 34 *Propudium*] Id est, profligati enli sacra sumta metaphora.  
*pudoris.*
- 35 *Noctuinis oculis*] Laus oculorum dicitur, quod tenebras amet, utpote vertitur in probrum ab Palinuro. furtis aptas, et pudoris quasi quod-dam velamen. Istis compositionibus ‘Glauci’ enim et ‘noctuini oculi’ gandebant veteres, ad imitationem apud Græcos, apud quos est scena, Græcorum: sed sermo Romanus non ut apud Romanos ‘nigri,’ erant in est tam aptus ad compositions. pretio.
- 36 *Persolla*] Diminut. personula; ‘Noctiluca’ Luna; somnus ‘inter-petite solle.
- 37 *Polluctus virgis*] Id est, refer-tus, cumulatus virgis. Ab ara Her-vigilus; canes ‘levisomni.’ ‘Mar-vigila’ clamabant jamjam commissu-ri prælium duces.

Hoccine fieri, ut immodestis te hic moderere moribus?

PH. Auro contra cedo modestum amatorem: a me aurum accipe. 45

PA. Cedo mihi contra aurichalco, cui ego sano serviam.

PL. Bene vale, oculi mihi: nam sonitum et crepitum claustrorum audio,

Ædituum aperire fanum: quousque, quæso, ad hunc modum

Inter nos amore utimur semper surrepticio?

PH. Minime: nam parasitum misi nudius quartus Cariam, 50

Petere argentum: is hodie hic aderit. PL. nimium consultas diu.

PH. Ita me Venus amet, ut ego te hoc triduum nunquam sinam

In domo esse istac, quin ego te liberalem liberem.

PL. Facito ut me memineris: tene etiam, priusquam hinc abeo, sayum.

PH. Siquidem, hercle, mihi regnum detur, nunquam id potius persequar. 55

*meras canis. Idne fieri par est, ut te geras coram cupiditate immoderata? PH. Affer econtra unum amatorem moderulum, numerato auro; accipe a me aurum. PA. Profer mihi econtra aurichalco appenso, cui ego ministrem sapienti. PL. Bene vale, cor meum: nam exaudio sonitum et crepitum claustrorum, custodem templi aperire templum; ad quod tempus, rogo, usurpamus ambo sic semper amorem furtivum? PH. Nequaquam. Etenim misi a diebus quatuor parasitum in Cariam, quesitum pecuniam: is redibit hodie huc. PL. Procrastinas diutius. PH. Ita me amet Venus, ut ego te patiar nunquam tribus hinc diebus manere in istis ædibus, quin ego te in libertatem asseram. PL. Fac ut recorderis. Accipe etiam osculum antequam hinc proficiscor. PH. Per Herculem si mihi offeratur*

---

vett. *Flagitium probrumque magnum C. et Lgg.—44 Edd. quædam vett. immodestis hic te modereris; Lgg. inimodestis hisce modereris; Pll. 1. 3. immodestis hic te moderere; Pll. 2. 6. i. hic te mordere; Pl. 4. C. et Hl. 1. a m. pr. i. te hic modereris.—46 Al. oricalco.—48 Edituum a. f. q. queso C.—50 Acidal. Minimo, sc. temporis spatio.—53 Gold. liberali liberem, sc. causa; liberalem liberem C. quinque Pll. Hl. 1. B. 1.—54 Facito ut memineris Hl. 1. B. 1. Pro*

#### NOTÆ

46 *Aurichalco*] *Du laiton.* Melius 48 *Ædituum*] *Ab ‘æde tuenda:’*  
*‘orichaleum,’ quam ‘aurichaleum.’* *quod ait Varro.* Apud nos, *marguilier.*  
*Horat. ‘Tibia non, ut nunc, orichalco vincita.’* *53 Liberalem liberem*] *Pleonasmus:*

**Quando ego te videbo?** PL. hem, istoc verbo vindictam para.

Si amas, eme: ne rogites; facito ut pretio pervincas tuo.

Bene vale. PH. jamne ego relinquor? pulchre, Palinure, occidi.

PA. Ego quidem, qui et vapulando et somno pereo. PH. sequere me.

*imperium, nunquam accipiam lubentius id, quam ego videbo te.* PLA. Ehem! para vindictam hoc verbo praestito: redime, si amas: ne rogites amplius: facito ut superes quemvis pretio. Bene vale. PH. Janne ego deseror? Palinure, jucunde perii. PA. Evidem pereo ipse vapulando et vigilando. PH. Sequere me.

tene, quod firmant qninqe Pll. alii ap. Par. habent tolle.—56 Al. ap. Par. chem; Pll. quinque et C. hem.—57 B. 1. et Hl. 1. a m. pr. ne rogitas.—58 Bene vale jam Hl. 1. ego relinquor pulchre? C.—59 Voces sequere me de-sunt in C. extant tamen in quinque Pll. Hl. 1. B. 1. H. M. G.

#### NOTÆ

quasi dicat, liberem libertate. Alia 56 *Vindictam para*] Vindicta erat enim esse potest liberatio, ut a peribacillus, quo seriebantur qui manu-  
culo, ab ære alieno. mittebantur.

### ACTUS SECUNDI SCENA PRIMA.

#### CAPPADOX, PALINURUS.

CA. MIGRARE certu'st jam nunc e fano foras,  
Quando Æsculapi ita sentio sententiam,  
Ut qui nihil faciat, nec salvom velit.  
Valetudo decrescit, accrescit labor.  
Nam jam, quasi zona, liene cinctus ambulo.

5

CA. Constitui excedere jam ex templo. Nam animadverto sic placere Æsculapio, utpote qui aspernatur meas preces, et sanare non vult. Vires minuuntur, morbus augetur. Etenim jam sum succinctus liene, quasi quodum cingulo: credas me

2 *Esculapii* C.—4 *Valitudo* Lgg.—7 Hl. 1. nisi medius, omisso ne; B. 1. nisi

#### NOTÆ

5 *Quasi zona, liene cinctus*] Revera ut exterius zona, viscens illud interius abdomen cingit,

- Geminos in ventre habere videor filios.  
 Nihil metuo, nisi ne medius disrumpar miser.  
 PA. Si recte facias, Phædrome, auscultes mihi,  
 Atque istam exturbes ex animo ægritudinem.  
 Paves, parasitus quia non rediit **Caria**. 10  
 Afferre argentum credo: nam si non ferat,  
 Tormento non retineri potuit ferreo,  
 Quin reciperet se huc esum ad præsepim suam.  
 CA. Quis hic est, qui loquitur? PA. quojam vocem ego  
 audio?  
 CA. Estne hic Palinurus Phædromi? PA. qui hic est  
 homo 15  
 Cum collativo ventre, atque oculis herbeis?  
 De forma novi, de colore non queo  
 Novisse: jamjam novi: leno est Cappadox.

*gestare in ventre geminos filios: unum timeo, videlicet ne disrumpar medius. PA. Si facias bene, Phædrome, audias me, atque ejice ex mente illum molestiam. Anxius es, quoniam parasitus non reversus est ex Caria. Spero allaturum esse pecuniam: nam si non afferat, non potuit illuc impediri vinculis vel ferreis quominus repeteret huc esum ad suum stabulum. CA. Quis hic est qui loquitur? PA. Cujus vocem audio? CA. Estne hic Palinurus servus Phædromi? PA. Quis est hic homo cum ventre protento, et oculis luridis? Formam novi hominis, non possum nosse colorem. Jam novi: leno est Cappadox. Convenio hominem. CA. Salve, Pali-*

\*\*\*\*\*

*me medius.—10 C. redit **Caria**; Hl. 1. rediit ex **Caria**.—12 Hl. 1. a m. pr. reti-  
 neri poterit.—13 Lgg. esum huc. Hl. 1. C. ad præsepe suum; cod. Camer. ad  
 præsæpe suum, teste Gronov. in marg. ad presepe suum Pl. 3. ad tormentum  
 suum Pl. 1. 2. ad præsepim suam Nonius; ad præsepem suum Pl. 1. a m. sec.  
 —14 Hl. 1. cajam vocem audio, omiso pronomine; Pl. quinque, B. 1. Ven. 1.  
 al. vett. quojam vocem audio; C. quojam v. ego audio.—15 C. a m. sec. quis hic;  
 Pl. quinque, Hl. 1. B. 1. qui hic.—16 Concavitative Pl. quinque.—18 Capa-*

#### NOTÆ

**12 Tormento . . . ferreo]** Machinae  
 bellicæ rudentibus contortis conten-  
 debantur, quo gravior esset earum in  
 muros hostiles impressio. A ‘tor-  
 queo,’ ‘torquimentum,’ ‘tormentum.’  
 Unde ‘contorquere’ telum, pro vi-  
 brare.

**13 Præsepim suam]** ‘Præsepes,  
 præsepis;’ aut ‘præsepis, præsepis;’  
 ‘præsepe, præscpis;’ ‘præsepia,  
 præsepiae;’ et ‘præsepium, præse-

pi.’ Hoc vocabulo movetur in pa-  
 rasitos contentus, et in eos qui ultiro  
 admittunt: illi enim belluae, hi hel-  
 luarum nutritii innonuntur.

**16 Collativo ventre]** Distentus ven-  
 ter, ut prægnantis. Festus: ‘Mag-  
 no et turgido: quia in eum omnia e-  
 dulia conferantur.’

**Oculis herbeis]** Virides oculi mor-  
 bum indicant.

Congrediar. CA. salve, Palinure. PA. o scelerum caput,  
Salveto: quid agis? CA. vivo. PA. nempe ut dignus es. 20

Sed quid tibi est? CA. lien necat, renes dolent,  
Pulmones distrahuntur, cruciatur jecur,  
Radices cordis pereunt, hiræ omnes dolent.

PA. Tum te igitur morbus agitat hepatarius.

CA. Facile 'st miserum irridere. PA. quin tu aliquot  
dies 25

Perdura, dum intestina exputescunt tibi.

Nunc dum salsura sat bona 'st, si id feceris,

Venire poteris intestinis vilius.

CA. Lien dierectu 'st. PA. ambula, id lieni optumum 'st.

nure. PA. O scelerum caput, salveto. Quid facis? CA. Vivo. PA. Nimirum  
ut mereris. Sed quid tibi est? CA. Lien perimit, renes dolent, pulmones distra-  
hantur, cruciatur jecur, pereunt radices cordis omnes, hiræ dolent. PA. Tum te  
igitur vexat morbus hepatis. CA. Facile est miserum jocari. PA. Quin tu per-  
fers aliquot diebus usque eo dum intestina tibi computruerint. Nunc dum salsura  
satis bona est, si id feceris, vendi poteris vilius intestinis ademtis. CA. Lien dis-  
tentus est. PA. Ambula, id lieni salubre est. CA. Omitte ista, rogo, atque rep-

-----

dox Pll. quinque, et C.—19 Congredior Hl. 1. a m. sec.—23 C. Pll. 1. 2. 3.  
a m. sec. chiræ omnes; Pl. 1. a m. pr. Hl. 1. throe omnes; Hl. 1. a m. sec.  
chrie omnes; B. 1. Pl. 2. a m. pr. Pll. 4. 6. erie omnes.—24 Pl. 3. epatriarius,  
et a m. sec. epatrius; C. Pll. 2. 6. et Pl. 1. a m. sec. epatiarius; Lgg. hepa-  
tiarius.—26 Dura dum i. putescant al. ap. Par. Perdura C. Pll. quinque, Hl. 1.  
B. 1. exputescunt Pll. 2. 6. exputescant Lgg.—27 Hl. 1. B. 1. et quinque Pll.  
saltura; C. salsura; Al. ap. Par. Nondum salsura s. b. est, ni id, &c.—28 C. a  
m. pr. vilibus; Pll. quinque et C. a m. sec. vilius.—29 Lien dieruptus Hl. 1.  
Lien disruptus B. 1. Pll. 1. 3. Lien dirruptus Pl. 2. Liendieructus C. Lien du-  
rumpus Pl. 4. Lien diruptus Pl. 6. Lien dieructus Lgg. Lien diruptu'st codd.

#### NOTÆ

23 Hiræ] Festus: ‘Hira quæ di-  
minutive dicitur hillæ, quam Græci  
dicunt ῥῆστιν, intestinum est quod  
jejunum vocant.’

26 Exputescant] Cicero: ‘Ut non  
inscite illud dictum videatur in sue,  
animam illi pecudi datam pro sale ne  
putiseret.’

28 Venire poteris] Id est, si intesti-  
na tua condiantur, salsura erunt te  
toto cariora. Hoc dictorio nequiti-  
am Cappadocis vellicat.

29 Dierectus] Dierectus apud Plau-

tum ubique idem est ac ‘in cruce  
actus.’ Hoc loco lien est ita dis-  
tractus ac distentus, ut videatur esse  
in cruce actus. Aliis disruptus, di-  
rumpus.

Ambula, id lieni optumum 'st] Cel-  
sus: ‘Vitium lienis quiete augetur,  
exercitatione minuitur.’ Id experi-  
entia comprobatum narrat Plutar-  
chus Laomedontis Orchomenii, qui  
in expugnando lienis vitio cursor e-  
vadit præstantissimus. Idem et Ora-  
tori Demostheni contigit.

**C.** Auser istaec quæso, atque hoc responde quod rogo. 30  
**P.** Potin' conjecturam facere, si narrem tibi,  
 Hac nocte quod ego somniavi dormiens ?  
**P.** Vah, solus hic homo 'st, qui sciat divinitus.  
 Quin conjectores a me consilium petunt :  
 Quod eis respondi, ea omnes stant sententia. 35

*ne hoc quod rogo. Potesne interpretari, si tibi referam, quod ego somniavi dormiens  
 hac nocte ? P.A. Vah ! hic homo est unus qui novit divinare. Etiam ipsi conjectores  
 me consulunt : quicquid eis edixi, omnes manent in mea sententia.*

---

Lambini.—31 *Potin' tu* Hl. 1. a m. sec.—32 *Hac noctu* Ald. Junt.

#### NOTÆ

33 *Sciat divinitus*] *Divinus, μάρτης.* Horatius : ‘ Imbrium divina avis imminentum.’ Idem, ‘ divina futuri.’ Martialis : ‘ Non sum divinus.’ Cicero : ‘ Falli sperat Chaldæos, cete- rosque divinos.’ Hoe dicit Palinurus de scipso, velut admota ad pectus manu, ad se demonstrandum : quasi dicat, *Te moques-tu ? Il n'y a que Palinure qui y entende quelque chose.*

---

### ACTUS SECUNDI SCENA SECUNDA.

**COCUS, CAPPADOX, PALINURUS, PHÆDROMUS.**

**C.** **PALINURE**, quid stas ? quin depromuntur mihi,  
 Quæ opus sunt : parasito ut sit paratum prandium,  
 Quom veniat ? **P.** manesis, dum huic conjicio somnium.  
**C.** Tute ipse, si quid somniasti, ad me refers.  
**P.** Fateor. **C.** abi, deprome. **P.** age, tu interea huic somnium 5

**C.** Quid stas, *Palinure*? Quin mihi proferuntur quæ sunt necessaria, quo cœna apponatur parasito cum revererit ? **P.** Expecta, si placet, usque eo dum explicio hujus somnium. **C.** Tu ipse consulis me, si quid somniï fuerit. **P.** Confiteor. **C.** Profiscere. **P.** Age, tu refer huic interim somnium : tibi sup-

---

2 Lgg. sunt parasito, ut sit parasito.—3 Conveniat C. et Pl. quinque. dum

#### NOTÆ

4 *Ad me refers*] ‘ Referre ’ est verbum narrandi somnis proprium apud conjectores.

**Narra:** meliorem, quam ego sum, suppono tibi.

**Nam quod scio,** omne ex hoc scio. **CA.** operam ut det.  
**PA.** dabit.

**CA.** Facit hic quod pauci, ut sit magistro obsequens.

**Da mihi igitur** operam. **Co.** tametsi non novi, dabo.

**CA.** Hac nocte in somnis visus sum viderier, 10

**Procul** sedere longe a me *Æsculapium*,

Neque eum ad me adire, neque me magnipendere

**Visu'st.** **Co.** item alios Deos facturos scilicet.

Sane illi inter se congruunt concorditer.

Nihil est mirandum, melius si nihil sit tibi: 15

Namque incubare satius te fuerat Jovi,

Qui tibi auxilium in jurejurando fuit.

**CA.** Siquidem incubare velint, qui perjuraverint,

Locus non præberi potis est in Capitolio.

**Co.** Hoc animum advorte: pacem ab *Æsculapio* 20

*pono pro me, peritiorem me.* *Etenim quicquid scio, scio illo magistro.* **CA.** Sed audiet. **PA.** Audiet. **CA.** *Hic præstat quod pauci præstant, ut sit morigerus suo magistro.* Audi me ergo attente. **Co.** Quanquam non nosco te, audiam. **CA.** Putabam videre dormiens hac nocte *Æsculapium* sedentem longe a me, neque eum accendentem ad me, neque magnificientem me. **Co.** Oportet te scire alios Deos facturos idem: sine dubia illi consentiunt una inter se. Nihil mirum, si melius non te habeas: inclius fecisses si excubias egisses in templo Jovis, qui tibi auxilio fuit pejeranti. **CA.** Profecto si excubias illas agant, qui perjuri suere, non potest esse satis loci in Capitolio. **Co.** Huc adhibe mentem; postula pacem ab

-----

*huic conitio C.—4 Hl. 1. me referes.—6 C. subpono.—8 Hl. 1. B. 1. C. Pll. quinque, et Lgg. magistro obsequens; edd. quædam vett. magistro suo obsequens.—9 Hl. 1. B. 1. et quinque Pll. et si non nori. Al. ap. Par. vori.—10 Hac nocte Ald. Junt. visus sum tuerier Lambin. v. s. viderier C. Pll. quinque, Hl. 1. B. 1.—13 Visum est B. 1. et Hl. 1. a m. sec.—16 Leg. incubitare. Prenomene te deest in C. a m. pr.—17 Tibi qui auxilio G. Qui tibi auxilio Hl. 1. Lgg. Pll. 1. 3. 4. 6. Quid tibi auxilium Pl. 2. Qui tibi auxilium C. Tibi qui auxilium j. tulit al. ap. Par. Qui tibi in j. auxilio B. 1.—20 Huc Hl. 1. B. 1.*

#### NOTÆ.

6 *Narra]* 'Narrare' est idem ac verum Capitolium.  
'referre.'

16 *Jovi]* Vide not. i. 1. 62.

19 *In Capitolio]* Capitolium olim dicebatur quodvis templum insignis magnitudinis. Alioquin lapsus esset poëta in hoc verbo, ut qui scenam Epidauri esse fingat, ubi non erat

20 *Pacem ab Æsculapio Petas]* Id est, veniam. 'Pacem' autem 'petere,' est hominis, qui cum reus sit nonnullius delicti, antequam quicquam roget a Deo, reconciliari cum eo debet: alioquin frustra rogaverit, ut hostis ab hoste.

Petas, ne forte tibi eveniat magnum malum,  
 Quod in quiete tibi portentum 'st. CA. bene facis :  
 Ibo atque orabo. CO. quæ res male vortat tibi.  
 PA. Pro Di immortales, quem conspicio ! qui illic est ?  
 Estne hic parasitus, qui missu'st in Cariam ? 25  
 Heus Phædrome, exi, exi : exi, inquam, ocyus.  
 PH. Qui istic clamorem tollis ? PA. parasitum tuum  
 Video occurrentem, ellum usque in platea ultima.  
 Hinc auscultemus quid agat. PH. sane censeo.

*Aesculacio, ne forte tibi accidat ingens malum quod est objectum tibi in somnio.*  
**CA.** Recte facis: ibo atque deprecabor. **CO.** Quod tibi infaustum sit. **PA.** *Pro*  
*Dii immortales ! quem rideo ? Quis ille est ? Estne hic parasitus qui missus est*  
*in Cariam ? Heus prodi, Phædrome ! prodi ! prodi ! prodi, inquam, velociter.*  
**PH.** *Quis est qui ita clamorem tollit ? PA.* *Prospicio tuum parasitum accurren-*  
*tem. En illum usque ab extrema platea. Hinc observemus quid faciat.* **PH.**  
*Certe censco.*

---

**Ven.** 1. Bon. Ald. Junt. Gryph.—25 **C.** et quinque **Pll.** *Estne Parasitus.* **C.**  
*missus est in Chariam ; Pll. quinque, missus est in Cariam.*—26 **Ph.** *exi, exi in-*  
*quam Pll. quinque, Hl. 1. Ph. exi, exi quam ocyus B. 1. ocyus deest in C.*—  
 27 *Qui istinc Hl. 1. Quid istic B. 1.*—28 *Vidco currentem G. et Both.* *Video*  
*occurrentem C. et quinque Pll.* *Vide occ. B. 1. et Hl. 1. a m. sec.* *Vidi occ.*  
*Hl. 1. a m. pr.*—29 *Hinc a. quid ait Scal.*

## NOTÆ

22 *Portentum 'st]* *Portentum a 'por-* periculi adventare a longe, idque pro-  
*tendo.' 'Portentus, a, um.'* *'Por-* digioso aliquo signo, quod movet  
*tendere' autem est, significare aliquid ante malum mali metum.*

## ACTUS SECUNDI SCENA TERTIA.

CURCULIO, PHÆDROMUS, PALINURUS.

**Cu.** DATE viam mihi, noti atque ignoti, dum ego hic officium meum  
 Facio : fugite omnes, abite, et de via secedite :  
 Ne quem in cursu capite, aut cubito, aut pectore offendam,  
 aut genu.

**Cur.** Pandite mihi spatum, cogniti atque incogniti, dum ego fungor meo officio :  
 fugite cuncti, absistite et declinate de via, ne in quempiam capite in itinere incur-

---

1 Date mihi viam Hl. 1.—2 Lgg. et Both. abite, de via.—3 C. et Pl. 4

Ita nunc subito, propere, et celere objectum 'st mihi negotium.

Nec quisquam sit tam opulentus, qui mihi obsistat in via,  
5

Nec strategus, nec tyrannus quisquam, nec agoranomus,  
Nec demarchus, nec comarchus, nec cum tanta gloria,  
Quin cadat, quin capite sistat in via de semita.

Tum isti Græci palliati, capite operto qui ambulant,  
Qui incedunt suffarcinati cum libris, cum sportulis, 10  
Constant, conferunt omnes sermones inter sese drapetæ :  
Obstant, obsistunt, incedunt cum suis sententiis.

*ram, aut cubito, aut pectore, aut genu ; adeo repente, velociter, et celeriter mihi nunc demandatum est negotium. Nullus sit tam dives qui occurrat mihi in via, nec imperator, nec ullus rex, nec ædilis, nec tribunus plebis, nec vicimagister, nec aliis similis conditionis, quin corrut, quin tungat terrum capite. Tum isti Græci palliati, qui incedunt capite involuto, qui comaneant cum libris, onusti cum sportulis, adstant, miscent colloquia fugitiri : obstant, obsistunt, obambulant cum suis effatis. Hos*

*incursu ; Pll. 1. 2. 3. 6. in cursu.—4 I nunc subito et propere Lgg. et Both. aut c. o. est negotium mihi Hl. 1.—5 Nec quisquam 'st C. et quinque Pll. Nec quisquam est Hl. 1. B. 1.—7 C. chomarcus.—8 Pll. 1. 4. 6. in viam de semita ; Pl. 2. de via in semita ; Pl. 3. et C. in via de semita.—9 Tum istic Pll. quinque, et C. in quo etiam Grati.—10 Pll. quinque, cum liberis.—11 C. conservunt sermones ; et a m. sec. conferunt, quod firmant Pll. quinque. Mox, Hl. 1. B. 1.*

#### NOTÆ

6 *Strategus*] Dux, imperator, prætor, e Græco factum.

7 *Agoranomus*] Ædilis rerum venalium; præfectus foro et annonæ.

7 *Comarchus*] Præfectus vico, seu vicimagister.

8 *Capite sistat*] Ne levatus a me, in caput præceps affligatur: *lui mettre la tête où il a les pieds.* ‘Capite sistere’ est idem atque catomio suspendi, *la tête en bus.* ‘Catonium’ autem est vinculum, quo pedibus in altum versis, dejectoque capite, rei suspenderantur.

9 *In via de semita*] Id est, Si mihi occurrat in semita quam inivi, et sequor, supplantatum dejiciam in caput in viam, seu in alterutram regionem viæ, quæ hinc inde est juxta semitam.

9 *Græci palliati*] ‘Pallium’ Græcis, ‘toga’ Latinis fuit.

10 *Capite operto*] Interdum vel ne cognoscerentur, vel ut calorem, vel etiam ut frigus arcerent, reducta in caput lacinia pallii ambulabant. Molliorum erat curiosius caput contegere.

10 *Suffarcinati libris*] Parasitica comparatio; nam ab ednliis est ‘suffarcinare’ quod idem cum ‘farecire.’ ‘Libri’ enim sub axilla pallioque positi, tumidiorem exhibent hominem; quod ‘farcimen’ in ednliis ‘fariendis’ facit.

11 *Drapetæ*] Levitas Græcorum hoc vocabulo notatur, quod incertis sedibus et stationibus vagari delectarentur. A δρέπω.

Quos semper videas bibentes esse in Thermopolio :  
Ubi quid surripiere, operto capitulo calidum bibunt,  
Tristes atque ebrioli incedunt : eos ego si offendero,

15

Ex unoquoque eorum exciam crepitum polentarium.  
Tum isti qui ludunt datatim servi scurrarum in via,  
Et datores, et factores omnes subdam sub solum.

Proinde se domi contineant, vitent infortunio.

**PH.** Recete hic monstrat, si imperare possit : nam ita nunc  
mos viget,

20

Ita nunc servitium 'st : profecto modus haberi non potest.

*conspicias perpetuo libere in cauponis: quando quippam suffurati sunt, bibunt culi-  
dum involuto capite, ambulant tristes atque titubantes : ego si in eos incidero, ex-  
primam a singulis crepitum polentarium. Tum pessumlabo omnes servos istos scur-  
rarum, qui colludent pila in vicis, qui dant pilam, et qui recipiunt. Itaque maneant  
apud se, declinet perniciem. PH. Hic ostendit bene se dominum esse posse. Num  
usus nunc sic invalidit. Hacc servitutis ratio est : sane in officio non potest contine-*

\*\*\*\*\*

**C.** et quinque Pll. inter se. **C.** trapetæ.—13 Pl. 3. libentes esse ; cod. Lipsii  
lubentes esse ; Pll. 1. 2. 4. 6. C. Hl. 1. B. 1. et Pl. 3. a m. sec. bibentes esse.  
**B.** 1. Hl. 1. in hermopoly ; C. et Pl. 6. in hermopolio ; Pl. 3. in thermopolio, cum  
glossa, ‘ubi venditur vimum calidum ;’ Pl. 1. a m. sec. in ænopolio. Bothius  
edidit e cod. Lips. et H. Quos videas semper lubentes esse in thermopolium.—  
14 Ubi quon sorbuere calidum, operto capitulo bitunt Acidal. in marg. ed. Gronov.  
Ubi quid surripiere Hl. 1. B. 1. C. et quinque Pll.—16 B. 1. ejiciam ;  
Hl. 1. citiam ; Pll. quinque eiciam ; C. extiam ; edd. quædam vett. excutiam ;  
Lgg. exciam.—17 Tum istos Lgg. dadatim C. datatim Pll. quinque.—18 Et  
datores et factores Long. in marg. ed. Gronov.—19 Proin se domi C. et quin-  
que Pll. vitent infortunia C. quinque Pll. Hl. 1. B. 1. et margo ed. Gronov.  
ex MSS.—20 Pont. in marg. ed. Gronov. si impetrare possint ; al. ap. Par. se

### NOTÆ

**13 Thermopolio]** Ubi cibi calidi et  
molliores apponuntur. Alii hermopo-  
lio. Forsitan sub signo Mercurii erat  
capona.

**14 Operto capitulo cal. bib. Tristes]**  
Quod operto molles, quod capitulo leves  
notantur ; quod calidum bibunt, volup-  
tuosi ; quod tristes affectata gravi-  
tate, ridiculi.

**16 Crepitum polentarium]** Flatum  
ventris ex comesta polenta natum.  
‘Polenta’ autem erat farina hordei ;  
cibus Stoicorum Philosophorum quo-  
tidianus, ut delicias in cibis vitarent.  
‘Crepitus’ est in vocibus quas nemo,

ni parasitus, aut parasitica scurrilitate nominet urbane et honeste.

**17 Ludunt datatim]** Id est, pila.  
Datores, ceux qui servent ; factores,  
ceux qu'on sert. In ‘factiones’ di-  
videbantur ‘factores.’ Factio, une  
partie ; ‘ludere datatim,’ servir ;  
‘raptim,’ jouer ; ‘expulsim,’ repous-  
ser et renvoyer. ‘Ludere datatim,’  
Metaph. S’ entr’envoyer la balle.

**19 Vitent infortunio]** Id est, cave-  
ant infortunio. Alii infortunia.

**21 Ita nunc servitium 'st]** Tales  
nunc servi sunt.

**Cu.** Ecquis est, qui mihi commonstret Phædromum genium meum?

Ita res subita est: celeriter mihi hoc homine convento est opus.

**Pa.** Te ille quærit. **Ph.** quid si adeamus? heus, Curcilio, te volo.

**Cu.** Quis vocat? quis nominat me? **Ph.** qui te conven-  
tum cupit. 25

**Cu.** Haud magis cupis, quam ego te cupio. **Ph.** o mea  
opportunitas!

Curcilio exoptate, salve. **Cu.** salve. **Ph.** salvom gaudeo  
Te advenire: cedo tuam mili dextram: ubi sunt spes  
meæ?

Eloquere, obsecro, hercle. **Cu.** eloquere, te obsecro, ubi  
sunt meæ?

**Ph.** Quid tibi est? **Cu.** tenebræ oboriuntur, genua inedia  
succidunt. 30

**Ph.** Lassitudine, hercle, credo. **Cu.** retine, retine me, ob-  
secro.

**Ph.** Viden' ut expalluit! datin' isti sellam, ubi assidat, cito,  
Et aqualem cum aqua? properatin' oxyus? **Cu.** animo  
male est.

**ri.** *CUR.* Quis mihi ostendat Phædromum, meum Deum? Negotium adeo instat, oportet conueniam hunc hominem velociter. **PA.** Ille te querit. **PH.** Quid, si ac-  
cedamus? Heus, Curcilio, te volo. **CUR.** Quis appellat? Quis me nominat? **PH.** Qui exoptat te alloqui. **CUR.** Non desideras magis, quam ego desidero. **PH.** O  
mea felicitas! Curcilio optatissime, ave. **CUR.** Salve. **PH.** Lætor te reverti  
in columen: da mihi tuam manum: ubi sunt spes meæ argentariae? **Dic,** rogo, per  
*Herculem.* **CUR.** Dic, te obtestor, ubi sunt spes meæ cibariae? **PH.** Quid habes?  
**CUR.** Tenebræ obcaceant, genua supplicantur. **PH.** Lassitudine per Herculem ex-  
istimo. **CUR.** Sustine, sustine me, rogo. **PH.** Cernisne ut expalluit? Date isti  
sellam, ubi sedeat celeriter, et aqualem cum aqua. Accelerate velociter. **CUR.**

\*\*\*\*\*

*imperare posse; Pl. 4. se imperare possit.—23 Ita res subita 'st C. et quinque  
Pll. opus est Hl. 1.—26 Pll. 1. 3. 4. 6. et C. oportunitas; Pl. 2. Hl. 1. B. 1. al.  
opportunitas.—28 Hl. 1. sunt opes meæ.—29 C. et quinque Pll. ted obsecro;  
pronomen te deest in Hl. 1. te obsecro B. 1.—30 Hl. 1. B. 1. genua media.—*

#### NOTE

26 *Opportunitas*] Dea.

indicia sunt fatiscentis corporis et

30 *Succidunt*] Lucretius: ‘Caligare valetudinis.  
oculos, sonare aures, succidere artus,’

PH. Vin' aquam? CU. si frustulenta est, da obsecro, hercle; obsorbeam.

PH. Væ capiti tuo! CU. obsecro, hercle, facite ventum ut gaudeam. 35

PH. Maxume. CU. quid facitis, quæso? PA. ventum. CU. nolo equidem mihi

Fieri ventulum. PH. quid igitur vis? CU. esse, ut ventum gaudeam.

PH. Juppiter te Dique perdant. CU. perii, prospicio parum,

Os amarum habeo, dentes plenos, lippiunt fauces fame,  
Ita cibi vacivitate venio laxis lactibus. 40

PH. Jam edes aliquid. CU. nolo, hercle, aliquid: certum  
quam aliquid mavolo.

*Animus deficit.* PH. Visne aquam? CUR. Si frusta innatent esculenta, præbe, precor, absorbeam per Herculem. PH. Dü te perdant! CUR. Obtestor per Herculem, facite ventum ut gaudeam. PH. Maxime. CUR. Quid agitis, rogo? PA. Ventum. CUR. Nolo equidem mihi concitari ventum. PH. Quid vis igitur? CUR. Edere, ut gratuler mihi de meo adventu. PH. Jupiter Düque te perdant! CUR. Interii! hebescunt oculi, amarescit os, dentibus est aerugo, fauces sordescunt inedia; adeo luxa sunt intestina cibo vacua. PH. Comes modo aliquid. CUR. Nolo per Herculem aliquid: malo certum quam aliquid. PH. Inimo si scias quæ super-

34 Lgg. da, hercle, omissa voce obsecro. Mox, quædam vett. edd. absorbeam; C. quinque Pll. Hl. 1. B. 1. absorbeam.—35 Hl. 1. B. 1. ventum milii ut.—39 Edd. quædam vett. dentes blennos; Hl. 1. B. 1. C. et quinque Pll. dentes plenos.—40 Ita cibi vacuitate C. et quinque Pll. lassis lactibus Hl. 1. B. 1. quinque

#### NOTÆ

34 *Frustulenta*] Frustis esculentis mixta.

39 *Os amarum*] Vas est quod Græci appellant κύστιν χοληδόχον, quo fel sese insinnat in stomachum ad titillandam famem: sed propter inediā ex stomacho amarities exurgit ad linguae radicem. Hic Plautum medicum agnosce.

*Dentes plenos*] Alii blennos, a βλέψῃ, mucus, id est, sordidos et impeditos carie et rubigine: quo alludat ad ferrum, quod nisi deteratur usu, rubigine sordescit. Ita dentes parasitici.

*Lippiunt fauces*] ‘Lippitudo’ est hu-

mor crassior qui oculos occupat, prurigine molestus. Revera in inedia insidet fauces primis humor aliquis perinde molestus nansea quam movet, quam lippitudo est oculis.

40 *Laxis lactibus*] Hæ lactes plurales numeri. Dictæ a ‘lacio’ antiquo, quod intestina sint quæ cibum allicant. Quæ sint illa intestina, non conveniunt medici. Hoc loco sumuntur pro toto ventre vacuo et pendente. Alii lassis lactibus. Sed idem apud antiquos lassis et laxis, ut ‘adassint’ et ‘adaxint.’ ‘Lactes’ significat etiam la lecte du poisson, quod masculorum est, ut sunt ova

**PH.** Immo si scias, reliquiæ quæ sint. **CU.** scire nimis lubet

**Ubi** sient: nam illis conventis sane opus est meis dentibus.

**PH.** Pernam, abdomen, sumen, suis glandium. **CU.** ain' tu omnia hæc?

In carnario fortasse dicis. **PH.** immo in lancibus: 45  
Quæ tibi sunt parata, postquam sciimus venturum. **CU.** vide,

Ne me ludas. **PH.** ita me amabit, quam ego amo, ut ego haud mentior.

Sed quo te misi, nihilo sum certior. **CU.** nihil attuli.

**PH.** Perdidisti me. **CU.** invenire possim, si mihi operam datis.

Postquam tuo jussu profectus sum, perveni in Cariam. 50  
Video tuum sodalem, argenti rogo uti faciat copiam.

Scires velle gratiam tuam; noluit frustrarier,

Ut decet velle hominem amicum amico, atque opitularier:  
Respondit mihi paucis verbis, atque adeo fideliter,

fuerint. **CUR.** Utinam notum esset ubi sint! nam necesse est profecto meos dentes illas reliquias convenire. **PH.** Pernam, abdomen, iver, jugulum suis. **CUR.** Dicisne tu cuncta hæc esse? Narras forte esse in carnario. **PH.** Immo in ferculis tibi paratis, quando novimus te venturum. **CUR.** Cave me irrideas. **PH.** Sic me amet quam ego depereo, ut ego minime mentior. Sed nihil sum certior de his quæ fecisti in Caria. **CUR.** Nihil attuli. **PH.** Perdidisti me. **CUR.** Possim reperire, si me attente audiatis. Postquam discessi hinc tuo mandato, perveni in Cariam. Video tuum socium: oro ut commodet pecuniam. Dicas eum optare de te bene mereri: noluit spe inani ducere, ut decet amicum hominem velle amico et open ferre. Mihi reposuit breviter, atque adeo fideliter, item sibi esse quod tibi est,



Pll. et C.—41 C. aliquit mavolo.—42 Idem cod. requiæ.—44 Voc. sumen de-  
est in Hl. 1. B. 1.—46 C. a m. sec. Hl. 1. B. 1. Pll. 3. 4. 6. scimus; Pll. 1. 2.  
et Hl. 1. a m. sec. scivimus; C. a m. pr. sciimus.—49 C. Pll. 1. 3. 4. 6. Hl. 1.  
B. 1. possum; Pl. 2. possim. Mox, si mihi operam datas Grnt. datis habent  
Hl. 1. B. 1. C. et quinque Pll. duis al. ap. Par.—52 Scire velles Hl. 1. B. 1.  
Si ire vellet Pl. 2. Scires velles Pl. 1. Scires velle C. Pll. 3. 4. 6. nolint Pl. 1.—  
53 Ut d. vellem Hl. 1. opitulariter edd. quædam vett. opitulariter Lgg.—

#### NOTÆ

fœminarum.

ratio, et ad versum 85. patet luculenta

50 *Cariam*] Regio Asiæ Minoris, illa, et Plauto digna.  
juxta Mæandrum. Hinc incipit nar-

**Quod tibi est, item sibi esse magnam argenti inopiam.** 55  
**PH.** Perdis me tuis dictis. **Cu.** immo servo, et servatum  
 volo.

**Postquam mihi responsum est, abeo ab illo moestus ad  
 forum**

**Me illo frustra advenisse : forte aspicio militem :**  
**Aggredior hominem : saluto adveniens. Salve, inquit mihi,**  
**Prehendit dextram, seducit, roget quid veniam Cariam.** 60  
**Dico me illo advenisse, animi caussa : ibi me interrogat**  
**Ecquem in Epidauro Lyconem trapezitam noverim ?**

**Dico me novisse : quid lenonem Cappadocem ? annuo**  
**Visitasse : sed quid eum vis ? quia de illo emi virginem**  
**Triginta minis, vestem, aurum : et pro iis decem coacce-**  
**dunt minæ.** 65

**Dedisti tu argentum ? inquam : immo apud trapezitam si-**  
**tum est,**

**Illum quem dixi Lyconem : atque ei mandavi, qui annulo**  
**meo**

**Tabulas obsignatas attulisset, ut daret operam,**  
**Ut mulierem a lenone cum auro et veste abduceret.**

*summan inopiam pecunia. PH. Enecas me tuis verbis. CUR. Immo servo, et vo-*  
*lo servatum. Postquam mihi respondit, discedo ab illo ad forum, tristis me venisse*  
*illo perperam : forte video militem : aggredior hominem. Salve, ait mihi : appre-*  
*hensu manu seducit, petit quæ mihi causa adventus in Cariam ? Aio me venisse illo*  
*oblectationis gratia. Hic a me sciscitur ecquem cognoscam Epidauri Lyconem*  
*argentarium ? Dico me novisse. Quid lenonem Cappadocem ? Annuo vidisse. Sed*  
*quid eum vis ? Quia emi de illo virginem triginta minis, vestem, aurum ; et addun-*  
*tur decem minæ pro iis. Numerasti pecuniam ? dicam. Immo apud illum argenta-*  
*rium sita est, quem nominavi, Lyconem, et imperavi ut daret operam ei qui obtulis-*  
*set literas obsignatas sigillo meo, ut redimeret virginem a lenone cum auro et veste.*



54 *Mihi respondet Both.—55 Quod tibi esset Both. Quod tibi 'st Ald. Junt.—*  
*57 Ald. Junt. responsu'st. Diss. abeo ab illo ad forum, moestus Me illo frustra ad-*  
*venisse.—60 Prendit Ald. Junt. Both. dexteram Both.—61 Dico me illo re-*  
*nisse C. a m. pr. sed corr. advenisse, ut in quinque Pll. et Lgg.—62 Both.*  
*trapezitam Lyconem ; Lgg. Lyconem trapezetam.—63 Capadocem C.—65 Mnis*  
*triginta G. cod. Menrs. edd. quædam vett. et Both. et pro his M. Hl. I.*  
*B. 1. et C.—66 Lgg. trapezetum.—67 Liconidem C. Pll. 1. 2. 4. 6. anulo C.—*  
*68 Meo tabellas Lgg. G. M. al. ap. Both. et edd. antiqu.—69 Ut mulierem ille*  
*quædam edd. ante Par. sed ille deest in Hl. I. B. 1. C. quinque Pll. et Lgg.*

#### NOTÆ

62 *Epidauro] Urbs Peloponnesi.*

*Delph. et Var. Clas.*

*Piantus.*

2 F

Postquam hoc mihi narravit, abeo ab illo: revocat me  
illico,

70

Vocat ad cœnam: religio fuit, denegare nolui.

Quid si adeamus, ac decumbamus? inquit: consilium  
placet.

Neque diem deceat me morari, neque nocti nocerier.

Omnis res parata 'st: et nos, quibus paratum est, assumus.

Postquam cœnati atque appoti, talos poscit sibi in ma-  
num:

75

Provocat me in aleam, ut ego ludam: pono pallium:

Ille suum annulum opposuit: invocat Planesium.

*Postquam mihi narravit hoc, recedo ab illo: revocat me statim, invitat ad convi-  
vium: nefas esse putari non ire, recusare nolui. Quid si adeamus, ac mensæ accum-  
bamus? inquit. Sententia arridet: neque enim parasitum invitatum retardari  
debet a cena, ulla hora aut diei aut noctis. Omnis cena instructa est: et nos adsu-  
mus quibus est instructa. Postquam comedimus atque bibimus, talos petit sibi in  
manum: invitat ad ludendum secum in aleam. Depono pallium; ille suum sigl-*

—71 *Vocat me ad Hl. 1. B. 1. denagare C.—72 Quid si nunc adeamus, et Hl. 1.  
a m. sec. Quid, si abeamus, decumbamus Both. et decumbamus G. ac decumb.  
Hl. 1. a m. pr. B. 1. M. H. Quodsi adeamus ac decumb. C. Quid si audeamus  
ac decubamus Pl. 1. Quid si adeamus et decubamus Pl. 2. 3. 4. 6. abeamus ma-  
lit etiam Brantius.—74 Omnes res parutas omnes et nos B. 1. Hl. 1. Omnes  
res paratas et nos Hl. 1. a m. sec. paratus etiam C. et Pl. et omnis nos Pl.—  
75 Lgg. atque poti.—77 Ille suum a. opposuit Both. opposivit etiam Donza.  
anulum Lgg. animulum C. et in marg. annulum. Pl. 2. 3. 4. 6. C. Hl. 1. B. 1.*

#### NOTÆ

71 *Religio fuit*] *J'ai fait conscience.*

73 *Me morari*] Moris erat ut non nisi sub vesperam, eamque provec-  
tam, cibum caperent antiqui: alio-  
quin si de nimia die cœnarent, vitio  
illis vertebarunt. Hic parasitus profi-  
tetur se non morari diem; id est,  
non curare diesne sit adhuc mul-  
tus, necne: neque si injuriam faciat nocti, ut qui usurpet de die  
cibum, nocte sola adventante capi-  
endum.

75 *Talos poscit*] ‘Talus’ proprie-  
est ossiculum quoddam pedis anima-  
lium bisulcorum. Vulgo virginulæ  
arietinis cum sphærla lusitant, sed  
nulla compunctis nota. Hic est ossi-  
culum quatuor lateribus detritum, ut

sunt taxilli nostri, quos vernacula vo-  
camus *dez*, nisi quod duo coalescant  
in unum, et in utraque parte extrema  
vacent punctis. In uno latere punc-  
tum unum est, quod vocatur ‘Canis,’  
seu ‘Canicula.’ Hæc ‘damnosa Ca-  
nicula’ dicitur a Persio; quia qui  
jactaverat, converso in caniculam  
talo, nummum unum sine lucro de-  
ponebat, seu addebat pignori vic-  
toriae et ludo. Ejus oppositum latus  
septena puncta continet, et ‘Venus’  
seu ‘Cous’ dicebatur. Conversus in  
eam partem talus jus dabat in num-  
mos sex sortis lusorii, et in damna ca-  
niculæ. Ternarius ‘Chius,’ et qua-  
ternarius ‘Senio;’ quia lucri num-  
mos quatuor hic, ille tres tribuebat.

**PH.** Meosne amores? **CU.** tace parumper: jacit voltarios quatuor.

Talos arripio, invoco almam meam nutricem Herculem.  
**Jacto basilicum:** propino magnum poculum: ille ebibit: 80  
**Caput deponit:** condormiscit: ego ei subduco annulum.  
**Deduco pedes de lecto clam,** ne miles sentiat.  
**Rogant me servi,** quo eam? me dico ire, quo saturi solent.  
**Ostium ubi conspexi,** exinde me illico protinam dedi.  
**PH. Laudo.** **CU.** laudato, quando illud quod cupis, effe-  
 cero. 85  
**Eamus nunc intro,** ut tabellas consignemus. **PH.** num  
 moror?

*lum deponit: invocat Planesium. PH. Meamne amicam? CUR. Sile tantisper: jacit quatuor vulturios: sumo talos: invoco meam albam nutricem Herculem. Jacto basilicum: misceo victo militi magnum poculum: miles sicut, cubat, indormiscit. Ego ei surripio sigillum: detrallo pedes clan de strato, ne miles sentiat. Petunt a me servi, quo vadim? Dico me ire quo bene pransi consueverunt. Ubi vidijanuam, ego inde me dedi in fugam protinus illico. PH. Laudo. CUR. Laudabis quando præstiero id quod optas. Eamus jam intro, ut obsignemus tabulas. PH. Num*

-----  
**M. H. G.** al. *opposuit*; Pl. 1. *apposuit*.—78 *Lgg. vulturios*; C. *vulturios*.—79 *Lgg. nutricem Herculeam*; Pl. 6. *nutricem hercle*; al. ap. Par. *nutricem Cerem, pro Cererem*; al. *nutricem Herem*.—80 *Jactobasilicum* Pl. 1. 3. *Jacto basilicum* C. *Jacto basilicum* Hl. 1. B. 1. Pl. 2. 4. 6.—81 B. 1. *quom dormis- cit*; Hl. 1. *cum dormiscit*.—83 *Rogitant G. et Both.* *ego dico me ire* Hl. 1. B. 1. *et quinque* Pl. *ego me dico ire* M. et Both. *dico me ire* C.—84 B. 1. *exin- me*; Hl. 1. *exivi me*.—85 C. et *quinque* Pl. *ecfecero*; al. ap. Pareum, *exefece- ro*.—86 Pl. 2. 3. C. *tabulas*; Pl. 1. 4. 6. *tabellas*. Pl. *quinque*, Hl. 1. B. 1.

#### NOTÆ

‘Dexter Senio’ dicitur a Persio, quia faustissimus erat post Venerem numerus.

78 *Jacit voltarios quatuor*] ‘Vultu- rius’ idem est cum ‘Cane.’ *Jactus infaustus sic dictus, quod canis instar et vulturis voret substantiam ludo deditorum.*

79 *Nutricem Herculem*] Moris erat, ut alibi notavimus, ut qui talos jace- rent, Deum aliquem invocarent, ut *jactus esset felix*. Sic milites Mar- tem, amatores Venerem aut amicam. Parasiti invocabant Herculem, quia Herculii decimas offerebant, e quibus

epulum præbebatur tenuioribus civi- bns, in quibus erant parasiti. Alii *nutricem herem*. Festus: ‘Herem Martiam antiqui accepta hæreditate colebant, quæ a nomine appellabatur hæredum, et esse una ex Martis co- mitibus putabantur.’

80 *Jacto basilicum [basilicum]* ‘Basi- liscus’ *jactus idem est qui ‘Venerius,’ quando videlicet facies nulla jacto- rum talorum quatuor conveniret.*

83 *Quo saturi solent*] Honeste dic- tum, pro ad exonerandam, seu alvum, seu vesicam.

84 *Protinam*] Protinus.

**CU.** Atque aliquid prius obtrudamus, pernam, sumen, glandium :

Hæc sunt ventri stabilimenta, panem et assa bubula,  
Poculum grande : aula magna : ut satis consilia suppetant.  
Tute tabellas consignato : hic ministrabit : ego edam. 90  
Dicam quemadmodum conscribas : sequere me hac intro.

**PH.** sequor.

*retineo? CUR. Atque voremus antea quippiam, pernam, sumen, glandium. Hæc sunt ventris stabilimenta, panis et assa bubula, grande poculum: olla capacissima: ut non desint consilia. Tu consigna literas: hic mihi serviet: ego comedam: docero quomodo scribas. Sequere me hac intro. PH. Sequor.*

---

*non moror; C. et Lgg. num moror.—87 Nonnulli ex Festo emend. prius obtrundamus; C. et quinque Pll. prius obtrudamus.—88 B. 1. Hl. 1. a m. sec. Mm. Med. 2. Arg. 3. Jupt. pane; Ald. panis; C. et quinque Pll. panem.—90 Tu tabellas Lgg. Hl. 1. Tute tabulas C. Tute tabellas C. a m. sec. et Pll. quinque; Tu Tabulas Ven. 6. Tu consignato tabellas Both. hic mihi Camer. et Pareus; sed illud mihi deest in C. Pll. quinque, Hl. 1. B. 1.*

#### NOTÆ

*88 Stabilimenta] Id est, fundamenta. Panem] Veteres ‘pane’ neutrum, Horatius: ‘Deficient inopem venæ et ‘panis’ efferebant. Nonius: ‘Pate, ni cibus, atque Ingens accedat nis consuetudine masculino genere stomacho fultura ruenti.’ dicitur, neutro Plantus Currelione.’*

---

### ACTUS TERTIUS.\*

LYCO, CURCULIO, LENO.

**LY.** BEATUS videor : subduxi ratiunculam,  
Quantum æris mihi sit, quantumque alieni siet.  
Dives sum, si non reddo eis, quibus debeo:  
Si reddo illis, quibus debeo, plus alieni est.

*Ly. Mihi videor felix: subduxi rationes quantum habeam pecunia, quantumque sit alieni. Dives sum, si non restituo iis quibus debeo: si restituo illis quibus*

---

\* ‘Censem nonnulli in hoc Actu plures Scenas desiderari: sed consensus omnium MSS. refragatur.’ Pareus.—2 Lgg. *alieni est;* al. ap. Pareum, *alieni*

#### NOTÆ

*1 Beatus] Dives.*

*2 Æris mihi] Ulpianus: ‘Æs ali-*

*enam est quod nos aliis debemus: æs*

*sum est quod nobis ali debent.’*

Verum, hercle, vero cum belle recogito, 5  
 Si magis me instabunt, ad prætorem suffram.  
 Habent hunc morem plerique argentarii,  
 Ut alius alium poscant, reddant nemini :  
 Pugnis rem solvant, si quis poscat clarius.  
 Qui homo mature quæsivit pecuniam, 10  
 Nisi eam mature parsit, mature esurit.  
 Cupio aliquem emere puerum, qui usurarius  
 Nunc mihi quæratur : usus est pecunia.  
 Cu. Nil tu me saturum monueris : memini et scio.  
 Ego hoc effectum lepide tibi tradam : tace. 15  
 Edepol næ ego hic me intus explevi probe,  
 Et quidem reliqui in ventre cellæ uni locum,  
 Ubi reliquiarum reliquias recondererem.

*debo, plus alieni æris est. Verum enimvero quando serio mecum reputo, si me urgebunt, putiar potius ad prætorem trahi. Compluribus trapezitis mos est ut mutuo accipiant aliis ab alio, reddant nemini : Solvant controversiam pugnis, si quis petit altiori voce. Qui cito comparavit argentum, nisi eo parce utatur cito, cito esurit. Statui emere quenquam puerum usurarium : opus est mihi et pecunia. Cur. Ne tu adhorteris me bene canatum : memini et scio. Ego tibi præstaboo lepide hoc officium. Sile. Per aedem Pollucis ego me egregie explevi in his aedibus. Et quidem servavi in ventre unam cellam in qua reponerem reliquias reliquiarum. Quis*

*inest ; Hl. 1. B. 1. C. et quinque Pl. alieni siet.—4 Ven. 6. Jnt. Gryph. alieni'st ; Lgg. C. Pl. quinque, Hl. 1. B. 1. alieni est.—5 Verum hercle vero viros convellere cogito Both. V. h. non convellere cogito B. 1. V. h. enimvero convellere cogito H. 1. Pl. 3. V. h. enim non convellere cogito H. convellere cogito Pl. 1. 2. 4. 6. compellere cogito edd. quædam vett. cum velle recogito Lgg. V. h. vero convellere illis cogito Ven. 6. cum vere recogito Douza ; vero cum belle recogito est ex emend. Gulielmi.—6 Si magis mi al. ap. Pareum ; Si n. ne C. et quinque Pl.—7 Voc. plerique est in litura in Hl. 1.—9 Pl. quinque a m. pr. rem soleant. Mox, Pl. 1. 3. 4. 6. Hl. 1. B. 1. et Lamb. poscat durius ; Lgg. C. poscat clarius. Pl. 2. destitutior tam voce clarius, quam durius.—11 Nisi ea Lamb. parsat C.—12 Pl. quinque usurariis ; correctum tamen in nonnullis.—17 Et deest in Pl. 2. Et quidem C. et Pl. 3. 4. 6. Et quidem*

## NOTÆ

6 *Me instabunt*] Urgebunt.

10 *Qui homo*] Una hæc est sententia Plautina, quam præter ceteras hahebat in ore pater ille populi Ludovici XI. Francorum rex. Quæ quanquam videtur esse hominis in re sua, seu tuenda, seu etiam augenda in primis diligentis et attenti ; tamen nullus unquam extitit princeps tam

magnificus. Vel hoc uno intelliget Serenissimus Delphinus manus regias non abhorrisse a contrectatione hujus nostri molitoris.

11 *Eam parsit [parcit]* Pro ei parcit.

12 *Puerum, qui usurarius*] Puer, qno seu utatur, seu abutatur ad certum tempus, ut in Amphitryone uxorem usurariam dixit.

Quis hic est, qui operto capite Æsculapium  
Salutat? attat! quem quærebam: sequere me: 20  
Simulabo quasi non noverim: heus tu! te volo.  
LY. Unocule, salve. CU. quæso, deridesne me?  
LY. De Coclitum prosapia te esse arbitror:  
Nam ii sunt unoculi. CU. catapulta hoc ictum est mihi  
Apud Sycyonem. LY. nam quid id refert mea, 25  
An aula quassa cum cinere effossus siet?  
CU. Superstitiosus hic quidem est: vera prædicat:  
Nam illæc catapultæ ad me crebro commeant.  
Adolescens, ob rempublicam hoc intus mihi  
Quod insigne habeo, quæso, ne me incomities. 30  
LY. Licetne inforare, si incomitiare non licet?  
CU. Non inforabis me quidem: nec mihi placet  
Tuum profecto nec forum, nec comitium.

*est ille qui veneratur Æsculapium capite obrelato? Atat! is est quem quærebam:  
sequere me: fingam me minime nosse. Adesdum: te volo alloqui. LY. Ave, o  
Cocles! CUR. Amabo, iudicarisne? LY. De genere Coclitum te natum puto:  
nam illi sunt unius oculi. CUR. Id mihi infictum est tormentum apud Sycyonem.  
LY. Quid mea interest, an sit erexitus cum cinere olla comminuta? CUR. Profecto  
hic dirinat, vera renuntiat: etenim istæ catapultæ vibrantur frequenter in me.  
Obsecro, adolescens, ne me voces in comitium, et vituperes, quoniam illam notam  
insignem gero quam accepi pro republica. LY. Licetne vocare in forum, si non li-  
cet vocare in comitium? CUR. Non me vocabis in forum, neque tuum forum et  
tuum comitium placet. Verum si potes indicare hunc quem quæro, me afficies*

Pl. 1.—19 *Esculapium* C.—20 *Ven. 6. atat pol quem.* Verba *sequere me* desunt in Lgg.—22 *Unioculi* Lgg. *Une ocale* C. et quinque Pll.—23 *De cœlitum* B. 1. *pro sapia* Hl. 1. *prosapientia* C. *prosapia* Pll. quinque.—24 *Nam hi sunt* Hl. 1. C. Pll. quinque, *Ven. 6. Junt.* Gryph. *jectum est mihi* C.—25 *Apud Sycyonem* C.—26 *An aula qua sa* C. a m. pr.—27 *Suspiciosus* Hl. 1.—28 *Nam illæcce eðd.* quædam vett. *Nam illæc* Lgg. C. Pll. quinque, Hl. 1. B. 1. *Ven. 1. Bon. Ven.* 2. 6. *Junt.* Gryph.—29 *Al. ap.* Pareum, *hoc incussum est mihi.* Pronomen *mihi* deest in Lgg. *hoc intus mihi* C. quinque Pll. Hl. 1. B. 1. *Ven. 6. Junt.*—31 *Licetne informare* Hl. 1.—32 *Hl. 1. B. 1. C. Pll. quinque, nec mihi placens.*

## NOTÆ

23 *De Coclitum prosapia]* Horatius, revera Cocles, propter virtutem singularēm, auctor fuit prosapiæ clarissimæ apud Romanos, de qua qui nascerentur, etiam cum binis oculis, nihilominus Coclites appellabantur. Varro: ‘Cocles quasi ocles, qui unum haberet oculum.’ Plinius: ‘Qui altero lumine orbi nascerentur,

coclites vocabantur: qui parvis utrisque, ocellæ sive ocelli?’

30 *Incomities]* Id est, ‘ad comitia vocare.’ Festus: ‘Incomitiare significat, tale convitium facere, pro quo necesse sit in comitium, hoc est, in conventum venire.’

32 *Inforabis]* Ad forum vocabis.

Sed hunc, quem quæro, commonstrare si potes,  
Inibis a me solidam et grandem gratiam : 35  
Lyconem quæro trapezitam. LY. dic mihi  
Quid eum nunc quæris? aut cujatis? CU. eloquar.  
Ab Therapontigo Platagidoro milite.  
LY. Novi edepol nomen: nam mihi istoc nomine,  
Dum scribo, explevi totas ceras quatuor. 40  
Sed quid Lyconem quæris? CU. mandatum 'st mihi,  
Ut has tabellas ad eum ferrem. LY. quis tu homo es?  
CU. Libertus illius, quem omnis Summanum vocant.  
LY. Summane, salve: qui Summanus? fac sciam.  
CU. Quia vestimenta, ubi obdormivi ebrius, 45  
Summano: ob eam rem me omnes Summanum vocant.  
LY. Alibi te meliu'st quærere hospitium tibi:  
Apud me profecto nihil est Summano loci:  
Sed istum, quem quæris, ego sum. CU. quæso, tune is es  
Lyco trapezita? LY. ego sum. CU. multam me tibi 50  
Salutem jussit Therapontigonus dicere,  
Et has tabellas dare me jussit. LY. mihin'? CU. ita.  
Cape, signum nosce: nosten'? LY. quid ni noverim?

*magnus et insigni beneficio: quæro Lyconem argentarium. LY. Aperi mihi quare eum queris jam? aut cujas es? CUR. Aperiam. Venio ab milite Therapontigo Platagidoro. LY. Per eudem Pollucis novi hoc nomen: nam dum scribo, explevi hoc nomine quatuor paginas integras. Verum quare quæris Lyconem? CUR. Mihi imperatum est, ut ad eum deferrerem has literas. LY. Quis es tu? CUR. Libertus illius, quem cuncti appellant Summanum. LY. Salve, Summane. Qui? Summanus? fac noscam. CUR. Quoniam quando obdormivi temulentus alicubi, rapio vestimenta eorum quibuscum dormivi, sicut Summanus: idcirco cuncti me appellant Summanum. LY. Præstat te parare domicilium alibi. Sane non est locus pro Summano: sed ego sum iste quem quæris. CUR. Esne tu ille Lyco nummularius? LY. Ego sum. CUR. Therapontigonus mihi mandavit ut tibi dicam salutem, et imperavit me dare has literas. LY. Mihine? CUR. Ita: accipe, agnosce sigillum. Agnoscisne? LY. Cur non noverim? in quo miles clypeatus dissecat ense*

\*\*\*\*\*

—33 Al. ap. Pareum, neque forum.—36 Lgg. trapezetam.—41 C. mandatu'st mihi; Pll. quinque, mandatum est.—42 C. ad eum ferret; Pll. quinque, ad eum ferrem.—43 Ven. 6. Junt. quem omnes; al. vett. quem homines; C. et quinque Pll. quem omnes.—44 Hl. 1. B. 1. quid summanus. Lgg. face sciam.—45 Qui vestimenta B. 1. ubi obdormivit ebrius Scal. ubi obdormivi ebrius C. Pll. quinque, Hl. 1. B. 1. Lgg.—50 Lgg. trapezeta.—51 B. 1. ore dicere.—53 B. 1.

#### NOTÆ

43 *Summanum*] *Summus manum tonis more.* ‘Submanare’ est ‘sub Dens Pluto. Unde ‘summanare’ est manes ducere.’ Videtur hic jocum ‘rapere.’ ‘Summani,’ id est, ‘Plu-

captare ex allusione ‘manus.’

Clypeatus elephantum ubi machæra dissicit.

**Cu.** Quod istic scriptum est, id te orare jusserat, 55  
Profecto ut faceres, suam si velles gratiam.

**Ly.** Concede, inspiciam quid sit scriptum. **Cu.** maxime,  
Tuo arbitratu, dum auferam abs te id quod peto.

**Ly.** Miles Lyconi in Epidauro hospiti suo  
Therapontigonus Platagidorus plurimam 60

Salutem dicit. **Cu.** meus hic est, hamum vorat.

**Ly.** Tecum oro, et quæso, qui has tabellas afferet

Tibi, ut ei detur, quam istic emi virginem,

Quod te præsente istic egi, teque interprete,

Et aurum, et vestem : jam scis, ut convenerit. 65

Argentum des lenoni : huic des virginem.

Ubi ipius? cur non venit? **Cu.** ego dicam tibi :

Quia nudius quartus, venimus in Cariam

Ex India : ibi nunc statuam volt dare auream

Solidam faciundam ex auro Philippeo, quæ siet 70

Septempedalis : factis monumentum suis.

**Ly.** Quamobrem istuc? **Cu.** dicam : quia enim Persas,  
Paphlagonas,

Synopeas, Arabas, Caras, Cretanos, Syros,

elephantem. **CUR.** Iste mandaverat a te rogare ut faceres quod est scriptum istic,  
si velles esse ejus amicus. **Ly.** Concede, videbo quid sit scriptum. **CUR.** Maxi-  
me, ut voles, dummodo consequar abs te id quod postulo. **Ly.** Miles Theraponti-  
gonus Platagidorus dicit plurimam salutem Lyconi suo hospiti in Epidauro. **CUR.**  
*Hic* est meus, deglutit hamum. **Ly.** Rogo te, et obtestor, ut detur ei qui tibi  
afferet has literas, ea virgo quam emi hic, quod feci istic te præsente et te  
adjuvore, ut detur etiam aurum et vestis. Scis jam ut convenerit: da pecu-  
niam lenoni: da illi virginem. Ubi est ipse? quare non *venit*? **CUR.** Ego  
tibi aperiam. Quoniam a tribus diebus venimus in Cariam ex India, ubi vult dare  
nunc statuam auream solidam fundendam ex auro Philippeo, quæ sit septempedalis,  
ut sit monumentum suorum præclare factorum. **Ly.** Quare istud? **CUR.** Dicam.  
Quia ipse Persas, Paphlagonas, Synopeas, Arabes, Caras, Cretanos, Syros, Rhodiam



*nostin' nostra.*—54 *Hl.* 1. B. 1. *tibi machæra diligit*; *Lgg.* *ubi m. descicit*; *C.*  
*ubi machæra dessicit*; *Pll.* 1. 2. 6. *ubi m. dissicit*.—56 *Perfectum conj.* *Brantius*.  
—58 *C. dum adferam*; unde *Parens conj. dum abferam*, i. e. *auferam*, *uti legi-*  
*tor in Hl. 1. B. 1. et quinque Pll.*—61 *Ven. 6. cumeus hic est*.—67 *Hl. 1. ego*  
*dicam tibi hodie*.—73 *Sinopas Hl. 1. B. 1. C. et quinque Pll.* *Synopas Lgg.*

#### NOTÆ

54 *Dissicit*] Dissecat, antique dic- a 'cum' et 'do, das;' non 'condo,  
tum, ut in usu est 'condo, condis,' condas.'

Rhodiam atque Lyciam, Perediam et Perbibesiam,  
Centauromachiam, et Classiam Unomammiam, 75  
Libyamque oram omnem Conterebrioniam,  
Dimidiam partem nationum usque omnium  
Subegit solus intra viginti dies.  
**LY.** Vah ! **CU.** quid mirare ? **LY.** quia enim in cavea si  
forent  
Conclusi, itidem uti pulli gallinacei, 80  
Ita non potuere uno anno circumirier.  
Credo, hercle, te esse ab illo : nam ita nugas blatis.  
**CU.** Immo etiam porro, si vis, dicam. **LY.** nihil moror :  
Sequere hac ; te absolvam, qua advenisti gratia.  
Atque eccum video. **LE.** salve. **LE.** Di te ament. 85  
**LY.** Quid hoc, quod ad te venio ? **LE.** dicas quid velis.  
**LY.** Argentum accipias, cum illo mittas virginem.  
**LE.** Quid, quod juratus sum ? **LY.** quid id refert tua,  
Dum argentum accipias ? **LE.** qui monet, quasi ad-  
juvat.

atque *Lyciam, Perediam et Perbibesiam, Centauromachiam, et Classiam Uno-*  
*mammiam, Libyamque, et oram omnem Conterebrioniam, dimidiam partem natio-*  
*nium usque omnium subegit solus intra viginti dies.* **LY.** Vah ! **CUR.** Quid ad-  
miraris ? **LY.** Quia si essent inclusi in cavea, ut pulli gallinacei, non possent ita  
circumiri uno anno. Credo per Herculem te pertinere ad illum, adeo deblateras  
nugas. **CUR.** Immo adhuc plura dicam, si placet. **LY.** Non curo ista : sequere  
hac : exequar ea propter quae advenisti : et ecce eum video. Salve, leno. **LE.** Di  
te ament. **LY.** Scisne quare ad te venio ? **LE.** Dic quid relis. **LY.** Accipe ar-  
gentum, milte virginem cum illo. **LE.** Quid, quod juravi traditum virginem  
Phaedromo ? **LY.** Quid tua interest, dummodo accipias pecuniam ? **LE.** Qui mo-



*Arabes Hl. I. B. C. et quinque Pll. Arabos margo ed. Gronov.—74 Rhodia C.*  
*Rhodiam quinque Pll. et perheliam Hl. I. B. I. Perrediam et perheblesiam C.*  
*rediam et Perheliam Pl. 6. Perhediam et Perhelium Pll. 1. 2. 3. Perediam Pl. 4.*  
*Perediam et Bibesium Ven. 6.—75 Pl. 4. et classem unomanniam.—76 Contenob-*  
*bromiam C. cum terebromiu Pl. 3. et Pl. 4. a m. pr. cum terebromia Pl. 6.*  
*Contenebromia Lgg. Conterebromian Pl. 1. 2. et Pl. 4. a m. sec.—78 C. so-*  
*lus interea.—80 C. et quinque Pll. ut pulli.—82 Gui. te esse ab illo jam : ita*  
*enim nugas, &c. C. quinque Pll. Hl. I. B. I. alii codd. nam ita ; Lgg. illo :*  
*ita nugas blattis ; Hl. I. blactis.—84 C. ted absolvam. Lgg. qua venisti.—90 Hl.*

## NOTÆ

74 *Perediam et Perbibesiam, . . . . .* *Contenebromiam]* Fictæ sunt a poëta  
voces. Duæ primæ faciles, ultima  
ab assiduitate bibendi dicitur ‘bro-  
mia trita et contrita regio.’ Per  
‘bromiam’ intelligit, aut regionem  
vino feracem, aut Baccho sacram, qui  
‘Bromius’ appellatur. Festus : ‘Per-  
ediam et Perbibesiam Plautus quan-  
do dixit, intelligi voluit cupiditatem  
edendi et bibendi.’

**Sequimini.** Cu. Leno, cave in te sit mihi mora.

90

*net, quasi adjuvat. Sequimini. CUR. Cave, leno, ne me retardes.*

1. *siet morari mihi*; B. 1. Pl. 1. 2. 4. 6. *sit morari mihi*; C. *mora mihi*. Voces, *sit mihi mora*, desunt in Pl. 3.

## ACTUS QUARTI SCENA PRIMA.

CHORAGUS.\*

**EDEPOL** nugatorem lepidum lepide hunc nactu'st Phædromus.

Halophantam an sycophantam hunc magis esse dicam nescio.

Ornamenta, quæ locavi, metuo ut possim recipere:

Quanquam cum istoc mihi negoti nihil est: ipsi Phædromo Credidi; tamen asservabo: sed dum hic egreditur foras, 5 Commonstrabo, quo in quemque hominem facile inveniatis loco,

CHOR. *Per ædem Pollucis Phædromus invenit pulchre hunc nugatorem festivum. Nescio utrum halophantam an sycophantam appellem. Vereor ne non possim recipere ornamenta quæ locavi, quamvis nihil mihi est rei cum illo. Credidi Phædromo ipsi: tamen custodiam. Verum intereadum hic prodit foras, judicabo in quo loco reperiatis facile quemvis hominem, ne laboret plus justo, si velut convenire quempiam vel*

2 *Kalophantam* Pl. 1. 2. 3. 6. et C. a m. sec. *Kalophantem* C. a m. pr. *Olophantam* pro var. lect. in Pl. 1. *Halophantam* Pl. 4. a m. pr. *Halophantam* Grownov. *Alopantam* al. ex Festo. *Hunc halophantam an sycophantam esse magis Lambin. hunc magis hoc esse* Hl. 1. B. 1. *hunc magis dicam nescio, omisso τῷ esse*, Ven. 6. Junt. *hoc magis hunc esse* Pl. 4. *magis esse dicam* C. Pl. 1. 2. 3. 6.—3 Pl. 1. 2. 3. 4. 6. C. Hl. 1. B. 1. et Lgg. *metuo haud possim.*—5 Pl. 1. 4. 6. *regreditur*; C. *egreditur.*—6 Voc. *facile deest in* Hl. 1. 2. B. 1. Ven. 1. 6.

## NOTÆ

\* *Choragus*] *Choragus*, ut Græcum sonat, est qui ducit chororum. Chorus autem est id quod aut dicitur aut canitur inter duos actus. Est et qui e re sua chororum conductus, seu scenam exhilarat choro conductis histrionibus. Hic choragus est, qui locat ornamentiæ scenica histrionibus.

*pantam*: ‘*Halapanta significat omnia mentientem; ἀπὸ τῆς ἄλης, id est, πλάνης, et ἀπαντά.*’ Sed visum est aliis melius *Halophantam*, παρὰ τὴν δλα, quo notet *impostorem marinum*; sicut per *sycophantam*, παρὰ τὸ σῦκον, urbanum. Jamjani enim Curculio rever-sus mari ex Caria.

2 *Halophantam*] Festus legit *Hala-*

Ne nimio opere sumat operam, si quem conventum velit,  
 Vel vitiosum, vel sine vitio: vel probum, vel improbum.  
 Qui perjurum convenire volt hominem, mitto in comitium.  
 Qui mendacem et gloriosum, apud Cloacinae sacrum. 10  
 Ditis, damnosos maritos sub basilica quaerito.  
 Ibidem erunt scorta exoleta, quique stipulari solent:  
 Symbolarum collatores apud forum piscarium:  
 In foro infimo boni homines, atque dites ambulant:  
 In medio propter canalem, ibi ostentatores meri: 15  
 Confidentes, garrulique, et malevoli supra lacum.  
 Qui alteri de nihilo audacter dicunt contumeliam,  
 Et qui ipsi sat habent, quod in se possit vere dicier.  
 Sub veteribus, ibi sunt qui dant, quique accipiunt fœnore.  
 Pone aëdem Castoris, ibi sunt, subito quibus credas male:  
 In Tusco vico, ibi sunt homines, qui ipsi sese venditant:  
 In Velabro vel pistorem, vel lanium, vel aruspicem, 22  
 Vel qui ipsi vortant, vel, qui alii subvorsentur, præbeant.

*vitiōsum vel sine vitio, vel bonum vel malum. Qui vult adire hominem perjurum, mitto in comitium: qui mendacem et superbum, apud fanum Cloacinae: quaero sub basilica maritos dites profusos. Erunt ibidem meretrices exoletæ, et qui solent facere stipulationes: qui conserunt symbolas apud forum piscium: boni homines et dites expatiantur in foro imo: in medio, juxta canalem, sunt in eo loco ostentatores meri, confidentes, garruli, et malevoli supra lacum. Qui inferunt aliis contumeliam de nihilo, et qui ipsi habent satis quod possit dici vere in se. Sub veteribus tabernis sunt qui dant et recipiunt fœnore. Pone aëdem Castoris sunt quibus tu male des pecuniam exempli. Homines qui sese vendunt ipsi, sunt in vico Tusco: ii qui vel fraudulent ipsi pistorem, vel lanium, vel aruspicem, vel qui adjuvant alios in iisdem*



Bon. Junt.—9 Al. ap. Pareum, *ito in comitium*.—10 B. 1. *apud clonie sacrum*.—12 Lgg. *extipulari*; C. quinque Pl. Hl. 1. B. 1. *stipulari*.—16 *Confidentes* C.—18 Hl. 1. B. 1. *quid ipsis possit*; Lgg. C. Pl. 4. 6. *quod in se possit*; Pl. 3. *quod ipsus possit*; Pl. 2. *quod ipse possit*; Pl. 1. *quod ipsi possit*.—20 Gruter. *delet aëdem*.—23 Hl. 1. a m. sec. *ut subvorsentur*; C. et quinque Pl. *vel qui alii subversentur*; Ald. Junt. *subversandos*; al. ap. Pareum, *subvertendos*.—

#### NOTÆ

9 *Comitium*] Locus habendis comitiis designatus.

10 *Cloacinae sacrum*] Primi Romani cum in cloaca reperissent effigiem, quam esse numinis arbitrabantur, ei eodem loci aram struxerunt, et Cloacinam appellaron.

11 *Sub basilicu*] Unde subbasilicani, basilicanus, basilicarius.

12 *Exoleta*] Festus: ‘Exoletos qui olescere, id est, crescere desiit.’

15 *Canalem*] Festus: ‘Canaliculae forenses homines pauperes, dicti quod circa canalem fori consisterent.’

23 *Vortant*] Id est, versuram faciunt; id est, æs alienum, contracto ære alieno, alio dissolvunt.

Ditis, damnosos maritos apud Leucadiam Oppiam.

Sed interim fores crepuere : linguae moderandum est mihi.

25

*fraudandis, in Velabro. Apud Leucadiam libertam Oppiorum sunt mariti divites prodigi. Sed interea fores crepuere. Parcendum est linguae.*

24 Hunc vs. pro gloss. habet Pareus. Extat tamen in codd. C. Hl. 1. B. et quinque Pll. *Operiam* Pl. 1. a m. pr. et Pl. 2. *namque apud Lecadiam Opiam* Pl. 6. *Oppiam* in C. et reliquis Pll. item in Pl. 1. a m. sec.

## NOTÆ

24 *Lencadiam Oppiam*] Intelligit quas erat statio maritis malis. forsitan ædes Oppii cuiusdam, ad

## ACTUS QUARTI SCENA SECUNDA.

CURCULIO, CAPPADOX, LYCO.

Cu. I TU præ, virgo : non queo, quod pone me est, servare. Et aurum, et vestem omnem suam esse aiebat, quicquid haec haberet.

Ca. Nemo it inficias. Cu. attamen meliusculum est monere.

Ly. Memento promisisse te, si quisquam hanc liberali Caussa manu assereret, mihi omne argentum redditum iri,

5

Minas triginta. Ca. meminero : de istoc quietus esto ;

CUR. Proficiscere tu ante, o virgo ! nequeo observare quod est pone me. Dicebat miles et aurum et omnes ejus vestes, et quæcumque illa possideret, ad se pertinere. Ca. Nemo negat. CUR. Verumtamen est melius admonere. Ly. Recordare te esse pollicitum, si aliquis illam in libertatem assereret, mihi redditum omnem pecuniam, videlicet triginta minas. Ca. Recordabor : esto quietus de hoc ; et

1 Prodi virgo C. Prode virgo ab al. m. a tertia vero manu, Ei tu præ virgo ; particula præ deest in quinque Pll. Ei tu prode virgo cod. Camer. in marg. ed. Gronov. nequeo Lgg.—2 C. ap. Pareum, cuique haec haberet ; Camer. in marg. ed. Gronov. cuiquam ; et sic Lgg. quicquid hic haberet Pll. 2. 3. 4. 6. quicquid haec haberet Pl. 1. Hl. 1. B. 1. esse deest in quibusdam edd. ante Pareum ; extat vero in C. Pll. quinque, Hl. 1. B. 1.—5 Causam Hl. 1. B. 1. redditum fieri C. et Pl. 1. argentum fieri, exclusa voce redditum, Pl. 2. redditum fieri Pll. 3. 4. redditum fieri Pl. 6. fieri redditum Lgg.—6 MSS. Camer. in marg.

Et nunc idem dico. Cu. et commemorisse ego hæc volam te.

Ca. Memini, et mancipio tibi dabo. Cu. egon' ab lenone quicquam

Mancipio accipiam? quibus sui nihil est, nisi una lingua,  
Qui abjurant, si quid creditum est: alienos mancupatis, 10  
Alienos manumittitis, alienisque imperatis;

Nec vobis auctor ullus est, nec vosmet estis ulli.

Item genus est lenonium inter homines, meo quidem animo,  
Ut muscae, culices, pedesque, pulicesque,

Odio et malo et molestiæ: bono usui estis nulli. 15

Nec vobiscum quisquam in foro frugi consistere audet.

Qui constitit, culpant eum, conspuitur, vituperatur:

Eum rem fidemque perdere, tametsi nihil fecit, aiunt.

Lv. Edepol lenones, meo animo, novisti, lusce, lepide.

Cu. Eodem, hercle, vos pono et paro: parissimi estis iibus. 20

nunc dico idem. CUR. Et ego volam te recordari hujus rei. Ca. Recordor, et tibi dabo quasi de mea re. CUR. Accipiamne ego quicquam a lenone, quasi sit id ejus? qui nihil habent nisi linguam, qua negant perjurio, si est creditum aliquid. Capitis manu alienos, mittitis manu alienos, dominumini in alienos; et nullus est qui vobis vendat rem suo periculo, nec vosmet venditis ulli vestro periculo. Lenones sunt inter homines, meo quidem judicio, veluti muscae, et culices, et pediculi, et pulices. Estis odio, et molestiæ, et incommodo, nulli bono usui, nec quisquam frugi audet versari vobiscum in foro: qui consistit vobiscum, culpatur, conspuitur, vituperatur: dicunt eum amittere rem et fidem, etiamsi agit nihil. Lv. Per edem Pollucis lenones novisti meo animo, lusce, festive. CUR. Per Herculem, vos repreno et refero in eundem numerum. Vos estis simillimi iis. Ii certe venales sunt in

ed. Gronov. meminero de istoc, quietus esto.—7 Quidam codd. ap. Pareum, ego hoc; pronomen ego deest in aliis.—8 Ed. quædam vett. egon ut ab lenone; Lgg. egone ab lenone.—9 M. occipiam C. Pll. 3. 4. 6. M. accipiam Pll. 1. 2.—10 Quid a. si quid Pll. quinque; Qui a. si qui C. et Lgg.—12 Nec vobis adactor Hl. 1. a m. pr. ullust C. nec v. testis Pareus et al. vett. nec v. estis C. quinque Pll. Hl. 1. et B. 1.—14 Ut muscaeque edd. quædam vett. Ut muscae, culices Lgg. Hl. 1. B. 1. C. et quinque Pll.—16 Nec quisquam vobiscum Hl. 1.—17 C. a m. pr. et quinque Pll. conspicitur; C. a m. sec. conspuitur.—20 C. Pll. 2. 3. 4. Lgg. B. 1. kibus; et sic legit Priscian. ibus Hl. 1. Pll.

#### NOTÆ

8 *Mancipio dabo*] ‘Mancipio dare’ enain perjurio negare. Virgil. ‘abjurat alicui, est ita dare, ut quod erat antea ratæque rapinæ.’

dautis, deinde fiat accipientis, et 12 *Auctor ullus est*] Auctoris est evictionis periculum in se recipere: rem periculo suo vendere, vendre avec garantie.

10 *Abjurant*] *Ahjurant* est, rem ali-

20 *Iibus*] Id est, iis.

Hi saltem in occultis locis prostant, vos in foro ipso.  
 Vos fœnore, hi male suadendo, et lustris lacerant homines.  
 Rogitationes plurimas propter vos populus scivit,  
 Quas vos rogatas rumpitis : aliquam reperitis rimam :  
 Quasi aquam ferventem, frigidam esse, ita vos putatis  
 leges. 25  
**LY.** Tacuisse mavellem. **CA.** au ! male meditate male  
 dicax es.  
**CU.** Indignis si male dicitur, maledictum id esse dico :  
 Verum si dignis dicitur, benedictum 'st, meo quidem animo.  
 Ego mancipem te nihil moror, nec lenonem alium quem-  
 quam.  
**Lyco,** nunquid vis ? **LY.** bene vale. **CU.** vale. **CA.** heus  
 tu, tibi ego dico. 30

*locis absconditis, eos in foro ipso. Vos voratis homines fœnore, hi male suadendo interimunt in lustris. Populus rogarit complures leges propter vos, quas vos perfringitis rogatas, quando inrenitis nonnullam rimam : eos existimatis leges ita sese habere, ut aquam modo ferventem, jam frigidam. LY. Mallem tacuisse. CA. Auh ! es contumeliosior, et accidis hoc meditatus ad maledicendum. CUR. Si maledicatur immeritis, existimo id esse maledictum : verum si dicitur meritis, est benedictum mea quidem mente. Ego non curo te esse prædem, nec quenquam alium lenonem. Lyco, risne aliquid ? LY. Vale bene. CUR. Vale. CA. Heus tu !*

1. 6. *iibus Ven. 6. Junt. Gryph. et recentt.—21 His C. unde Pareus conj. Hii, ut extat in Pl. 1. in voro ipso C.—23 Lgg. scivit populus.—25* 'Hæ duæ voces, frigidam esse, extant quidem in omnibus MSS. nostris ; sed planissime videntur otiosæ.' Pareus. Idem sentit Brantius. ita v. p. legem Lgg.—26 *Tacuisse mallem* Lgg. C. HI. 1. B. 1. haud vel in male meditantem B. 1. Pll. 1. 4. 6. haud in male meditantem maledicaris Pl. 2. haud in male vel meditantem HI. 1. an male meditate maledicaxes C. haud in male meditantem male dicassis Ven. 6. Junt. Brix. Gryph. al. vett. *Au ! in male meditantem male dicax es* al. ap. Lang. *au male meditare* Lgg.—27 Lgg. *maledictum esse.* Lambin. *esse duco ;* HI. 1. B. 1. C. et quinque Pll. *esse dico.*—30 *Num quid me vis,* omisso nomine *Lyco,*

## NOTÆ

23 *Rogitationes*] Tribunitias leges, plebiscita.

25 *Quasi aquam ferventem*] Comparatio sumta ex trivio, sed apposita. *Aquam videlicet ferventem tangere* nemo audet ; frigidam factam nemo formidat. Leges recens latæ, formidabiles ; vetustæ spernuntur.

26 *Male meditate male dicax es*] Alii et melius, *Haud in male meditantem*

*male dicassis. Dicassis pro dixeris.* Veteribus enim 'dicere' et 'dicare,' 'lavere' et 'lavare,' unde 'lavi' in præterito ; 'tonere' et 'tonare,' 'boëre' et 'boare.'

29 *Mancipem te*] 'Manceps,' præs, fideijussor, caution. Pollicetur emtori se periculum præstiturum : *garantie.*

**Cu.** Eloquere, quid vis? **Ca.** quæso, ut hanc cures, bene ut sit isti.

Bene ego istam eduxi meæ domi et pudice. **Cu.** si hujus miseret,

**Ecquid das, qui bene sit?** **Ca.** malum. **Cu.** tibi opus est hoc, qui te procures.

**Ca.** Quid, stulta, ploras? ne time; bene, hercle, vendidi ego te.

Fac sis bonæ frugi sies: sequere istum bella belle. 35

**Ly.** Summane, numquid nunc jam me vis? **Cu.** vale atque salve;

Nam et operam et pecuniam benigne præbuisti.

**Ly.** Salutem multam dicio patrono. **Cu.** nuntiabo.

**Ly.** Numquid vis, leno? **Ca.** istas minas decem, qui me procurem,

Dum melius sit mihi, des. **Ly.** dabuntur: cras peti jubeto. 40

**Ca.** Quando bene gessi rem, volo hic in fano supplicare.

Nam illam minis olim decem puellam parvolam emi.

Sed eum, qui mihi illam vendidit, nunquam postilla vidi:

Periisse credo: quid id mea refert? ego argentum habeo.

Quoi homini Dei sunt propitii, lucrum ei profecto objiciunt. 45

*ego tibi dico. CUR. Dic quid vis? Ca. Rogo, ut cures hanc, ut sit bene isti. Ego edavi bene et pudice istam meæ domi. CUR. Si te miseret ejus, quid das, quo sit laute? Ca. Malum. CUR. Et tibi opus est hoc quo te cures melius. Ca. Quid lacrymaris, insana? ne metue; ego te care vendidi, per Herculem. Du operam ut sis bonæ frugi. Séquere hunc belle. Ly. Summane, mihi vis aliquid jam? CUR. Vale et salve; nam præbuisti liberaliter et operam et pecuniam. Ly. Dicio patrono multam salutem. CUR. Nuntiubo. Ly. Visne aliquid, leno? Ca. Nunera decem minas, quibus me procurem, intereadum sit melius. Ly. Dabuntur: cras manda peti. Ca. Quandoquidem bene gessi rem, volo sacra facere hic in templo: nam emi illam puellam parvulam olim minis decem. Verum nunquam vidi postea eum qui mihi illam vendidit; credo periisse: quid mea refert! Ego habeo argentum. Di obiciunt lucrum sine dubio ei homini, cui sunt faventes. Nunc dabo operam rei diri.*



**B. 1.** *Lyco, num quid me vis Hl. 1. ego tibi dico Hl. 1.—31 C. et quinque Pll. bene sit isti; al. ut bene sit isti.—33 Ecquid das quod bene Lgg. Equid das quod bene Hl. 1. et ut bene in marg. qui me procurem al. ap. Pareum; qui te procures C. et quinque Pll.—35 Fac sis bene Hl. 1. B. 1. bonæ Hl. 1. in marg.—37 Hl. 1. bene præbuisti; et in marg. benigne.—39 Num quid me ris Hl. 1. a m. sec.—40 Al. ap. Pareum, melius sit; C. et quatuor Pll. melius fit. Pll. quinque dabunt.—43 Hl. 1. B. 1. vendidit illam.—44 Perisse Hl. 1. quid mea refert*

Nunc rei divinæ operam dabo : certum est bene me curare.

*næ. Deliberatum est me bene tractare.*

G.—45 *Cui h. dii Hl. 1. obiciunt quatuor Pll. C. Hl. 1. lucrum est profecto optumum Palmi. et Lgg.—46 C. quinque Pll. et B. 1. certum sit ; Hl. 1. certum scit ; Ven. 6. Junt. Gryph. al. vett. certu'st ; al. certum'st.*

## ACTUS QUARTI SCENA TERTIA.

THERAPONTIGONUS, LYCO.

TH. Non ego nunc mediocri incedo iratus iracundia ;  
Sed eapse illa, qua excidionem facere condidici oppidis.  
Nunc nisi tu mihi propere properas dare jam triginta minas,  
Quas ego apud te deposivi, vitam propera ponere.

LY. Non edepol nunc ego te mediocri macto infortunio : 5  
Sed eopse illo, quo mactare soleo, quoi nihil debeo.

TH. Ne te mihi facias ferocem, aut supplicare censeas.

LY. Nec tu me quidem unquam subiges, redditum ut redam tibi,

Nec daturus sum. TH. idem ego istuc quom credebam,  
creddi

Te nihil esse redditurum. LY. cur nunc a me igitur petis? 10

TH. Scire volo quoi reddidisti. LY. lusco liberto tuo,

THE. Ego sum nunc incitatus non mediocri ira ; verum ea illa qua solo excidere urbes. Nunc nisi tu acceleras mihi numerare celeriter triginta minas, quas ego deposui apud te, festina oppetere mortem. LY. Per æden Pollucis ego macto jam te malo non mediocri : verum eo ipso quo solo macture eum cui debeo nihil. THE. Nec te præbeas mihi elatum, ant existimes me tibi futurum supplicem. LY. Nec unquam tu me coges ut tibi restituam jam restitutum, nec sum daturus. THE. Quando ego tibi credebam illud, idem credidi te redditurum esse nihil. LY. Quare ergo a me postulus nunc? THE. Cupio nosse cui reddidisti. LY. Tuo liberto

2 Lgg. Sed eopse quo. Pll. quinque qua excidionem ; al. ap. Pareum, qua excidionem ; C. qua excidionem.—3 Both. legendum censem, properas danere triginta.—4 C. apud te. C. Pll. quinque, Hl. 1. B. 1. Ven. 1. Bon. Ven. 6. Brix. al. vett. deposui. Hl. 1. B. 1. propera deponere.—6 Sed eapse illa qua Hl. 1. B. 1. et quinque Pll. eopso C. Sed eopso illo quo Pll. 2. 6. a. m. sec. quoi non debeo Hl. 1. a. m. sec.—7 Ven. 6. Junt. Gryph. haud supplicare ; C. quinque Pll. Hl. 1. B. 1. aut supplicare.—10 Lgg. qui nunc.—11 Lusco, quasi no-

### NOTÆ

1 *Iratus iracundia]* Atticismus primis Romanæ linguae saeculis usitatus.

Is Summanum se vocari dixit : ei reddidi,  
Qui has tabellas obsignatas attulit. TH. quas tu mihi ta-  
bulas ?

Quos tu mihi luscos libertos ? quos Summanos somnias ?  
Nec mihi quidem libertus ullu'st. LY. facis sapientius, 15  
Quam pars latronum, libertos qui habent, et eos deserunt.  
TH. Quid fecisti ? LY. quod mandasti, feci tui honoris  
gratia ;

Tuum qui signum ad me attulisset, nuntium ne spernerem.  
TH. Stultior stulto fuisti, qui iis tabellis crederes.

LY. Quis res publica et privata geritur, nonne iis crede-  
rem ? 20

Ego abeo : tibi res soluta 'st recte: bellator, vale.

TH. Quid valeam ? LY. at tu ægrota, si lubet, per me,  
ætatem quidem.

TH. Quid ego nunc faciam ? quid refert me fecisse regibus,  
Ut mihi obedirent, si hic me hodie umbraticus deriserit ?

coclit : is dixit se appellari Summanum : ei reddidi qui attulit has tabulas obsig-  
natas. THE. Quas tabulas mihi narras ? Quos libertos coclites, quos Summanos  
mihi narras tu ? Evidem nullum habeo libertum. LY. Agis sapientius quam  
plerique milites qui habent libertos, et eos deserunt. THE. Quid fecisti ? LY.  
Feci quod imperasti, tui honoris causa, ne viderer aspernatus nuntium qui ad me  
attulisset tuum signum. THE. Fuisti amentior amentissimo, qui habuisti fidem iis  
tabulis. LY. Nonne haberem fidem iis quibus res privata et publica administratur ?  
Ego proficiscor : res tibi est soluta recte. Vale, miles. THE. Quid valeam ?  
LY. At tu ægrotu per me licet, si lubet, et totam ætatem quidem. THE. Quid  
agan ego nunc ? Quid prodest me uagisse reges, ut mihi obtemperarent, si hic  
imbelliis me ludificatus fuerit hodie ?

\*\*\*\*\*

men proprium, Lgg. Ven. 6. Jnnt.—12 Edd. quædam vett. et Both. eji reddi-  
di ; C. Pll. quinque, Hl. 1. B. 1. ei reddidi.—13 Pronomen mihi, quod servant  
C. Hl. 1. B. 1. et quinque Pll. deest in edd. quibnsdam vett. tabellas H. M.  
Ven. 1. 2. Med. Jnnt.—14 Tu mihi Lgg.—15 Ven. 6. Jnnt. Gryph. libertu'st  
ullus ; Hl. 1. B. 1. Lgg. C. et quinque Pll. libertus ullu'st.—16 Quam pars le-  
nonum Hl. 1. B. 1. C. quinque Pll. Med. 2. Ven. 1. Bon. Ven. 6. Jnnt. Arg. 3.  
—17 Quid feci, quod C. Quid fecisti quinque Pll. Hl. 1. gratian C.—19 H.  
G. M. et Both. qui his tabulis.—20 Hl. 1. B. 1. non eis ; C. non is.—21 Ego ha-  
beo tibi res solutas recte Hl. 1. B. 1. C. et Pll. quinque, Ven. 1. Bon. Med. 2.  
Arg. 3. Ven. 6. Jnnt. Gryph.—22 Both. Qui valeam ? C. si juvet per me ; Hl.  
1. Pll. 3. 6. H. si vives per me quidem ætatem ; B. 1. Pll. 1. 2. M. si vivis per me  
quidem etatem ; Pl. 4. si vivet per me quidem etatem.—24 C. obadirem ; Pll.  
quinque, Hl. 1. B. 1. obedirent. Hl. 1. a m. pr. umbratus.

#### NOTÆ

16 *Latronum*] Id est, militum.

24 *Umbraticus*] Vox et per con-

21 *Bellator, vale*] Lyconis trapezi- tentum dicta de trapezita, qui pro-  
tæ ad bellatorem Therapontigonom cul ab armis in umbra vivit; miles  
vox risu plena, admixto contemtu. in luce et gloria.

## ACTUS QUARTI SCENA QUARTA.

CAPPADOX, THERAPONTIGONUS.

**C.** Quoi homini Dii sunt propitii, ei non esse iratos puto.  
**P.** Postquam rem divinam feci, venit in mentem mili,  
 Ne trapezita exulatum abierit, argentum ut petam:  
 Ut ego potius comedim, quam ille. **T.** jusseram salvere  
 te.

**C.** Therapontigonoplatagidore, salve: salvus quom ad-  
 venis 5

In Epidaurum, hic hodie apud me nunquam delinges salem.  
**T.** Bene vocas: verum vocata res est, ut male sit tibi.  
 Sed quid agit meum mercimonium apud te? **C.** nihil  
 apud me quidem.

Ne facias testes: neque equidem debeo quicquam. **T.** quid  
 est?

**C.** Quod fui juratus, feci. **T.** reddin', an non, virgi-  
 nem, 10

Priusquam te huic meæ machæræ objicio, mastigia?

**C.** Vapulare ego te vehementer jubeo: ne me territes:

**C.** Non existimo Deos esse infensos ei homini cui favent. Postquam obiri  
 rem divinam, mili venit in animum ut petam pecuniam ab argentario: ut egn potius  
 comedam quam ille. **T.** Mandaveram te salvare. **C.** Therapontigonoplata-  
 gidore, salve: quando advenis salvus in Epidaurum, non delinges salem hodie apud me.  
**T.** Invitas urbane: sed es vocatus ad infortunium. Sed quid facit apud te  
 puella quam mercatus sum? **C.** Puella nihil facit apud me: ne appelles testes;  
 neque debo quicquam. **T.** Quid est? **C.** Feci quod juravi me facturum.  
**T.** Restituuisse virginem, furcifer, antequam te obtruncio hoc meo gladio. **C.**  
 Ego te jubeo pœnas dure ingentes. Ne me territes: illa est abducta: te sic exci-

1 Quoi hominum G. Pl. 2. homini deest in Pl. 4.—3 Ne trapezeta Lgg. exul-  
 tum C. a m. pr. et Pll. quinque; exulatum C. a m. sec. ut petat B. 1. et Hl. 1.  
 a m. pr.—4 Edd. quædam vett. jusserim; C. quinque Pll. Hl. 1. B. 1. jussi-  
 ram.—5 Therapontigone Platagidore G. M. H. et Both.—8 Sed quid agit Hl. 1.  
 Sed quod agit B. 1. Sed quid agit C. et tres Pll. apud me quidem desunt in  
 Lgg.—11 Pl. 3. et C. obicio. C. machera.—12 C. Pl. 4. a m. sec. Pll. 1. 6.

## NOTÆ

5 Salvus quom adreuis] Ellipsis, quo Sennius Capito refert, tum dici  
 'gaudeo.' Vous soiez le bienvenu. Formula gratulantium de amici adventu.

12 Vapulare] Festus: 'Vapula Pa- curare, fretos jure libertatis.' Lex  
 piria, in proverbio antiquis fuit: de enim Papyria, id est, in Papyrium

Illa abducta est: tu auferere hinc a me, si perges mihi  
Male loqui profecto: quoi ego, nisi malum, nihil debeo.  
TH. Mihin' malum minitare? CA. atque edepol non mi-  
nitabor, sed dabo,

15

Mihi si pergis molestus esse. TH. leno minitatur mihi?  
Meæque pugnæ præliares plurimæ obtritæ jacent?  
At ita me machæra et clypeus  
Bene juvent pugnantem in acie: nisi mihi virgo redditur,  
Jam ego te faciam ut hic formicæ frustillatim differant. 20  
CA. At ita me volsellæ, pecten, speculum, calamistrum  
meum

Bene me amassint, meaque axicia, linteumque extersum;  
Ut ego tua magnifica verba, neque istas tuas magnas minas  
Non pluris facio, quam ancillam meam, quæ latrinam lavat.  
Ego illam reddidi, qui argentum a te attulit. TH. quis is  
est homo?

25

piam, ut sis auferendus alienis manibus, si perges mihi esse molestus: ego non tibi  
debo aliud, nisi infortunium. THE. Mihine minitaris malum? CA. Et per ædem  
Pollucis non modo minitabor, sed infligam, si pergis mihi esse incommodus. THE.  
Leno mihi minitatur, et mea certamina cruenta innumera jacent contenta? Sed  
machæra et clypeus ita me bene juvent decentram in acie; nisi mihi restituitur  
virgo, ego te jam concidam adeo minutatim, ut formicæ te differant. CA. Sed me  
volsellæ, pecten, speculum, calamistrum, forfices, et linteum ad extergendum me, ita  
bene auferint, ut ego non facio pluris tua magnifica verba, neque istas tuas mug-  
nas minas, quam ancillam meam que lavat latrinam: ego reddidi puellam ei qui  
attulit argentum a te. THE. Quis est is homo? CA. Dicebat sese esse Summa-

\*\*\*\*\*

jubeho; Pll. 2. 3. ridebo; Pl. 4. a m. pr. jubeo.—13 Illa abducta 'st Lgg.—  
14 Male eloqui Pll. 1. 2. 4. 6. C. Hl. 1. Male loqui Pl. 3.—15 Edd. quæ-  
dam vett. non minitor; C. et quinque Pll. non minitabor.—17 Meæ pugnæ  
Lgg. prelia res B. 1. Meæque pugnæ et prælia, et res plurimæ Lamb.—  
18 Parei 1. et aliae edd. et clypeus, et lorica, et cassida juvent.—20 Hl. 1.  
a m. pr. frustulatum. Forte hinc f. f. deferant: et sic conj. Scrivener.  
—22 Sed amassint C. a m. pr. Sed me a. C. a m. sec. et quinque Pll. exicia  
Pll. 1. 2. 4. 6. axicia C. et Pl. 3. extersi edd. quædam vett. extersum C. et  
quinque Pll.—23 Hl. 1. magnas nugas.—25 Lgg. argentum attulit. Hl. 1. ad

## NOTÆ

Iata, fuit, ne quis in hominem libe- confictum.  
rum quicquam anderet.

17 *Pugnæ præliares*] Quibus oppo-  
nuntur velitationes, de justes combats.

18 *At ita me machæra et clypeus*] Formula jurandi, et jurando affirman-  
di, usitata militibus.

21 *At ita me volsellæ*] Juramentum  
lenonium, ad exsibilandum militare

22 *Axicia [exicia]* Forex quo se-  
cantur capilli. ‘Exicare,’ ‘exsecare’  
alii *excutia*, scopæ parvæ, des brosses,  
des vergettes.

24 *Latrinam*] Lavatrinam, latri-  
nam. ‘Latrina’ est balneum priva-  
tum.

**CA.** Tuum libertum sese aiebat esse Summanum. **TH.** meum?

**Attat!** Curculio, hercle, verba mihi dedit, quom cogito.

**Is** mihi annulum surripuit. **CA.** perdidist' tu annulum?

Miles pulchre centuriatus est expuncto in manipulo.

**TH.** Ubi nunc Curculionem inveniam? **CA.** in tritico facillime

30

Vel quingentos Curculiones pro uno faxo reperias.

Ego abeo: vale atque salve. **TH.** male vale; male sit tibi.

Quid ego faciam? maneam an abeam? siccine mihi esse os oblitum?

Cupio dare mercedem, qui illunc, ubi sit commonstret mihi.

*num, tuum libertum? THE. Meum libertum? Atat! Curculio, per Herculem, mihi dedit verba, quando ego reputo. Is mihi suffuratus est annulum. CA. Tunc perdidisti annulum? Miles centuriatus est in manipulo expuncto. THE. Ubi reperiarum nunc Curculionem? CA. In tritico facillime efficium ut invenias vel quingentos Curculiones pro uno. Ego abeo: rule, atque salvee. THE. Male vale: tibi sit male. Quid facium? Maneam un proficiscar? Siccine mihi esse illusum? Cupio dare mercedem ei qui mihi indicet ubi ille sit.*

*te attulit; B. 1. ad te atulit.—26 Edd. quædam vett. cum codd. HI. 1. et B. 1. C. et Pll. quinque, esse aiebat sese.—27 At curculio HI. 1. mihi verba dedit HI. 1. B. 1.—28 C. subrupuit. Lgg. præbuit. CA. perdidist in annulum.—29 Parei 1. pulchre excenturiatu'st; C. pulchere centuriatus est; Pll. quinque, pulchre centuriatus est.—30 C. facillume.—33 Quod ego...sicine C.*

#### NOTÆ

29 *Miles centuriatus*] In centuria scriptus et ascriptus.

*Expuncto in manipulo*] Centuriati milites, seu scripti, expungebantur, *on les cassait*, quando discedere a militia cogebantur. Lecti milites in tabulas et codices, quos vocabant ‘pittacia,’ ‘breves,’ ‘laterculum,’ ‘matriculam,’ referebantur. In easdem tabulas referebant nomina mortuorum, et notabant nra θ. quia est initium θávaros, mors. Unde et reorum fronti inurebatur θ. ut victimis justitiæ debitiss.

#### ACTUS QUINTI SCENA PRIMA.

##### CURCULIO.

ANTIQUOM poëtam audivi scripsisse in tragœdia,  
Mulieres duas pejores esse, quam unam: res ita est.

CUR. *Accepi veterem poëtam scripsisse in tragœdia, duas mulieres esse nequiores*

Verum mulierem pejorem, quam hæc amica est Phædromi,  
Non vidi, neque audivi, neque pol dici, nec fingi potest  
Pejor, quam hæc est : quæ ubi me habere hunc conspicata  
est annulum,

5

Rogat unde habeam : quid id tu quæris ? quia mihi quæ-  
sito 'st opus.

Nego me dicere : ut eum eriperet, manum arripuit mordicus.  
Vix foras me abripui, atque effugi : apage istanc caniculam.

*una. Res se habet ita. Verum non vidi nequiores mulierem hac amicu Phædro-  
mi; neque audiri, neque per Pollucem dici potest, nec fingi deterior hac. Statim  
atque vidit me habere hunc annulum, rogat unde habeam. Quare tu rogas id?  
Quia mihi opus est quæsito, inquit Planesium: recuso operire. Arripuit mordi-  
cus manum, ut eum eriperet. Vix me proripui foras, et aufugi. Apage istam  
canem!*

-----

1 Lgg. audiri pol.—4 Hl. a m. sec. neque p. d. neque fingi; Hl. 1. a m. pr.  
nec p. d. nec fingi.—5 Hl. 1. quam hæc est me quæ ubi hunc habere; C. med ha-  
bere.—8 Hl. 1. B. 1. C. et quinque Pll. arripuit. Hl. 1. a m. sec. atque au-  
fugi. Hl. 1. Lgg. apage istam caniculam.

## NOTÆ

5 Quæ ubi me habere hunc] Hinc  
incipit ἀναγνωρισμός, id est, agnitio,  
qua in theatri disciplina vocatur ver-  
naculo nostro *le dénoüement*.

8 Caniculum] Sic Planesium virgo  
appellatur, quæ adhibitis dentibus ut  
canis, annulum ab Circulione extor-  
quere conata est.

## ACTUS QUINTI SCENA SECUNDA.

PLANESIUM, PHÆDROMUS, CIRCULIO,  
THERAPONTIGONUS.

PL. PHÆDROME, propera. PH. quid properem ? PL.  
parasitum ne amiseris.

Magna res est. PH. nulla est mihi: nam, quam habui,  
absumsi celeriter.

PL. Tene. PH. quid negotii est ? PL. rogita, unde is-  
tunc habeat annulum :

PLA. Phædrome, acceler. PH. Quid accelerem ? PLA. Ne passus fueris  
abire Parasitum. Est magna res. PH. Nullam habeo : nam absumsi velocissime  
omnem rem quam habui. PLA. Tene Circulionem, ne fugiat cum annulo. PH.  
Quare ? PLA. Roga unde habeat istum annulum : meus pater portavit istum.

-----

2 Acidal. PL. celeriter Tene, &c.—3 Teneo C. et quinque Pll. negotiūst

Pater istum meus gestitavit. Cu. at mea matertera.

PL. Mater ei utendum dederat. Cu. pater tuus rursum tibi ! 5

PL. Nugas garris. Cu. soleo : nam propter eas vivo facilius.

Quid nunc ? PL. obsecro, parentesne meos mihi prohibeas ?

Cu. Quid ? ego sub gemman' abstrusos habeo tuam matrem et patrem ?

PL. Libera ego sum nata. Cu. et alii multi, qui nunc serviunt.

PL. Enimvero irascor. Cu. dixi equidem tibi, unde ad me hic pervenerit. 10

Quoties dicendum est ? elusi militem, inquam, in alea.

TH. Salvos sum : ecom, quem quærebam : quid agis, bone vir ? Cu. audio.

Si vis tribus bolis, vel in chlamydem. TH. quin tu is in malam crucem

Cum boletis, cum bulbis : redde etiam argentum, aut virginem.

CUR. Sed per Pollucem soror meæ matris. PLA. Mater ei commodaverat. CUR. Tuus pater rursum tibi commodaverat ! PLA. Nugas. CUR. Soleo : nam idcirco vivo facilius. Quid nunc ? PLA. Obsecro, prohibeasne mihi meos parentes ? CUR. Quid ? egone habeo tuam matrem et patrem inclusos sub gemma ? PLA. Ego sum nata libera. CUR. Et alii multi, qui serviunt nunc. PLA. Enimvero irascor. CUR. Equidem aperui tibi unde hic inciderit in meas manus. Quoties est dicendum ? Fefelli militem, inquam, in alea. THE. Sum salvis : ecce quem quærebam. Quid agis, bone vir ? CUR. Audio. Si vis ludam tribus jactibus talorum, vel in chlamydem. THE. Quin tu is in malam crucem cum boletis et bulbis : redde mihi jam pecuniam, aut virginem. CUR. Quam pecuniam, quas tri-

-----

Lgg.—4 Pater istunc Hl. 1. gestavit quinque Pl. gestitavit Lgg. et C. ac pol mea Parei 1. sed illud pol nec in C. nec in Pl. ullis reperitur.—5 Lgg. pater ejus. Grut. et Bipont. rursum mihi ; C. pater vois risum.—7 C. et Pl. quinque, parentisne.—8 C. gemma.—12 B. 1. Hl. 1. a m. pr. ecom quærebam, omisso τῷ quem.—13 Hl. 1. B. 1. velim chlamydem. C. tu eis in. Lgg. Suus

#### NOTÆ

11 Elusi] Donatus: ‘Eludere est descendens, qualem nunc subjiciunt gladiatorium, cum vicerunt, et ludo equites nostri balteo, et quam vocafinem imposuerunt.’

13 Tribus bolis] Βόλος, jactus.

Chlamydem] ‘Chlamys,’ vestis militaris strictioribus manicis ad genua equa ad arcendam pluviam superjiciunt pallium. Vel in chlamydem, supple ‘ludam,’ id est, in tuam vestem mili-

- CU. Quod argentum, quas tu mihi tricas narras? quam tu virginem . . . . . 15  
 Me reposcis? TH. quam ab lenone abduxti hodie, scelus viri.  
 CU. Nullam abduxvi. TH. certe eccistam, video. PH. virgo haec libera est.  
 TH. Mean' ancilla libera ut sit? quam ego nunquam emisi manu.  
 PH. Quis tibi hanc dedit mancipio? aut unde emisti? fac sciam.  
 TH. Ego quidem pro istac rem solvi ab trapezita meo. 20  
 Quam ego pecuniam quadruplicem abs te et lenone auferam.

*cas mihi narras tu? Quam virginem a me repetis tu? THE. Quam abduxisti hodie a lenone, scelestissime vir. CUR. Nullam abduxvi. THE. Prefecto ecce illam video. PH. Haec virgo est libera. THE. Meane ancilla, ut sit libera, quam ego nunquam manumisi? PH. Quis tibi dedit hanc mancipio, aut unde emisti? fac intelligam. THE. Equidem solvi pecuniam pro ista a meo argentario: quam pecunium ego auferam a te et ab argentario, interposita pena quadrupli. PH.*

tribus polis in chlamidem.—14 Cum bullis, cum bullis Lgg. Cum bolis cum bullis rededes argentum B. 1. Cum bolis cum bullis redde etiam Hl. 1. reddin' etiam argentum aut virginem Douza. Cum boleis C. Cum bolis cum bulis Pl. 2. Cum bollis cum bulis Pl. 6. Cum bolis etiam reliqui Pll. redde etiam C. et Pll. quinque.—15 Hl. 1. B. 1. quas mihi tricas.—16 Hl. 1. a lenone.—19 C. mancipio. —20 Parei 1. istac resolvi; C. et Pll. quinque, rem solvi.—22 Qui scies C.

## NOTÆ

tarem: *Je vous joueraï votre juste-au-corps.*

14 *Boletis*] 'Boletum' est species fungi. A 'bulbo' fit 'boletum.' 'Bulbus' autem est radix rotunda tunicata. Alludit ad 'bolos' superioris versus. Vulgus crassius abundat ejusmodi ammonitionibus.

15 *Tricas narras*] Nos vernaculae, tricherie. Lucilius: 'Hic tricos' bovinatorque ore improbu' duro.'

16 *Me reposcis*] Id est, a me reposcis. Me accusativi casus est: ut 'rogo te,' pro 'rogo a te.' Quæ verba, quoniam affinia sunt, nisi quod hoc est supplicis, illud imperantis, affinem etiam habent syntaxim.

*Scelus viri]* Scelestissime vir. Metonymia est adjunctæ vocis pro subiecta, 'sceleris' pro 'scelesto.' Et sita est amplificatio insignis in hac voce: quasi dicas, Non est tam scelestus quam ipsum scelus. Hoc convitum crebro contorquet in Pisones suos, Clandios, Gabinios, Catilinas Tullius.

19 *Dedit mancipio*] Quis tibi hanc sic vendidit, ut in se periculum evictionis receperit? *Qui vous l'a vendue avec garantie?*

21 *Pecuniam quadruplicem*] Lex erat, ut qui in manifesto furto deprehensus esset, pena quadruplici multaretur.

**PH.** Qui scias mercari furtivas atque ingenuas virgines,  
Ambula in jus. **TH.** non eo. **PH.** licet te antestari?

**TH.** non licet.

**PH.** Juppiter te male perdat: intestatus vivito.

**CU.** At ego, quem licet, te. **PH.** accede huc. **TH.** servom  
antestari! vide. 25

**CU.** Hem! ut scias me liberum esse. **TH.** ergo ambula in  
jus: heus tibi!

**CU.** O cives, cives! **TH.** quid clamas? **PH.** quid istum  
tibi tactio est?

**TH.** Quia mihi libitum est. **PH.** accede huc tu: ego illum  
tibi dedam, tace.

*Veni ad judicem, ut condicas emere virgines furto ablatas, et natas liberas. THE. Nolo ire. PH. Licetne mihi appellare testes? THE. Non licet. PH. Jupiter te male perdat! vive intestatus. CUR. Sed ego adsum, o Phædrome; potes me vocare testem. PH. Veni huc, ut auriculam apprehendam, o Crenilio! THE. Oportetne servum te testem sistere? Vide. CUR. Hem! ut intelligas me esse liberum. THE. Igitur veni ad judices. Hem tibi alapa! CUR. O cives, cives! THE. Quid vociferaris? PH. Quare cum pulsas tu? THE. Quia mihi libet. PH. Veni huc tu, miles, ego tibi Curculationem dedam: tace. CUR. Phæ-*

\*\*\*\*\*

a m. sec. et quatnor Pll. Qui scias Pl. 2. et ingenuas Hl. 1. a m. pr.—  
23 Edd. vett. licet antestari.—24 Te male Jupiter Hl. 1.—25 Hl. 1. te licet;  
pronomen te deest in B. 1. et Pl. 4. PH. tu accede Pl. 4. Hl. 1. B. 1. serum  
antestari C.—26 Hl. 1. B. 1. hem tibi.—27 Cires, cives C. omissa interjec-  
tione: quid istunc Hl. 1. B. 1. et Parei 1. quid istum C. et quinque Pll.—28 Q.

#### NOTÆ

22 *Qui scias mercari furtivas atque ingenuas virgines]* Qui quempiam quem sciebat liberum, aut alienum servum, emebat retinebatque domi, vocatus est ‘plagarius;’ quia lege Flavia plagiis afficiebatur. Hoc loco Phædromus interminatur poenam plagi Therapontigo, ut qui commercium instituat personarum liberarum in Planesio.

23 *Licet te antestari]* Visne ut testes vocem, quibus constet quemadmodum reevas in judicium yenire?

*Non licet]* Quia videlicet nullus adest liber. Porro non licebat servum testari.

24 *Intestatus vivito]* Et qui moritur nullo confecto testamento, et enjus

haereditas non est testamento adita, ‘intestatus’ appellatur. Cicero: ‘In testato moritur,’ id est, non scripto testamento. ‘Intestabilis’ dicitur qui neque testimonium dicere, neque recipere potest. Et erat gravis nota infamiae boni libero, ut qui in conditionem servilem descendisse videatur. Horatius: ‘uter ædilis fuerit, vel Vestrum prætor, is intestabilis et sacer esto.’

25 *Accede huc]* Et auriculam apprehendam; quia testes, auricula apprehensa, monebantur, et in jus veniendum, et eorum quæ vidissent aut audissent, recordandum.

27 *O cives, cives]* Solebat ille cui vis aliqua fiebat, si ruri ageret, ‘ju-

CU. Phædrome, obsecro, serva me. PH. tanquam me et Genium meum.

Miles, quæso ut mihi dicas, unde illunc habeas annulum,  
Quem parasitus hic te elusit. PL. per tua genua te ob-  
secro, 31

Ut nos facias certiores. TH. quid istuc ad vos attinet?

Quæratis chlamydem et machæram hanc, unde ad me per-  
venerit.

CU. Ut fastidit glriosus! TH. mitte istum: ego dicam  
omnia.

CU. Nihil est, quicquid ille dicit. PL. fac me certiorem  
obsecro. 35

TH. Ego dicam: surge: hanc rem agite, atque animum  
adhortite.

Pater meus habuit Periphanes. PL. Periphanes!

TH. Is, priusquam moritur, mihi dedit tanquam suo,  
Ut æquom fuerat, filio. PL. proh Juppiter!

drome, obsecro, serva me. PH. Te servabo tanquam me, et meum Genium. Miles, obsecro ut mihi aperias unde habeas illum annulum, quem hic parasitus tibi surripuit. PLA. Te rogo per tua genua, ut nos facias certiores. THE. Quid illud spectat ad vos? Quæratis etiam unde hac chlamys et machæra pervenerit ad me. CUR. Ut ferox est et superbus! THE. Dimitte Curculionem, Phædrome: ego patefaciam omnia. CUR. Quicquid loquitur miles, est nihil. PLA. Obsecro, fac me certiorem. THE. Ego dico: surge: hoc agite, et animadvertite. Meus pater Periphanes habuit. PLA. Periphanes! THE. Ille antequam moriatur mihi tradidit, tanquam suo filio, ut par erat. PLA. O Jupiter! THE. Et iste me

\*\*\*\*\*

m. lubitum'st C.—29 C. tamqua me.—30 HI. 1. unde illum.—31 Quo edd. quædam vett. Quem C. Pll. quinque, HI. 1. B. 1.—32 HI. 1. ad nos pertinet, et in marg. attinet.—35 Lgg. C. quinque Pll. et Parei 1. quod ille dicit.—36 Ego d. surgite Ven. 6. Junt. al. vett. Ego d. surge C. Pll. quinque, HI. 1. B. 1.—37 Periplanes Lgg. C. Pl. 3. Peripanes Pll. 1. 2. Periphanes Pll. 4. 6.—

#### NOTÆ

bilare: si vero Romæ, ‘quiritare,’ rnum esse Curculionem furem annu-  
quod est, ‘Quirites conclamare,’ ait larium.

Donatus, seu ‘in auxilium vocare.’ 29 Tanquam me et Genium meum]

28 Accede huc tu] Hoc loco videtur redire in gratiam cum Therapontigo-  
no Phædromus, quo in gratiam suæ Planesii placide roget, et discat unde habeat annulum signatorium. Itaque pollicetur Therapontigo se deditu-

Alii tanquam met Genium meum, id est, meum met Genium, supple ‘servat.’ Met et med pro me. Alii, et melius, tanquam met Genius meus.

37 Pater meus habuit Periphanes]  
Ἀναγγειωτοῦς.

TH. Et iste me hæredem fecit. PL. pietas mea, 40  
 Serva me, quando ego te servavi sedulo.  
 Frater mi, salve. TH. qui credam istuc ego ? cedo,  
 Si vera memoras, quæ fuit mater tua ?  
 PL. Cleobula. TH. nutrix quæ fuit ? PL. Archestrata.  
 Ea me spectatum tulerat per Dionysia. 45  
 Postquam illo ventum est, jam ut me collocaverat,  
 Exoritur ventus turbo : spectacula ibi ruunt :  
 Ego pertimesco : tum ibi me, nescio quis, arripit,  
 Timidam atque pavidam, nec vivam, nec mortuam :  
 Nec, quo me pacto abstulerit, possum dicere. 50  
 TH. Meministin' hanc turbam fieri ? sed tu dic mihi,  
 Ubi is est homo, qui te surripuit ? PL. nescio.  
 Verum hunc servavi semper mecum una annulum.  
 Cum hoc olim perii. TH. cedo ut inspiciam. CU. Sa-  
 nan' es,  
 Quæ isti committas ? PL. sine modo. TH. pro Juppiter !  
 Hic est quem ego tibi misi natali die. 56  
 Tam facile novi, quam me : salve, mea soror.

*scripsit hæredem. PLA. Mea Pietas, tuere me, quoniam ego te servavi sedulo. Mi frater, salve. THE. Quomodo ego credam istud? Dic, quæ fuit tua mater, si vera memoras? PLA. Cleobula. THE. Quæ fuit nutrix? PLA. Archestrata. Ea me tulerat per Dionysia, ud spectandos ludos. Postquam ventum est illuc, cum me collocasset ibi ad spectandum, turbo renti exoritur. Tum ornamenti theatri corrunt: pertimesco: tum nescio qui me comprehendit ibi trepidam atque territam, senianimem; nec possum dicere quomodo me abripuerit. THE. Recordarisse quomodo ista perturbatio acciderit? Sed tu, dic mihi, ubi est hic homo qui te surripuit? PLA. Nescio: sed servavi semper hunc annulum una mecum. Perii olim cum hoc. THE. Da ut inspiciam. CUR. Esne sana, Planesium, quæ committis annulum fidei militis. PLA. Sine modo. THE. Pro Jupiter! est ille quem ego tibi misi die natali. Novi tam bene, quam me novi. Salve, mea soror.*

\*\*\*\*\*

42 HI. I. B. I. ego istuc.—45 Dionisia C.—47 C. spectacula; HI. I. spectatores isti ruunt; B. I. spectatores ibi ruunt.—48 HI. I. tum tibi nescio quis me.—51 Meministi istanc turba. H. et al. ap. Pareum. Meministin' hanc C. et

#### NOTÆ

45 *Dionysia*] Festi dies Baccho sacri.

47 *Exoritur ventus turbo*] Apuleius: 'Turbo dicitur, qui repentinus flatibus prosilit, et omnia turbat.' Lucretius: 'Ventus versabundus.'

*Spectacula*] Moris semper fuit, ut in festis diebus, aut nundinis et mercatibus celeribus exhiberentur spectacula; quia tum frequentiores celebrantur conventus, et spectatorum turba major.

**PL.** Frater mi salve. **PH.** Deos volo bene vortere  
 Istam rem vobis. **CU.** et ego nobis omnibus;  
**Tu** ut hodie adveniens cœnam des sororiam : 60  
 Hic nuptialem cras dabit. **PH.** promittimus  
**TH.** Tace tu. **CU.** non taceo, quando res vortit bene.  
 Tu istanc desponde huic, miles : ego dotem dabo.  
**PH.** Quid dotis? **CU.** egone? ut semper, dum vivat, me  
     alat.  
**TH.** Verum hercle dico, me lubente feceris. 65  
 Et leno hic debet nobis triginta minas.  
**PH.** Quamobrem istuc? **TH.** quia ille ita repromisit  
     mihi :  
 Si quisquam hanc liberali asseruisse manu,  
 Sine controversia omne argentum reddere.  
**PH.** Nunc eamus ad lenonem. **TH.** laudo. **PH.** hoc prius  
     volo, 70  
 Meam rem agere. **TH.** quid id est? **PH.** ut mihi hanc  
     despondeas.  
**CU.** Quid cessas, miles, hanc huic uxorem dare?  
**TH.** Si hæc volt. **PL.** mi frater, cupio. **TH.** fiat. **CU.**  
     bene facis.

**PLA.** *Salve, mi frater.* **PH.** *Cupio Deos vobis vertere bene hanc rem.* **CUR.** *Et ego cupio ut tu nobis des omnibus hodie cœnum, sorore reperta in tuo adventu: Phædromus dabit cras nuptialem.* **PH.** *Pollicemur.* **THE.** *Sile tu.* **CUR.** *Non sileo, quia res vertit bene.* *Miles, de-ponde tu Phædromo istum: ego dabo dotem.* **PH.** *Quid dotis?* **CUR.** *Egone? ut me nutrit semper dum rivet.* **THE.** *Per Herculem dico verum: egeris me lubente: et hic leno nobis debet triginta minas.* **PH.** *Quare id?* **THE.** *Quoniam ille mihi sic restipulatus est, si quisquam hanc asseruisse manu ut liberam, ut redderet sine controversia omnem pecuniam.* **PH.** *Eamus jam ad lenonem.* **THE.** *Volo.* **PH.** *Volo prius agere mecum meam rem.* **THE.** *Quid est id?* **PH.** *Ut mihi hanc despondeas.* **CUR.** *Quid moraris, miles,*  
*huic dare hanc uxorem?* **THE.** *Si hæc vult.* **PLA.** *Mi fruter, opto.* **THE.** *Esto.*

---

**Pll.** quinque. *Memini istanc... tum dic Both.*—59 *Istam rem nobis C.—*  
*60 Tu hodie Hl. 1. a m. sec.*—63 *Voc. miles deest in B. 1. et in Hl. a m.*  
*pr.*—65 *C. et quinque Pll. me jubente.*—66 *TH.* *Sed hic leno Pist. et Parei*  
*1.* *Et leno hic C. et Pll. quinque.*—67 *C. et Pll. quinque, ita re promisit;*  
*edd. quædam ante Pareum non habent rō ita.*—69 *C. et Pll. tres redderet;*  
*duo Pll. reddere.*—70 *PH.* *hic prius Pl. 6. Ven. 6. Junt.*—72 *Lgg.* *huic*

## NOTÆ

60 *Cœnam des sororiam*] ‘Cœna so- gingo.  
 roria,’ quæ sorori repertæ datur; 67 *Repromisit*] ‘Repromittere’ est,  
 ‘adventoria,’ quæ advenienti e lon- stipulanti promittere, hoc modo:

**PH.** Spondesne, miles, mihi hanc uxorem? **TH.** spondeo.  
**CU.** Et ego hoc idem unum spondeo. **TH.** lepide facis. 75  
 Sed ecum lenonem, incedit, thesaorum meum.

**CUR.** *Recte.* **PH.** *Mihine spondes hanc uxorem?* **TH.** *Spondeo.* **CUR.** *Et ego spondeo hoc idem unum.* **TH.** *Facis festive.* *Sed ecce leno, meus thesaurus, pergit huc.*

\*\*\*\*\*

dare, omissa voce uxorem.—74 **B.** 1. *spondesne mihi miles hanc.*—75 *Et ego huic cibum una spondeo edd. quædam vett. Et ego hoc C. et quinque Pll.*—76 *Sed ecum leno al. ap. Pareum; Sed ecum lenonem C. et quinque Pll. incudit Lgg. thensaurum C.*

#### NOTÆ

‘Sponden’? *Spondeo. Promittis?* *Pro-* 76 *Thesaurum meum]* Id est, trimitto.’

ginta minæ in ejus potestate positæ.

### ACTUS QUINTI SCENA TERTIA.

CAPPADOX, THERAPONTIGONUS, PHÆDROMUS,  
 PLANESIUM.

**CA.** ARGENTARIIS male credi, qui aiunt, nugas prædicant ;  
 Nam et bene et male credi dico : id adeo hodie ego exper-  
 tus sum.

Non male creditur, qui nunquam reddunt ; sed prorsum  
 perit :

Velut decem minas dum hic solvit omnis mensas transiit.

Postquam nihil fit, clamore hominem posco : ille in jus me  
 vocat : 5

**CA.** Qui dicunt committi pecuniam male trepezitis, dicunt nugas ; nam con-  
 tendo committi et bene et male, id adeo ego periclitatus sum hodie. Non male  
 committitur iis qui nunquam restitunt ; sed perit omnino ; sicut dum hic numer-  
 at decem minas, cunctas mensas adiit. Postquam est nihil, flagito hominem cla-

\*\*\*\*\*

2 *Nam etiam bene B. 1. Nec bene, nec male al. ap. Pareum; Nam et bene C. quinque Pll. et Hl. 1. ego deest in C. extat tamen in Pll. quinque, B. 1. Hl. 1.—3 Nam male Hl. 1. sed prosrum Pl. 3. sed prorsum C. Hl. 1. B. 1. Pll. 1. 2. sed prorsus edd. quædam vett.—4 Quin decem Lgg. Vel ut decem C. Velut hic decem al. ap. Pareum ; Vel decem minas Lambin. Voces hic et mensas desunt in Hl. 1. hic deest in B. 1. qui, pro mensas, habet mensis.—5 Hl. 1. clamorem.*

#### NOTÆ

5 *Clamore hominem posco]* Id ‘pipu- delicet is cui debebatur, ante ædes lum’ antea vocavit Plautus, quo vi- debitoris, conceptis verbis, præsen-

Pessume metui, ne mihi hodie apud prætorem solveret.

Verum amici compulerunt, reddit argentum domo.

Nunc domum properare certum 'st. TH. heus tu leno, te  
volo.

PH. Et ego te volo. CA. at ego vos nolo ambos. TH.  
sta, sis, illico,

Atque argentum propere propera vomere. CA. quid me-  
cum est tibi? 10

Aut tecum? aut? TH. quia ego ex te hodie faciam pilum  
catapultarium:

Atque ita te nervo torquebo, itidem uti catapultæ solent.

PH. Delicatum te hodie faciam cum catello ut accubes,  
Ferreo ego dico. CA. at ego vos ambo in robusto car-  
cere,

Ut pereatis. TH. collum obstringe, abduce istum in ma-  
lam crucem. 15

PH. Quid? quid est? ipse ibit potius. CA. pro Deum  
atque hominum fidem!

*more: ille me vocat in judicium: magnopere timui ne mihi solveret hodie, facta cessione coram prætore. Sed nostri amici communes compulerunt ut Lyco redderet pecuniam e suo. Nunc libet ire velociter domum. THE. Hens tu, leno, te volo. PH. Et ego te volo. CA. Sed ego vos nolo ambos. THE. Sta, si vis, illico, et accelerata celeriter reddere argentum. CA. Quid rei est tibi necun, aut mihi tecum? THE. Quoniam ego faciam hodie pilum catapultarium ex te, et te ejiciam fune, sicut solent catapultæ. PH. Efficiam ut mollis cubes hodie cum catello, ego dico ferreo. CA. Sed ego efficiam ut vos ambo pereatis in carcere, non in molli, sed in valido. THE. Trahe collo obstricto, adduc eum in malum cruciatum. PH. Quicquid est? ipse ibit potius ultra. CA. Pro fidem Deorum atque hominum!*

—6 Hl. 1. ne minis hodie; B. 1. ne memini hodie.—7 Quidam codd. redet; al. redderet; C. quinque Pl. Hl. 1. B. 1. reddit; edd. quædam vett. reddi-  
dit. Voc. domo non legitur in Pl.—9 Al. vos volo; C. quinque Pl. Hl. 1.  
B. 1. vos nolo.—11 M: quia ex te hodie faciam Lgg. Hl. 1. a m. pr.—12 C. et  
quinque Pl. ut catapultæ.—14 B. 1. ambos; Hl. 1. a m. pr. amabo.—15 Lgg.  
astringe. Hl. 1. crucem ego dico.—16 Quicquid al. ap. Pareum.—17 Arg. 1.

#### NOTÆ

tibus testibus, debitorem compella-  
bat.

6 *Apud prætorem solveret*] Id est,  
foro cederet: quod est compendium  
æris alieni dissolvendi.

12 *Nervo*] Ferrum quo et collum  
et pedes includebantur, 'nervus' ap-  
pellabatur. In vincula autem credi-

tori licebat conjicere debitorem, nisi  
æs intra dies triginta redderet a ju-  
dicio lato.

13 *Catello*] Festus: 'Catellus, ge-  
nus quoddam vinclii, qui interdum  
canis appellatur: a catena, catella,  
catellum.'

Hoccine pacto indemnatum atque intestatum me arripi ?  
**Obsecro**, Planesium, et te, Phædrome, auxilium ut feras.  
**PL.** Frater, obsecro te, noli hunc condemnatum perdere.  
 Bene et pudice me domi habuit. **TH.** haud voluntate id  
 sua : 20

**A**Esculapio huic habeto, quom pudica es, gratiam :  
 Nam si is valuisset, jam pridem, quoquo posset, mitteret.  
**PH.** Animum advortite, si potis sum hoc inter vos com-  
 ponere.

Mitte istunc : accede huc, leno : dicam meam sententiam :  
 Siquidem voltis, quod decrero, facere. **CA.** tibi permitti-  
 mus : 25

Dum quidem, hercle, ita iudices, ne quisquam a me argen-  
 tum auferat.

**TH.** Quodne promisti ? **CA.** qui promisi ? **PH.** lingua.  
**CA.** eadem nunc nego.

Dicendi, non rem perdendi gratia, hæc nata est mihi.

**TH.** Nihil agit : collum obstringe homini. **CA.** jamjam  
 faciam ut jusseris.

*hoccine modo me arripis indemnatum et intestatum? Rogo, Planesium, et te, Phædrome, ut feras auxilium. PLA. Frater, te queso, noli perdere hunc condemnatum judicio prætoris: me servavit domi bene et pudice. THE. Si es pudica, id habes non ex ejus arbitrio, sed gratia hujus Aesculapii: nam si fuisset sanus, jam-dudum misisset quocumque potuisset. PH. Animadvertisse si possim componere vestram controversiam. Dimitte hunc: accede huc, leno: aperiam meam mentem, si vultis agere quod decreveris. CA. Tibi concedimus, dummodo per Herculem ita statuas, ne quisquam auferat a me pecunium. THE. An quod pollicitus es?*  
**CA.** Quo pacto pollicitus sum? **PH.** Lingua. **CA.** Nego nunc eadem. *Hæc mihi tributa est loquendi causa, non amittendæ rei.* **THE.** Nugatur, constringe collum homini. **CA.** Mox faciam ut præcepisti. **THE.** Quoniam es vir bonus,

\*\*\*\*\*

*inaintestatum; C. quinque Pll. Hl. 1. B. 1. Ven. 1. Bon. Ven. 6. Junt. al. intestatum. Bipont. abripi.—19 Fris. Ven. 1. Ven. 6. Junt. indemnatum; C. quinque Pll. Hl. 1. B. 1. condemnatum.—21 Pll. omnes, quod pudica; C. quom pudica; al. vett. quem pudica.—22 Pronomen is deest in quinque Pll. Hl. B. 1. Ven. 1. 6. Junt. al. vett. extat vero in C. quoque posset Hl. 1. B. 1.—23 Hl. 1. et Lgg. advorte si possim; al. ap. Pareum, Animadvertisse, si possim; C. et quinque Pll. advortite, si possim.—24 Mitte istuc C. Mitte istunc quinque Pll. Hl. 1. B. 1. Leno deest in Hl. 1. B. 1.—27 Quodne promisiisti C. Pll. 3. 4. 6. Quodne promisti Pll. 1. 2. et Pl. 4. a. m. sec. promisi lingua eadem Lgg. quod promisi al. ap. Pareum.—28 Dilundi Acidal. Dicendi C. quinque*

#### NOTÆ

17 *Intestatum*] Testibus minime      19 *Condemnatum*] Alii indemnatum.  
 convictum.

**TH.** Quando vir bonus es, responde, quod rogo. **CA.** roga  
quod lubet. 30

**TH.** Promistin', si liberali quisquam hanc assereret manu,  
Te omne argentum redditurum? **CA.** non commemini di-  
cere.

**TH.** Quid? negas? **CA.** nego hercle vero: quo præsente?  
quo in loco?

**TH.** Meipso præsente, et Lycone trapezita. **CA.** non ta-  
ces?

**TH.** Non taceo. **CA.** non? ego te floccifacio, ne me ter-  
rites. 35

**TH.** Meipso præsente, et Lycone factum est. **PH.** satis  
credo tibi.

Nunc adeo, ut tu scire possis, leno, meam sententiam:  
Libera hæc est, hic hujus frater est, hæc autem illius  
soror.

Hæc mihi nubet: tu huic argentum redde: hoc judicium  
meum est.

**TH.** Tu autem in nervo jam jacebis, nisi mihi argentum  
redditur. 40

**CA.** Hercle, istam rem judicasti perfidiose, Phædrome;  
Et tibi oberit: et te, miles, Di Deæque perduint!

Tu me sequere. **TH.** quo sequar ego te? **CA.** ad trape-  
zitam meum,

responde quod peto. **CA.** Postula quod lubet. **THE.** Esne pollicitus te redditu-  
rum omnem pecuniam, si quisquam assereret Planesium ut ingenuum. **CA.** Non  
recordor me dixisse. **THE.** Quid? negas? **CA.** Nego per Herculem: quo præ-  
sente? quo in loco? **THE.** Meipso præsente, et Lycone trapezita. **CA.** Non  
siles? **THE.** Non sileo. **CA.** Non? ego floccifacio te, ne me terreas. **THE.**  
Meipso præsente, et Lycone, actum est. **PH.** Tibi satis confido. Nunc adeo, ut  
tu queas tenere meam mentem, leno; hæc est libera, hic est ejus frater, hæc vero  
ejus soror: hæc mihi nubet: tu redde illi pecunium. Hæc est mea sententia.  
**THE.** Tu vero jacebis jam in nervo, nisi mihi redditur pecunia. **CA.** Per Heren-  
lem judicasti perfidiose hanc rem, Phadrone, et tibi nocebit: et te, miles, Dii  
Deæque perdant! Tu, sequere me. **THE.** Quo ego te sequar? **CA.** Ad meum



**PII.** Hl. 1. B. 1. hæc gratia quinque PII.—30 Hl. 1. ride pro responde.—31 Pro-  
misstin' PII. quinque; Promistin' C.—32 C. non commeni.—34 Me præsente  
Hl. 1. B. 1.—35 Alii, non ego te, &c.—40 Tu a. in nervom quinque PII. Tu a.  
in nervo C. Hl. 1. B. 1.—43 Edd. quædam vett. ergo te; al. ego tum; Hl. 1.  
B. 1. C. quinque PII. Ven. 1. Bon. Ven. 6. Junt. ego te. Lgg. trapezeta.—

Ad prætorem: nam inde rem solvo omnibus, quibus debo.  
**TH.** Ego te in nervom, haud ad prætorem hinc rapiam, ni  
 argentum refers. 45

**CA.** Ego te vehementer perire cupio, ne tu me nescias.

**TH.** Itane vero? **CA.** ita hercle vero. **TH.** novi ego hos  
 pugnos meos.

**CA.** Quid tum? **TH.** quid tum? rogitas? hisce ego, si tu  
 me irritaveris,

Placidum ted hodie reddam. **CA.** age, ergo, recipe actu-  
 tum. **TH.** licet.

**PH.** Tu, miles, apud me cœnabis: hodie fient nuptiæ. 50

**TH.** Quæ res bene vortat mihi et vobis. Spectatores,  
 plaudite.

*nummularium, ad prætorem: nam capio inde unde solvam rem quibus debo. THE. Ego te rapiam in nervum, non ad prætorem, nisi refers argentum. CA. Ego ex-opto vehementer te perire, ne tu meam mentem ignoreas. THE. Itane vero? CA. Sic per Herculem. THE. Ego novi hos meos pugnos. CA. Quid tum? THE. Quid tum? rogas? Si tu mihi bitem moveris, ego te efficiam hodie mansuetum hisce. CA. Age igitur, accipe modo. THE. Licet. PH. Tu, miles, cœnabis apud me: celebrabuntur hodie nuptiæ. THE. Quæ res mihi vortat bene et vobis. Plaudite, spectatores.*

---

44 *Pist. resolvo omnibus; al. resolve omnibus; C. Pll. quinque, rem solve omni-  
 bus.—45 Ego te in nervo H. C. Pll. quinque, Hl. I. B. I. Particula ni est in  
 litura in Hl. I.—46 Hl. I. a m. pr. ne tu me scias.—49 P. te hodie Hl. I. B.  
 I. C. et Pll. quinque.—51 Hl. I. B. I. vortant. B. I. AUCTOR: Spectatores,  
 plaudite; C. Pll. 2. 6. et vobis! Spectatores. Plaudite! Plaudite!*


#### NOTÆ

46 *Ne tu me nescias]* Alii *ne tu me lim' antiqui dicebant pro 'clam,' ut  
 nocetas. Me pro 'mi,' sive 'mihi.'* Sic 'nis' pro 'nobis;' 'sam' pro 'su-'  
*'nis' olim pro 'nobis.'* Festus: "Ca- am;" 'im' pro 'eum.'"













L 007 625 725 2

SOUTHERN CALIFORNIA  
UNIVERSITY LIBRARY  
LOS ANGELES

UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACULTY



AA 000 404 900 3

